
THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
LIBRARIES
THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
ARTES SCIENTIA VERITAS
1817

HISTORIA ECCLESIASTICA ISLANDIAE

II

Jónsson, Finnur.

FINNI JOHANNÆI

EPISCOPI DIOECESEOS SKALHOLTINÆ
IN ISLANDIA,

HISTORIA ECCLESIASTICA ISLANDIÆ,

EX

HISTORIIS, ANNALIBUS, LEGIBUS ECCLESIASTICIS, ALIISQVE RERUM SEPTENTRIONALIUM MONUMENTIS CONGESTA, ET CONSTITUTIONIBUS REGUM, BULLIS PONTIFICUM ROMANORUM, STATUTIS CONCILIORUM NATIONALIUM ET SYNODORUM PROVINCIALIUM, NEC NON ARCHIEPISCOPORUM ET EPISCOPORUM EPISTOLIS, EDICTIS ET DECRETIS MAGISTRATUUM, MULTISQVE PRIVATORUM LITTERIS ET INSTRUMENTIS MAXIMAM PARTEM HACTENUS INEDITIS, ILLUSTRATA.

TOMUS II.



HAVNIÆ,
TYPIS ORPHANOTROPHII REGII
EXCUDIT GERHARDUS GIESE SALICATH,
MDCCLXXIV.

Complete set – S.B.N. – 0.576.78539.3
This volume – S.B.N. – 0.576.78969.0

Republished in 1970 by Gregg International Publishers Limited
Westmead, Farnborough, Hants., England

Printed in offset by Anton Hain KG, Meisenheim/Glan
Western Germany

PRINCIPI HÆREDITARIO.

Qvemadmodum altero abhinc anno primam hiſtoriæ hujus eccleſiaſticæ partem REGI AUGUSTISSIMO inſcribere ſuſtinui, ita hanc ſecundam, TIBI, CELSISSIME PRINCEPS! dicare jam ſuſtineo. Cui enim operis, REGIS auſpiciis cæpti, continuatio majori jure inſcriberetur, qvam TIBI, cui, poſt REGEM, res publica & eccleſia plurima debent.

Fateor eqvidem, TE, qva reipublicæ bene gerendæ ſcientia vales, & qvo veræ religionis ac virtutis ſtudio teneris, dum, qvod jam præ oculis eſt, hiſtoriæ eccleſiaſticæ Islandicæ intervallum, animo perpendis,

nimis multa offenſurum eſſe, ex qvibus maxime deplorandam his temporibus, reipublicæ, eccleſiæ, omnisqve publici & privati moris conditionem, non ſine dolore agnoſces. Attamen viciſſim augurari liceat, TE, qvi divinæ circa univerſum, resqve humanas, providentiæ vias, pernoſcis, non ſine omni voluptatis ſenſu iſta conſideraturum eſſe, qvatenus exoptatam illam religionis & regiminis publici reformationem, ita præpararunt, ut affirmari jure poſſe videatur, vix ac ne vix qvidem locum huic eſſe potuiſſe, niſi iſta præceſſiſſent.

Cumqve eandem cogitandi & agendi rationem, qva, divino adſpirante favore, Auguſtiſſimi Majores TUI

inſigne

insigne illud opus, innumerorum in subditos beneficiorum utiqve maximum, olim peregerunt, rebusqve reipublicæ & ecclesiæ desperatis medelam adtulerunt, in TE redivivam ipsis rerum experimentis pridem comprobaveris, & indefessis, qvas publicis commodis continuo impendis, curis & laboribus qvotidie comprobes, singulari etiam jure hanc historiæ partem TIBI ut propriam vere asseruisti. Unde spem foveo certissimam, eadem eam benignitate a TE susceptum iri, qva omnium bonorum in res publice utiles conatus amplecti & promovere soles.

Qvod superest, ardentissime voveo, placeat Deo Ter Optimo Maximo TE qvam diutissime servare, ut

REGI

REGI nostro AUGUSTISSIMO, TUIS consiliis suffulto, verum religionis & virtutis studium, publicamqve, hoc auspice, salutem penitus statuminare, nobis vero tanto pietatis virtutisqve exemplo perfrui, detur.

Scribebam Skalholti
die 4 Sept. 1773.

FINNUS JOHANNÆUS.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ ISLANDIÆ

PERIODUS III.

SECTIO III

Continens gesta Episcoporum Skalholtensium.

CAP. I.

De Arna Thorlaci filio.

§. I.

Arnas Thorlaci filius, natus Anno 1237 (a), primos adolescentiæ annos, cum amicis & cognatis, nunc literis, nunc operibus mechanicis operam navans, (ingenio enim ad omnia docili præditus fuit) sæpissime autem cum Brando Abbate Thyckvabajensi transegit, cujus se informationi, literarum dulcedine captus, totum tradidit. Deinde a Sigurdo Episcopo sacro Diaconi officio inauguratus, tum artium mechani-

(a) Ex celeberrima Oddensium gente oriundus, qvippe Jonæ Lopti ex filia pronepos. Conf. *Vitam Arnæ* satis prolixam, nec inepte, sed ut videtur, a viro qvodam Ecclesiastici Ordinis, non multo post ipsius tempora conscriptam, ex qva hæc mutuati sumus.

mechanicarum exercitio, tum literarum ſcientiarumqve ſtudio animum corpusqve exercens, eminentioris indolis ſigna exſeruit. Qvapropter Brandus eum impotente fere amore complectens, a ſe divelli noluit: unde etiam Anno 1262 in Norvegiam inſula potiturus tranſiens, illum ſibi comitem adſcivit, indeqve in patriam revertens ſecum reduxit, ipſiusqve fideli opera & famulatu, qvoad vixit, uſus eſt (a).

§. 2.

Anno 1264 cum præcocia nimis fata Brandum demeſſuerant, Holanæ curiæ cives Arnam Skalholtum ad Sigurdum ablegarunt, rogantes, ut ſpectatæ qvendam prudentiæ & pietatis virum viduatæ diœceſi præficere vellet, qvi haut ignarus, qvantam in funere Brandi borealis qvadrantis incolæ jacturam fecerant, habita de re tanti momenti debita deliberatione, tandem ex Optimatum conſilio, ipſum Arnam, ut defuncti Præſulis Amanuenſem & intimum familiarem, cui ideo Eccleſiarum ſtatus notiſſimus eſſe potuit, ſacerdotio initiatum, vacanti ſedi, usqve dum ordinarius Præſul cathedram adſcenderet, præfecit, qvo officio per integrum triennium ſumma cum gravitate & integritate functus eſt; cujus ſpecimen potiſſimum in cauſa Oddi Diaconi cujusdam valde pecunioſi, edidit: Huic virgo qvædam, Giſſuro Comite nuptiarum conciliatore, deſponſata fuerat, ſacrisqve nuptialibus adornandis certum tempus deſtinatum erat; Qvod ubi Arnas audivit, tale conjugium ſevere prohibuit. Henricum & Brandum Holanos Præſules, conjugium cunctis ſacri Ordinis viris interdixiſſe prætendens; cumqve Comes hæc ſusqve deqve ferens, nihilo minus nuptias celebrari curaret, Arnas extemplo, non tantum Oddum, ſed ipſum etiam Comitem cum reliqvis omnibus qvi nuptiis interfuerant, excommunicavit, templaqve occludi juſſit. Paulo autem poſt in conventu qvodam, Comiti vehementius de hac re ſecum expoſtulanti, veteraqve & nova exempla producenti, Arnas Pontificis decreta & poteſtatem opponens, ut Oddus uxore jure jurando repudiata,

---

(a) Maximam hujus hyemis partem Brandus in aulis Regum Norvegiæ Haconis & Magni transegit, qvod Arnæ in Regis Magni notitiam perveniendi, ipſiusqve gratiam & favorem ſibi conciliandi, qvo, qvamdiu Rex in vivis fuit, uſus eſt, peroportunam præbuit occaſionem.

repudiata, cum Comite & universis convivis, absolutionem supplices petere, tandem obtinuit (a).

§. 3.

Anno 1267. Hacon Nidarosiensis Jorundo Holanam Cathedram ascendenti, Skalholtinæ dioeceseos, ob Sigurdi ægrimonia & senio confecti debilitatem, inspectionem commiserat; ille autem Arnam ipsi Coadjutorem dedit, qvi mox anno seqventi in Sigurdi locum sublectus, in Norvegiam transfretavit. Sed Jonas, qvi Archicathedram nuper ascenderat, ipsum præteriens, Thorleifum qvendam eligi curavit; Hoc autem paulo post mortuo, Arnæ electionem confirmavit, ipsiqve 3 Cal. Junii, Skalholtensium Præsuli ordinato, in singularis amicitiæ documentum, Decretalia cum Apparatu dono dedit.

§. 4.

Anno 1269 Arnas Cathedram Skalholtensem calcare incipiens, extemplo Clericorum & Laicorum conventum habuit, in qvo Archiepiscopi Constitutiones, seqventes continentes articulos promulgavit:

1) *In Missa, dum caro & sangvis Domini elevatur, qvicunqve sublatis manibus in genua procumbito, ut &, qvando ad ægrotos defertur.*

2) *Matrimonium, nisi prævia trina in templis proclamatione, inire, nemini licitum esto.*

3) *Scortatoribus, nisi concubinis aut penitus repudiatis, aut in thori consortium legitima copulatione adscitis, Corpus Domini interdicitor.*

4) *Templa omnia, eorumqve latifundia Episcopo traduntor.*

5) *Nemini res inanimatas elocare licitum esto* (b). Tres primos Articulos incolæ in leges referri non recusarunt, sed postremi duo minus accepti fuere.

(a) Qvanti noster fuerit fastus & audaciæ, vel inde patet, qvod nondum Episcopus factus, sed tyro adhuc & sacerdotio nuper initiatus, ipsum Comitem, virum summæ auctoritatis, una cum pluribus Magnatibus, ob tantillam rem, nondum publice in leges relatam, excommunicare ausus sit.

(b) Hæ Constitutiones in *Juris Ecclesiastici Recentioris* cap. 44. leguntur.

§. 5.

Primam deinde per Qvartam Australem eodem autumno visitationem adornans, minora & pauperiora pleraqve templa suæ potestatis fecit, sed qvi majora aut ditiora tenebant, de jure suo haudqvaqvam cedere, & ne possessionum aut redituum qvidem rationem Præsuli reddere, voluerunt.

Anno 1270 litem de præbendarum ecclesiasticarum jure renovare cœpit. primumqve Ketillum Lopti filium feudi Hytdalensis injuste detenti, accusavit. qvi, etsi initio deditionem abnueret, tandem tamen Episcopi minis, qvem ad anathematis fulmen sibi impingendum in procinctu stare cernebat, permotus, ad consvetum domicilia mutandi terminum, cessurum se promisit, ea tamen conditione, si Regi id justum æqvumqve videretur, cujus etiam judicio, modo ab Archiepiscopi sententia non discreparet, staturum se Præsul pollicitus est. Hoc Ketilli exemplum plures imitati sunt. Præfinito tempore Præsul Abbates Olaum Hiorleifi Helgfellensem, & Runolfum Olai Videjensem, cumqve illis Presbyterum qvendam Thorgrimum Magni filium ad prædium Hytdalense suo nomine recipiendum misit; Qvi, cum re infecta rediissent, Ketillum, ipso Thorlaci festo anathematis fulmine percussit; Qvo anno seqvente, qvorundam intercessu, sibi suisqve posteris omne fundi jus & dominium, ni Regi & Archiepiscopo aliud rectius visum foret, abjurante, proqve promissi violatione satisfactionem, ex ipsius Episcopi sententia, stipulante, tandemqve prædium cum universis possessionibus & pertinentibus tradente, lis inpræsentiarum sedata fuit. Pari, aut non dissimili omnino ratione, controversia de nobili prædio Odda hac vice sopita est.

§. 6.

Cum autem Satrapa Regius Rafnus Oddi & has Episcopi exactiones, & civium nullius criminis convictorum excommunicationes injustas esse, citraqve Regis consensum & voluntatem fieri contestaretur, reliqvi templorum patroni Archiepiscopo, qvibus conditionibus præbendæ hæ primo legatæ fuissent, ignotum esse; si vero de re tota recte informatus fuerit, ab incepto omnino destiturum, contendentes, in sententia persistebant. Præsul autem & hæc verba, non ex Regis, sed mendacis Rafni

Rafni ore fata esse; Et præterea Legibus Canonicis cautum esse, ne laicis possessionum sacris usibus destinatarum dispensatio concrederetur, eaqve tantum in qvovis contractu, qvæ legibus & honestati non inconvenientia reperirentur, servanda & implenda, reliqva autem, ut nullius pretii abroganda & rejicienda esse, dixit; qvæ tamen pleriqve, ut minus grata, surdis auribus excipiebant. Eodem anno, Orientalem Qvartam visitans, omnia hujus generis latifundia, (præter Thvottaënse & Hallormstadense, qvæ Thorlacus Sanctus Episcopis qvondam subjecerat) suæ potestatis fecit. Sub hyemem domum reversus, templum ædesqve prædii episcopalis ruinam minitantes, refici curavit, qvo, alioqve sumtu, ingentem æris alieni summam conflavit, qvam sero aut nunqvam solvit.

§. 7.

Hinc multa priorum Episcoporum statuta, ut nimis rigida, mitigare cœpit, ex. gr. Infantes, qvi sine baptismo decesserant, ut profani & proscripti a Sanctorum reqvietorio, huc usqve procul sepulti fuerunt: Ille autem de eorum salute non omnino desperans, proxime cœmiterium eos jussit recondi. Mulierum, qvæ aut in partu, aut ante solennem in Ecclesiam introductionem exspiraverant, funera non templo inferri, sed in sepulcreto condi licuit; Ille autem, modo mulier cereum tenens, funus præcederet, templo inferri permisit. Puerperas moribundas, clericis invisere, earum confessiones audire, absolutionem impertiri, extremæqve unctionis participes facere, concessit, qvod antea, ut illicitum, ab Episcopis prohibitum fuerat (a).

§. 8.

Anno 1271 novus Legum Codex, jussu Magni Regis per Sturlam Thordi & Thorvardum Thorarini conscriptus, ab iisdem, qvibus Indridus Boggull adjunctus erat, Islandis fuit commendatus, qvi tamen non totus statim obtinuit, sed tantum Liber primus de fori judicialis constitutione tractans, & secundus, qvi mutuam Regis & subditorum obligationem continet, cum duobus Capitibus Tituli de hæreditatibus agentis, ab incolis hac vice recepti sunt.

(a) Hæ Constitutiones in *Juris Ecclesiastici Recentioris* cap. 44. leguntur.

Eodem anno Præſul Regi & Archiepiſcopo præſentem controverſiæ de præbendis ſtatum, per literas ſignificavit, Regis in ea re favorem & auxilium expetens. Cui Rex Anno 1272, additis epiſtolæ pretioſis donis, humaniſſime reſpondit, expetitum favorem & auxilium promittens, modo Præſul leges, qvas Rex Islandis miſerat, ab iis recipi curaret; Perſvaſum enim ſibi eſſe, ipſum hac in re plurimum poſſe; tandemqve, ut ad ſe venire non gravaretur, oravit. His ille literis acceptis, ut Regiæ voluntati ſatisfieret, omnem movit lapidem, effecitqve, ut totus codex, præter reliqvum de hæreditatibus titulum hoc anno communibus ſuffragiis approbaretur, qvo facto in Norvegiam extemplo tranſiit, a Rege perhonorifice exceptus

§. 9.

Hac tempeſtate, Sighvatus Lande, Canonicus Nidaroſienſis Arnæ Epiſcopo in paucis amiciſſimus, Romæ egit, qvi ipſi a Gregorio X. triginta cauſarum, ante ad Epiſcopi diſpenſationem non pertinentium, ſolutionem expetivit. Hic in Norvegiam rediens, Bullam Pontificis, qva Generale Concilium Lugduni ad Cal. Maji Anni 1274 habendum, indicebatur, ſecum attulit, ad qvod totius chriſtianiſmi Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliiqve Proceres Eccleſiaſtici evocabantur. Arnas vero, qvi tantum commeatuum ex Islandia ut ad tam longæ profectionis ſumtus tolerandos ſufficeret, ſecum non attulerat, cui nec temporis iſta anguſtia in Islandiam, ad hæc, aliaqve negotia qvæ ipſius præſentiam omnino exigebant expedienda, reverti permiſit; Sighvatum, conſentiente Archiepiſcopo, ſuas in Concilio vices acturum, ſubſtituit, (a) patriam data occaſione reviſurus.

§. 10.

(a) Anno 1274 Gregorius X. Concilium Lugdunenſe 2 celebravit, cui interfuerunt Cardinales Metropolitani & Epiſcopi 500. Abbates & Prælati 1000 fere, Jacobus Arragonum Rex & complures Regum & Principum Oratores. Inchoata Synodo, expoſitis concilii convocandi cauſis, actum fuit: de Decimis redituum Eccleſiaſticorum in ſubſidium belli ſacri concedendis; de Concordia inter Eccleſiam Græcam & Latinam, præcipue in Articulo de Proceſſione Spiritus Sancti; de Diſciplina eccleſiaſtica, de loco & modo eligendi Pontificem Romanum; de pace inter Chriſtianos Principes conſtituenda. In hoc Concilio Arnæ Schalholtenſis Epiſcopi vices egit Sighvatus Lande Canonicus

§. 10.

Anno 1273. 3 Cal. Julii, qvæstionibus Islandorum de præbendis litigantium audiendis, Rex, Archiepiscopus, aliiqve Proceres magno numero Bergis convenerunt; Aderant etiam complures Islandorum, suam, suorumqve causam dicturi. Actoris partes sustinente Arna Episcopo; Rex, etsi suum esse, hac in causa judicis munus obire, contenderet, aliud tamen qvam gregarii cujusdam Assessoris vicibus fungi, aut auscultantis auditoris instar adesse, ab imperiosissimo Archiepiscopo obtinere non potuit, qvam conditionem ut sua Majestate indignam, Rex, qvi miti & placido præditus fuit ingenio, respuens, ex suis, Audinum Hesta korn & Haconem Thoreri Archiepiscopi filium, illum Juris Civilis, hunc Ecclesiastici, peritissimos, præmonitos, ut qvantum in iis esset, caverent, ne laici graviore actione aut censura premerentur, suo loco adesse jussit, qvi tamen, ut eventus docuit, parum vel nihil efficere potuerunt.

§. 11.

Archiepiscopo itaqve pro tribunali sedente, controversia de prædio Odda, ut omnium nobilissima & maximi momenti, prima in arenam producitur, hac enim pro arbitrio expedita, reliqvas sua sponte aut minore negotio casuras rebantur. Prodiens itaqve Arnas Episcopus, *Sighvatum Halfdani, ejusqve fratres, coram Deo & Archiepiscopo, qvod templum Oddense, Divo Nicolao sacrum, ejusqve bonorum usum fructum, contra leges divinas, in sua potestate teneat, sibiqve lucro usurpet*, accusat, postulatqve ab Archiepiscopo, *ut sibi suisqve successoribus, legitimis Skalholtensibus Episcopis, hujusce templi & prædii patronatum, ejusqve bonorum dispensationem adjudicet.* Idem etiam Einaro Vatnsfiordensi, aliisqve

---

Canonicus Nidarosiensis, vir primariæ dignitatis & non vulgaris eruditionis. Scripsimus eqvidem supra Tom. 1. pag. 444. Eilifum Korti has vices Arnæ Episcopi egisse, qvod qvædam exemplaria Manusc. *Vitæ Arnææ* innuunt, sed cum Arnas in Norvegia 1273 agens Sighvatum absentem, tunc enim Romæ fuit, ad hoc mandato instruxerit, haud est vero dissimile Archiepiscopum secum duxisse Eilifum Korti, ut si Sighvatus ab itinere qvocunqve modo impediretur, Eilifus præsto foret, qvi vicibus Skalholtensis non deesset.

aliisqve laicis, crimini dedit. Adhæc Sighvatus & Einarus responderunt: *Prædia quidem hæc de qvibus jam disceptabatur, a suis majoribus, templis donata & attributa fuisse, sed ea conditione, & cautione adbibita, ut eorum posteri, ipsius templi ejusqve bonorum mobilium & immobilium patronatus jure semper gauderent, & usum fructum sibi haberent, modo templa, eorum utensilia & ornamenta sarta tecta servarent, personas ecclesiasticas, sacris in templis peragendis destinatas debito modo sustentarent, unumqve aut alterum pauperum, gratis alerent; cum itaqve hæc jura legitima hæreditate ad se sint devoluta, prædictæqve conditiones a sua parte inviolatæ serventur, ab Episcopis minime rescindendas, sed illis, firmiter standum esse.* Regessit Præsul: *Leges divinas* (sic enim Jus Canonicum nominabant) *propriæ Laicorum interpretationis non esse, sed genuinum earum intellectum esse, omnia templa cum qvibusvis suis bonis Episcopi dispensationi unice subesse, a Laicis autem, sine præsenti animæ periculo non posse contrectari.* His utrinqve dictis, Archiepiscopus Arnæ Præsuli ejusqve successoribus horum templorum patronatus jus, plenumqve dominium adjudicavit, Laicis autem omnem eorum dispensationem, additis gravissimi anathematis minis interdixit. Factum hoc fuit, Bergis, 9. Cal. Aug. 1273. (a) Qvæ sententia in Oddenses & Vatnsfiordenses lata, aliorum ita animos & audaciam fregit, ut jure, qvod in talia prædia habere sibi visi sunt, in præsentiarum decederent. Sighvatus autem, ne oleum & operam omnino perderet, Cathedram Skalholtensem rei pecuniariæ 240. Joachimicorum valorem æqvantis, qvam ipsius avus Sæmundus, fratri Paulo anno 1194. mutuo dederat, postulavit; sed cum Paulus fratri decimas qvasdam ex villis in paroecia Oddensi sitis, ex qvibus usuram caperet, usqve dum ipsa sors solveretur, oppignorasset, Archiepiscopus ducto accurate calculo mutuatitiam pecuniam primi decennii decimis repensam fuisse, jam vero Sighvatum ejusqve cohæredes sexaginta annorum decimas, qvæ 1440. Imperialium pretium æqvarent, Skalholtinæ Cathedræ debere, pronuntiavit, qvod debitum Præsul ex liberalitate, ut videri volebat, Sighvato totum remisit.

§. 12.

In patriam redux, freqventem Skalholti conventum habuit, in qvo, ipso, ut & Rafno Oddi & Sturla Thordi adstipulantibus, Liber

supra

(a) Totam hanc sententiam ad calcem hujus capitis sub Litr. A. exhibebimus.

supra memoratarum legum de hæreditatibus agens, qvi hactenus in Islandia non obtinuerat, receptus tandem fuit. Hinc ineunte hyeme, visitationem per Tractum Borgfiordensem instituens, ab Egillo Sölmundi filio, qvi prædium Reykhollt tenuit, splendido excipitur convivio. Hunc, cum subdiaconus esset, ad eam, qvam injussu Sigurdi Episcopi duxerat, & ex qva numerosam prolem susceperat, uxorem repudiandam, adhibitis anathematis minis, invitum coëgit. Cum hinc discederet, accidit, ut Gudlaugus qvidam, Martinum Mauri filium, Abbatis Helgafellensis Procuratorem, in ultionem paternæ necis graviter vulneraret, cumqve sangvinis qvædam guttulæ ex vulnere ebullientes in Præsulis vestimenta deferrentur, in Gudlaugum, qvod dignitatis suæ præsentia penitus neglecta, tantum facinus ausus esset, tantopere excanduit, ut eum sævissima exantlata pœna, longo post tempore, vix tandem in gratiam reciperet.

§. 13.

Anno 1274. Jonas Nidarosiensis Archiepiscopus, Andreas Osloënsis & Askatinus Bergensis, Episcopi, concilium Lugdunense freqventarunt, annoqve seqvente Archiepiscopus inde reversus, statuta & conclusa qvædam Concilii in Islandiam misit, qvorum præcipua fuerunt: *α) Ut Clerici omnes, decimam redituum partem per integrum sexennium in liberationem Palæstinæ contribuerent. β) Laici sacræ militiæ nomen darent, seu ad liberandum Hierosolymas, & si Diis placeret, totam Palæstinam a potestate Saracenorum, crucem assumerent. γ) Omnibus qvi propriis sumtibus & impensis hanc militiam susciperent, cruceqve signarentur, Pontifex plenariam & perfectam peccatorum, qvæ corde vere contrito confessi fuerint, remissionem, deindeqve meritum mercedis æternæ promitteret. δ) Omnes Cruce signatos, eorumqve omnia, Pontifex in suam & Petri Apostoli tutelam & patrocinium susciperet. ε) Episcopis injungitur, ut hos præ reliqvis omnibus sibi commendatos habeant, eosqve in omnibus justis & licitis rebus adjuvent.* Additæ etiam præterea aliæ non parvi pendendæ indulgentiæ. His acceptis, Præsul primariæ sortis sacerdotibus, ut crucem prædicarent, plebemqve ad dandas eleemosynas instigarent, injunxit: Ministris Ecclesiasticis certum censum imposuit, Rusticis autem, ut aliqvid etiam pro modulo facultatum penderent, persvasit: Ex templorum reditibus decimas solvi jussit: Certum præterea cujusvis septi-

manæ diem, ſacris celebrandis, ad qvæ populus felicem bello eventum a Deo exoraturus ſpontaneamqve oblationem viritim erogaturus, confluerert, conſtituit, Qvorum nihil fruſtra fuit, nam qvidam crucem aſſumſerunt. qvidam vero pecuniam in medium contulerunt, qvæ, per ad id delegatos congregata, ingentem tandem ſummam effecit, eaqve demum Anno 1279. in Norvegiam transmiſſa fuit.

§. 14.

Anno 1274 novum *Jus Eccleſiaſticum* juſſu & conſilio Jonæ Archiepiſcopi adornavit, qvi in ſeqventis anni generalibus Comitiis, paucis tantum capitibus exceptis, ſeu ad Regis & Archiepiſcopi confirmationem rejectis ſeu comperendinatis, approbatus fuit; De qvo a Magnatibus Rex Anno 1275. per literas certior factus, (a) anno proxime ſubſeqvente reſcripſit, monens rogansqve, ne Jus Eccleſiaſticum, nec ullæ aliæ Conſtitutiones, ſe inconſulto in leges referrentur; eas enim condere ſuum & Archiepiſcopi, non vero cujusvis alius opus eſſe, ſevere ſimul prohibens, ne a ſubditis vel obolum qvidem præter conſtitutum cenſum exigi paterentur; Spontaneas autem eleemoſynas cujusvis arbitrio interim permiſit; Epiſcopos

(a) Harum literarum initium exſtat in Codice membraneo Bibliothecæ Magnæanæ in Qvarto No. 175. reliqva forte periere. Sed cum initium illud nomina Procerum tunc degentium ſiſtat, operæ pretium erit illud hic legiſſe. Ita vero ſonat: " Virdulig-
" um herra ſinum magnúſi kóngi hinum kórúnada ſenda árne biſkup í ſkálahollti
" oc hraſn bóndi. þórvardr bóndi. áſgrímr bónde. ſturlla laugmadr. ſiguatr bónde.
" ellindr bónde. oc aull hirdin ſú ſem í ſkálahollltz biſkupsdæmi er. qvediu gudz oc
" ſína ſkylldugа þiónuztu. Vier uilium ydr kunnigt giora at kriſtinsdóms bálk
" þann ſem ſam ydr (*lego* ſamidr) var til íſlands med rádi virduligx herra ións erki-
" biſkups. haufum vier med ſamþykt alþýdu í ſkálaholltz biſkupsdæmi laugtekid á
" almennelegu þingi í laugriettu. oc ſá ſkal ſtanda þar til Þer og herra erkibiſkup
" í nidarósi hafid honum audruviiſ ſkipad. ef ydr ...... " Id eſt: *Domino ſuo illuſtriſſimo Regi Magno coronato, Arnas Epiſcopus Skalboltenſis, Hraſn Bondo, Thorvardus Bondo, Aſgrimus Bondo, Sturla Legifer Sighvatus Bondo, Erlendus Bondo, & omnes aulici in diæceſi Skalboltina conſtituti, ſalutem Dei & ſuam ac officium debitum mittunt. Notum vobis facere volumus qvod nos Titulum illum* Juris Eccleſiaſtici, *qvi in Islandia conſcriptus fuit, e conſilio Reverendi Domini Jonæ Archiepiſcopi cum plebis in diæceſi Skalboltenſi conſenſu, in comitiis univerſalibus intra dicaſterium in leges referri fecerimus, qvod* (jus) *eo uſqve valebit, qvo Vos & Dominus Archiepiſcopus Nidaroſienſis illud aliter conſtitueritis, ſi Vobis ......*

Episcopos enim non tantum domesticos, aliosqve suorum a censu & pensionibus, qvas hactenus solvere consveverant, immunes esse velle, sed etiam plebi nova tributa & exactiones imponere, Satrapæ ad Regem perscripserant (a). Archiepiscopus autem contra, Episcopis, ne vel minima qvidem in re Regiis cederent, aut de suo & Ecclesiæ jure remitterent, per literas severe mandavit.

§. 15.

Utræqve literæ, Regis & Archiepiscopi, Episcopis nostratibus, nuptias qvasdam Modruvallis in tractu Ejafiordensi una cum reliqvis Magnatibus sua præsentia cohonestantibus, redditæ fuerunt. Qvibus Arnas extemplo ad Regem rescribens, respondit: *Jus Ecclesiasticum a se compositum in leges relatum esse, & deinde in Norvegiam ad Regis & Archiepiscopi confirmationem acqvirendam transmissum fuisse, factum infectum fieri non posse, subinnuens* (b). Adjecit deinde qvædam de regimine & statu Reipublicæ, ajens: *etsi unius in reliqvos omnes imperium populo minus expedire videretur, Rafnum tamen Oddi aptissimum & dignissimum esse, cui Summa rerum deferatur, Jonam Nomophylacem prudenter se gerere, Sturlam autem, minore, qvam præsentis status ratio posceret, auctoritate uti, aut præditum esse: Hos, licet inter se non satis concordes essent, Regi tamen omnes debitam fidem servare; se qvidem cum omnibus illis, excepto Thorvardo Thorarini satis hactenus concordare, cujus tamen discordiæ invidiam a se removere velle visus* est; Thorvardus contra, *de Episcopi rigore & de rerum ad eum nihil pertinentium curiositate conqvestus, plerisqve provinciarum*

(a) Nova illa tributa, qvæ Rex hic indigitat, fuerunt non tantum decimæ Saladinæ, sed etiam tributa seu pensiones, qvæ jam ultra qvam antea moris fuerat, in sustentationem pauperum a plebe poscebantur: Qvondam enim ex præscripto *antiqvi Juris Ecclesiastici* qvivis paterfamilias trium tantum dierum, qvorum jejunium sanctissime observandum fuit, totius familiæ cibaria egenis pendebat, qvales fuerunt: festum omnium Sanctorum & bini dies qvatuor temporum, qvæ hyeme, sc. tempore Adventus & Qvadragesimæ, incidunt. Vid. *Juris Ecclesiast. Antiq.* cap. 15. Sed alios tres Arnas prioribus adjecerat, qvi fuerunt festum Soteriorum, Divi Olai, & Sanctæ Virginis; qvibus tandem Denarius Petri accessit.

(b) Ea qvæ seqvuntur qvædam exemplaria *Vitæ Arnæ Episcopi* ad Annum 1277 referunt. vid. §. seqv.

vinciarum administrationem, ni omnia ad Episcopi nutum fierent, qvi omnia solus ex sua libidine dirigere vellet, arduam fore, dixit. Hac enim tempestate Thorvardi & Præsulis dissensiones maxime viguerunt, qvarum causa & origo fuit Episcopi polypragmosyne, qvi rusticos qvosdam, in qvos Thorvardus animadvertere statuerat, defendendos suscepit, tandemqve, ut Thorvardi vires frangeret, persamiliari excommunicationis gladio pugnare cœpit (a).

§. 16.

Anno 1277 Regii Legati, Indridus Boggull & Nicolaus Oddi Islandiam intrarunt, qvi provinciam peragrantes maximo verborum pondere, minisqve, qvam unqvam antea factum fuit, gravioribus, Regia negotia proseqvebantur. Illos qvi a Nomarchis & Præfectis Regiis in causis civilibus ad Episcopos provocaverant, ut seditiosos & contumaces Regiorum mandatorum transgressores plectendos pronuntiantes In *recentiore* autem *Jure Ecclesiastico* victualium pensionem plebi injunctam severe prohibebant, solam sacrorum festorum, jejuniorum & disciplinæ ecclesiasticæ curam & dispensationem pro Regia concessione Episcopis relinqventes. Licet autem Rex & Episcopus hanc de Jure Ecclesiastico controversiæ serram animose inter se reciprocarent, non tamen obstitit, qvin optimus Princeps pervicacem Præsulem donis, ab Indrido perlatis, demulceret; Qvæ hic remisso eqvo generoso, compensasse sibi visus est (b). Seqvente anno Indridus & Nicolaus reliqvum Insulæ eodem modo percurrentes, in contentionem qvandam cum Clerico qvodam inqvieti ingenii & incautæ lingvæ, sed magni roboris, ad trajectum fluminis Olvisa inciderunt, qvi ad Episcopum pervolans, sarcinas suas in profundum fluvii projectas fuisse deplorat, deqve illata injuria acerbe qveritur. Præsul

---

(a) Regis & Archiepiscopi literas huc pertulit Adalbrandus Presbyter, vir doctus & magni semper æstimatus, qvem Arnas secum subseqventem hyemem perhonorifice habuit.

(b) Huc qvædam exemplaria *Vitæ Arnæ Episcopi* referunt, ejusdem epistolæ partem posteriorem, §. præced. commemoratam; tunc etiam Episcopus inter alia scripsit: " Lög- " þáttum þeim sem lögtekner voru fyrir tveimr vetrum ætla ec hvörgi meir fram at " hallda enn hófi gegner. " Id est: *Titulos juris ante duos abhinc annos in leges relatos, ultra qvam fas est, non urgebo.*

ſul autem, ne ſacri Ordinis viro deeſſe videretur, utqve ſuam etiam in Regios animoſitatem & auctoritatem omnibus monſtraret, Legatis acutisſimum excommunicationis telum intentat, ni juramento præſtito abſolutionem ſupplices peterent, qvam illis conditionem reſpuentibus, juſtamqve ſubfuiſſe cauſam regerentibus, cum Sacerdos ſcrinia Regia, Diplomata, aliaqve magni momenti continentia in fluvium immittere conatus fuiſſet; Hoc tandem pacto lis ſedata fuit, ut Sacerdoti ſex unciis ſatisfacerent, & injurati abſolverentur (a).

§. 17.

Status Regni Norvegici hac tempeſtate etſi ab inteſtinis ſeditionibus & bellis civilibus liber fuit, valde tamen turbulentus ob Ordinum diſſenſiones. Rex Magnus, qvi tunc temporis Norvegis imperitavit, fuit Princeps moderatus, juſtus, pius, pacificus, Juris Civilis inſtaurator diligentiſſimus, cœnobiorum, templorum, monachorum, clericorum patronus indulgentiſſimus: Qvæ Regiæ virtutes, ſupercilioſæ Monachorum & Clericorum turbæ, qvorum Archiepiſcopus Nidaroſienſis Jonas coryphæus & anteſignanus fuit, ſtimulos adeo addiderunt, ut qvo majora Rex ipſis concederet, eo majora expeterent, ſibiqve aſſumerent; In qvibus modeſtiſſimus Rex connivit, qvoad ſalva Majeſtate potuit: Tandem vero, cum non ſolum leges politicas pro arbitrio condendi, aut a Rege conditas rejiciendi, ſed & ipſos Reges eligendi & creandi, auctoritatem ſibi arrogarent, Rex eorum faſtum non ultra tolerandum ratus, ſævamqve diſcordiarum & ſeditionum, qvæ impendere videbatur, tempeſtatem averſurus, anno 1277. poſtqvam multum temporis in litibus & controverſiis ſedandis triverat, Ordinum Regni Tunsbergæ freqventem habuit conventum, in qvo, de jure Regem eligendi, ut & leges Canonicas ferendi poteſtate, inter ipſum & Archiepiſcopum qvadamtenus transactum fuit; cujus idcirco *Transactionis* hic mentio facienda

 videtur,

(a) Hinc patet, non tantum faſtus Clericalis, qvod vulgaris qvidam Sacrificulus Regiis Legatis in tantillo cedere nollet, ſed etiam Epiſcopi ambitio & contumacia, qvi ex *Juris Eccleſiaſtici* cap. 38, excommunicationis pœnam Regiis intentavit: Ibidem enim qvibusvis, Clerico aut Canonico moleſtiam creantibus, anathematis pœna injungitur.

videtur, qvod ea deinde Islandi pro lege usi fuerint, adqve eam sæpius suas controversias revocaverint (a). Hinc Novum illud ab Arna Episcopo conditum *Jus Ecclesiasticum*, qvamdiu Rex Magnus superfuit, in Islandia sine controversia obtinuit.

§. 18.

Eodem hoc anno, Archiepiscopus ad utrumqve nostratium Præsulem literas dederat, qvibus præter alia continebatur, ut Bergis Norvegorum, Concilio Nationali, qvod ibidem celebraturus foret, interfuturi post biennium se sistant, antea tamen ossa Oddi Thorarini absolvant: Qva de re, Episcopi anno 1278 in tractu Skagafiord collocuti qvidem sunt, & licet Arnas ad exseqvendum statim mandata paratum se ostenderet, Jörundi tamen tergiversationibus factum est, ut res hac vice dilata fuerit, qvæ anno seqventi tandem perfecta est (b).

§. 19.

Anno 1279 Rafnus Oddi, qvi biennium abfuerat, Vexillarii interea dignitate auctus, ad totius Islandiæ Præfecturam; Thorvardus vero Thorarini filius, & Lodinus de Bakka ad Nomothesiam Islandiæ redierunt. Hi Arnæ Episcopo literas Regis tradiderunt, per qvas ipsi significabat, Jonam Archiepiscopum centum dierum indulgentias, omnibus, qvi pro anima Magni Regis, Reginæ, eorumqve liberorum qvotidie orarent, dedisse; id enim ipse Pontifex omnibus Regni Episcopis antea injunxerat. Literis Rex binas vini amphoras, aliaqve sacris celebrandis necessaria addiderat. Alteras ab Archiepiscopo etiam accipit literas, qvi severe monuit mandavitqve, ne Regiis latum qvidem ungvem cedat, sed templorum & Cleri Privilegia, qvæ sub statu Aristocratiæ habuissent, ut

---

(a) Transactionem istam vid. supra Tom. 1. pag. 386 sqq.

(b) De Oddi Thorarini filii morte & causis, ob qvas anathematibus percussus fuerat, vid. supra Tom. 1. pag. 365 sqq. Sed de ejusdem absolutione infra Sect. 4. cap. 1. §. 5. 6. 7.

ut sulphuris (a), falconum (b), taliumqve capturam, sarta tecta eis conservanda curet.

§. 20.

(a) Islandia & nunc & qvondam sulphure abundavit, unde tam incolæ qvam peregrini mercatores, præsertim post inventum pyrii pulveris & machinarum usum, haud contemnendum lucrum perceperunt. Hinc anno 1561 Regis Friderici Secundi interdictum, ne sulphur exportetur, sed Stephano Lossio monopolium concessum, qvi & juramento se obstringeret illud Havniam deportandi, ut ibi defæcaretur; qvod interdictum cum Hamburgenses susqve deqve habuissent, eorum naves ob hanc & alias causas in freto Öresundico anno seqventi detinebantur. Magnus qvidam Jonæ filius de sulphuris fodinis litem movit, qvam tandem ad Regem & Senatum detulit, de qva exstat Rescriptum Regium, datum 17 Julii, 1592. Anno 1598 portus Eyafiordensis centum imperialium mercede elocabatur, qvi sulphure expendendi erant, aut argento numerato. Exstat etiam Christiani 4. edictum de 27 Aprilis 1605, qvo Enevoldus Kruse qvindecim sulphuris lastas Hafnarfiordo exportare jubetur, & Privilegium, datum 1 Maji, 1606 qvo Gregorio Brochenhusio & consortibus 15 annorum monopolium sulphuris Islandici conceditur, modo sesqvi lastam defæcati sulphuris Regi qvotannis tributi loco pendant. Simile qvid etiam Fridericus 3. patri & filio Magno Nomophylaci & Gislao Magni diplomate Anno 1647. (Vid. *WORM. Epistol.* Tom. 2. pag. 853.) & 1665. 9 Februarii Gabrieli Marselio concessit, modo Regi qvotannis 200 Imperiales solveret. Fridericus 4. duobus Fridericis Holzmanno & Sechmanno, anno 1724. 28 Junii idem renovavit, non tantum gratis, sed & certis adjectis Privilegiis. Et nostra tandem ætate Rex Fridericus Qvintus privilegium hoc Societati Islandicæ clementissime concessit, cujus sulphuris depuratio & exportatio cum lucro haud spernendo adhuc exercetur. Conf. Udtog af Poel Widalins Afhandling om Islands Oplomst: *Deo Regi & Patriæ* pag. 223 sqq.

(b) Falconum captura olim Archiepiscopo Nidarosiensi in Islandia competiisse videtur, illi ad minimum jus falcones capiendi in fundis templorum sibi vindicabant, cum Codex Legum anno 1280 in Islandiam missus, falcones istos generosos inter Regalia per totam insulam soli Regi competentia numeravit, qvæ lex & exinde valuit, qva de re multæ Regum constitutiones agunt, ex. gr. Friderici Secundi de falconibus albis a Bucholtio conqvirendis die 19 Maji 1579. Christiani Qvarti de falconariis Anglorum die 16 Aprilis 1606. De falconariis Principis Auraniæ die 2 Januarii, & Regis Angliæ die 16 Maji 1624. Rescriptum ad Prosmundtium de falconibus albis die 22 Martii 1634. Constitutio contra falconariorum in Islandia mercationem die 19 Apr. 1636. De captura falconum Mumio concessa die 13 Octobr. 1641. Friderici Tertii constitutio de sustentatione falconariorum die 28 Februarii, & interdictum, ne falcones exteris vendantur die 17 Maji 1662. Christiani Qvinti Constitutio de falconibus Islandia exportandis die 19 Maji 1671, ut multas alias Regum & antiqviores & recentiores constitutiones taceam.

§. 20.

Eodem anno uterqve Episcopus in Norvegiam transiit. Arnam Rex humanissime excepit, præterqve munera vere Regia in eum collata, convivii honore non raro dignatus est. Anno 1280. Jonam Archiepiscopum prædictum Nationale Concilium celebraturum, Bergas venientem, Arnas sibi valde offensum invenit; Nam præterqvam qvod tantum ei honorem a Rege haberi, obliqvis aspexit oculis, Ecclesiæ eum jura & privilegia in Regis gratiam prodidisse, calumniatus est; Tanta enim erat viri superbia, ut Episcopo Regis amicitiam omnino indecoram, eamqve cum debito Archiepiscopo honore & obseqvio nullo modo consistere posse judicaret. Sed cum Arnas ei se de objectis purgaret & persancte asseveraret, nihil hac in re a se peccatum esse, tandem ei reconciliatus est (a). Cumqve hoc eodem anno Rex Magnus fatis concessisset, filiorum natu major Ericus, patri, ut in universo Norvegiæ Regno, ita etiam in Islandiæ dominio, successit, qvi præstito prius juramento, a Jona Archiepiscopo & octo aliis Episcopis (b), durante concilio coronatus fuit; qva peracta solennitate nostrates in patriam reversi sunt.

§. 21.

Hoc anno novi Regis nomine Lodinus Leppus & Jonas Islandiæ Nomophylax homagium ab Islandis exigebant. Novum etiam *Legum Codicem* (nam Rex Magnus, rogatu Islandorum, ut ipse in procemio fatetur, Islandorum leges denuo emendari curaverat, aut emendationi a se prius susceptæ ultimam limam adhibuerat) (c) secum adferebant, cujus

---

(a) Acta hujus Concilii vid. supra Tom. 1. pag. 455 — 471.

(b) Hos tali ordine recenset Biographus Arnæ Thorlaci: Andreas Osloënsis, Jörundus Holensis, Erlendus Færoënsis, Arnas Skalholtensis, Arnas Stafangrensis, Narfus Bergensis, Thorfinnus Hamarensis, Marcus Hæbudensis, jusjurandum autem, qvod mitrata hæc capita Regi extorserunt, vid. supra Tom. 1. pag. 399.

(c) Susceperat qvidem antea Rex Magnus emendationem Legum Islandicarum, Codicemqve ad normam Juris Norvegici a se emendatum ipsis Anno 1271 ut supra relatum est, transmiserat, qvi, cum incolis minus grata qvædam contineret, Regem rogaruat, ut qvædam ejus capita mitigari, qvædam mutari aut expungi permittere vellet. Denuo

cujus qvædam capita, præsertim ea, qvæ de criminalibus agunt, qvidam ut intoleranda & utilitati publicæ adversantia reprehendebant; Præsules, præsertim Arnas, hunc Codicem haut pauca legibus divinis ex diametro opposita continere contendens, plebi auctor fuit, ut aut totum, aut saltem ex parte rejicerent. Adpropinqvantibus itaqve anni 1281 ordinariis comitiis, multitudo in partes discissa est: Primam factionem Episcopi & Clerus cum suis amicis & asseclis, alteram Regii, tertiam Plebs effecit, qvarum unaqvæqve, qvod sibi minus placeret, scripto protulit. Qvæ cum omnia publice recitata fuissent, Lodinus, cui bilis moveri cœpit, inauditam & nefandam fere esse Islandorum superbiam & temeritatem, qvod potestatem legislatoriam solis Regibus competentem, sibi arrogare auderent, pronuntiavit, poposcitqve ut sine exceptione totum Codicem adprobarent; Deinceps vero a Rege & Senatu mutationem humillime orandam. Prælecto postea publice Regio Diplomate, qvo dictus Codex Islandis injungebatur, Regis iram contradicentibus minatus est.

§. 22.

Huic Præsul statuta & conclusa Concilii Bergensis opposuit, adjiciens qvædam de honore & audientia Archiepiscopo ut spirituali patri debita: de Privilegiis, qvæ Rex Magnus Ordini Ecclesiastico, severe interdicens omnibus suis successoribus ne ea invaderent, concesserat; tandemqve antiqvam illam Constitutionem memorans, qvæ leges humanas divinis in omnibus cedere jubet, palam professus est, nunqvam se ita ab ephippiis ad asinos descensurum, ut avitam & qvasi per manus traditam libertatem tam turpiter prodat. In hanc sententiam ab adstante multitudine pedibus manibusqve itum est, dicentibus, cunctis intolerandum

---

Denuo itaqve ejus emendationem ad tenorem antiqvarum Legum Islandicarum suscipiens, ante mortem supremam qvidem manum operi adhibuit, sed non publicavit: Qvod sibi relictum ejus filius & successor agendum suscepit, Codicemqve hoc anno per ipsorum Nomophylacem Jonam, cui etiam suum ad ipsos Legatum Lodinum Lepp, homagii exigendi causa adjunxerat, transmisit.

randum omnino fore, simul novis hisce, divinis legibus (a) qvæ 35 anathemata, & juri humano, qvod 40 crimina, qvorum qvodvis capite constet, contineant, obedientiam præstare. Leppus itaqve, ut multitudinem ab Episcopo distraheret, nec in Archiepiscopi potestate situm, ut leges universales omnibus præscriberet, nec has leges justas & bonas esse, dictitavit, aut si tales sint, non tamen ab Episcopis recte usurpari, illos enim fœnerationes ut gravissimum peccatum, qvales etiam revera sint taxare & prohibere, interim perfricta fronte easdem exercere, dum decimas ex virorum & mulierum ornamentis, domesticisqve vilissimis qvibusvis utensilibus exigerent, & sane se plebis in talibus injuriis tolerandis patientiam non satis posse demirari; Cui Præsul verbis Innocentii Papæ respondit; Decimarum solutionem non esse fœnerationem, nec unqvam animarum saluti posse nocere (b).

§. 23.

Post longam tandem altercationem Codex ab omnibus receptus & approbatus fuit, novem tantum Episcopi asseclis exceptis, qvorum coryphæus fuit Loptus Helgonis, Præsulis sobrinus, qvos omnes Leppus perduellionis reos publice proclamavit. Loptum vero præprimis, cui, ut bis perjuro, custodiam & carcerem Regis nomine indixit; Qvod susqve deqve habens Præsul, Loptum in suo satellitio abduxit (c). Lodinus autem itineri Norvegico se accingens, omnibus, qvi in leges jurare noluerant,

---

(a) Vel ex hoc solum capite discitur, *Jus Ecclesiasticum Jonæ Archiepiscopi*, qvod Norvegis obtrusit, diversum fuisse ab illo, qvod Arnas Islandis præscripsit, nam Jonæum illud 35 anathemata continuit, Arnæum vero cap. 38. tantum 12 enumerat, qvæ tamen ab *Antiqvi Juris Ecclesiastici* Patronis, suæ subservientibus hypothesi vulgo confunduntur.

(b) Sine dubio hic Innocentius est, ejus nominis 3, qvi scripta duobus comprehensa tomis reliqvit, in qvorum posteriore Constitutiones & Decretalia continentur, qvæ publicam mox auctoritatem acceperunt, qvæqve Jonas Nidarosiensis Arnæ olim, ut supra retulimus, dono dederat.

(c) Loptus una cum aliis Anno 1272 in leges Magni Regis juraverat; Deinde 1277, qvasi de Rege contumeliose verba fecisset, apud Indridum Boggul delatus, non tantum jure jurando semet purgare coactus est, sed etiam fidem suam Regi & Principi juramento obligavit: qvorum jam oblitus a Præsulis partibus contra Regem stetit.

noluerant, ut coram Regis Tribunali ſeſe purgaturi comparerent, dicam ſcripſit; Loptum vero compedibus conſtringi & avehi juſſit, qvod etiam factum fuiſſet, ni Rafnus Oddi, aliiqve Magnates ſemet interjeciſſent, qvorum interceſſione factum eſt, ut Lodinus Præſulem ad convivium invitaret, in qvo tandem convenit, ut qvatuor refractariorum iter Norvegicum ſe ſuſcepturos, reliqvi vero Regis judicio ſe ſtaturos, jure jurando promitterent. De mulctis autem, de qvibus Rex & Præſul contendebant, ut inter eos æqve dividerentur, pactum eſt. Reliqvi vero Primates de qvibusdam Codicis capitibus mutandis aut mitigandis ſupplices libellos ad Regem ſcripſerunt, atqve ita inpræſentiarum, verbo amice diſceſſum eſt.

§. 24.

Loptus autem Helgonis in umbra potentiæ Epiſcopalis deliteſcens, Regia monita contempſit usqve in annum 1283, qvo demum in Norvegiam tranſiit, Epiſcopo multum prolixeqve pro eo deprecante, ejusqve profectionem non ex contumacia, ſed per accidens qvoddam dilatam tamdiu & retardatam fuiſſe, obtendente; Qvo id tantum obtinuit, ut non pro merito plecteretur; Non tamen Regem alloqvi, multo minus in aulam venire permiſſum fuit, donec tandem Lodini Leppi & Thorvardi Thorarini interceſſione factum eſt, ut Rex, remiſſa ira, exacto ante ab eo fidelitatis juramento anno 1287 ad ſuos revertendi veniam daret, qvod Epiſcopo pergratum fuit.

§. 25.

Hac tempeſtate diſſidia Præſulis & Asgrimi Thorſteini filii maxime flagrarunt; Hunc Præſul, qvantum in ipſo erat, ad ſumma qvæqve evexerat, & ut præturas Arneſenſem & deinde etiam Rangarvallenſem adipiſceretur, commendaverat; Asgrimus vero, ut gratum ſe ob tot tantaqve accepta beneficia Epiſcopo oſtenderet, cognato ipſius Lopto Helgonis neptim ex fratre nuptum dederat (a). Qvamdiu autem eorum

 amicitia

(a) Asgrimus hic fuit frater Ejulfi Thorſteini filii, qvi in prælio Thveraënſi Anno 1265 occubuit, ejusqve filia, ſed Sturlæ Sighvatidæ e filia neptis fuit Borghilda, qvam Asgrimus Lopto nuptum locavit.

amicitia duravit, reliqvis graves & vix tolerandi videbantur. Sed tandem Asgrimus Episcopi imperiosum dominium non amplius ferens, acerbissimo ipsum odio cœpit prosequi, primoqve ipsius carissimum cognatum, suum vero affinem Loptum Helgonis apud Indridum Boggul, tanqvam de Rege contumeliose locutum, detulit Deinde anno 1282 jussu Regis ipsi dicam scripsit, tandemqve, ut perduellionis convicti, omnia bona proscripsit, & Regio fisco adjudicavit. Præterea ab Episcopi domesticis, qvos hic ab omnibus civilibus oneribus immunes esse voluit, tributa aliasqve ordinarias pensiones, ut a reliqvis laicis poposcit, qvæ illi, reluctante qvidem Episcopo, inviti pependerunt. Idcirco Præsul anno 1283 eum, non tantum repetundarum accusavit, sed etiam ob falconum capturam, & qvod e mandato Regis jurisdictionem ecclesiasticam contra novum illud *Jus Ecclesiasticum* sibi sumeret, qvo impediret legum divinarum progressum & valorem, qvibus, ut contendebat Præsul, Regiæ sive humanæ semper & ubiqve cedere deberent. Qvæ ille surdis auribus excipiens, adversus Episcopum eo magis exasperabatur, ab ipso deniqve anathematis fulmine percussus.

§. 26.

Tandem Asgrimus 1285 prope Skalholtum in lethalem repente incidens morbum, absolutionem supplex petiit, qvam non tantum, sed etiam honestam in sepulcreto Skalholtensi, ipso Præsule, ab Ejulfo Asgrimi filio pretiosis donis delinito, exeqvias magnifice faciente, sepulturam nactus est. In eorum numero qvi funus Asgrimi Skalholtum deducebant, fuit Ormus Klangi Haukdalensis, cui Præsul cathedralis sedis appropinqvatione interdixit, ipsi enim hac de causa infensus fuit: Klango Ormi patre Haukdalo Videyiam discedente, cucullumqve accepturo, Ormus non tantum latifundium Haukdalense, ut indubium suum patrimonium occupaverat, sed & 6 vaccas & 60 agnas a Klango, Divo Martino Haukdalensium Tutelari dono datas, consveto domestico charactere signaverat; Oddo Præposito cui Præsul præbendam Haukdalensem attribuerat, invito & prohibente, qvi ab Ormianis verbis, & tantum non verberibus male mulctatus, Præsulem injurias qvestum adit; Ille vero, ne suo muneri deesset, Ormo extemplo sacris interdixit. Qvod Episcopi interdictum, virum pium & sacris assidue libenterqve auscultantem, atqve animum

animum advertentem, summopere afflixit Similem autem fortunam subire omnes Orni sodales & amici coacti sunt, sed iste exinde Episcopo minus grata negotia facessere non destitit.

§. 27.

Anno 1282 Rex Ericus Jonæ Archiepiscopi fastum & arrogantiam amplius non ferens, Senatus Procerumqve impulsu, non tantum Privilegia qvædam Clero a majoribus concessa revocare, sed etiam Patris & Archiepiscopi pactionem annihilare aggressus est, qvod in universo regno maximarum turbarum causa exstitit; Nam Archiepiscopus anathematis fulminum alioqvin sat largus, iis jam non parcendum ratus, Regios, unum post alterum, diris devovit, qvæ illi non tantum susqve deqve habuerunt, sed qvantum in illis erat, par pari referentes, varias ipsi molestias exhibere non intermiserunt, qvo tantum ei tædium crearunt, ut unacum Asloënsi & Hamarensi Episcopis in Gothiam exulatum iret, ubi sub anni finem vitæ etiam finem fecit; Ejus autem asseclæ Regi tributa & censum solvere contumaciter detrectantes, perpetuo exilio damnati sunt (a).

§. 28.

Anno 1283 Rafnus Oddi, qvi anno priore Norvegiam petierat, & Erlendus qvidam, ad Præfecturam Islandiæ revertentes, Regia Edicta attulerunt, qvibus mandabatur, ut Præbendæ Ecclesiasticæ, qvarum jus & dominium justa hæreditate aut diutina usucapione penes laicos fuerit, jam vero ab illis injuste in Clericos translatum sit, veris dominis & possessoribus restituantur, idemqve hosthac foret Jus Ecclesiasticum, qvod Rege Hacone & Archiepiscopo Sigurdo ad gubernacula sedentibus viguisset; obnitentes autem ut perduelles plecti jubebantur (b). Qvæ

 ubi

(a) Vid. supra Tom. 1. pag. 401. 404.

(b) Vid. supra Tom. 1. pag. 402. In codice qvodam pergameno admodum lacero & mutilo in Bibliotheca A. Magnæi in Qvarto No. 174 initium cujusdam edicti occurrit, qvod ad hunc annum referendum esse videtur: En illud: " Eirekr kóngr med " guds

ubi divulgari cœperunt, laïci novum induerunt animum, dictasqve præbendas, ductu Rafni, cui id negotii Rex dederat, repetiverunt. Ingrato hoc atqve insperato nuntio Episcopus primum haud leviter permotus, recollecto mox animo, Runolfum Abbatem Verensem, qvid sibi agendum, per literas interrogat. Qvi, ne ex pristina virtute & ardore animi, vel minimum remitteret, consuluit. Idem etiam eadem super re Jörundum Holensem consuluisse fertur.

§. 29.

" guds miskun oc hákon hertugi syner magnús kóngs senda sýslumönnum sínum
" oc handgeingnum mönnum oc aullum guds vinum oc sínum á íslandi qvediu
" gudz oc sína: Lof sie uorum herra iesu christo er aullum hlutum rædr ok stýrer
" at uer spyrium þau ein tídindi til ydar um hríd er oss þicker harlla sæmilig vera
" at mestur þorri af almúganum er dyggr ok oruggr kóngdóminum hlýdinn oc
" góduiliadur vorum umbodsmönnum sátter ok samþycker sín í millum. sem gud
" hafi lof fyrir. þó at nockrer menn dragizt meir til epter biskupum enn tilheyrer
" edur audrum þeim lærdum maunnum er lánga stund hafa gagnstædiliger verit bædi
" kóngdóminum og suo ydr í margfalldri áleitni ok margri óvidrkuæmiligri pint-
" íngu bæde í störum fiárpínum oc mörgum audrum óheyriligum hlutum. svo
" sem heyrazt mun er fyrir retta dómara kann fram at koma. einkanliga í þeim
" nefndum hlutum. þó at marger sie adrer til. sem sýnizt opinbert. at rángliga er
" aftekit þeim gódum mönnum er sannliga hafa í setid epter logligri hefd þeirra ok
" þeirra forelldra ok medr fögru skilordi gefit suo mörgum lærdum mönnum á huer-
" ium tólf mánudum slíkann kost sem forn er sidvenia á oc þeir játudu er í aund-
" verdu haufdu þessar giafer til sæmdar heilagri kirkio og sier til sálubótar suo sem
" her má siá at slíker hluter fylgia meir fullkominne ýfergirnd enn nauckurom rett-
" indum oc því er þat. . . . ." Id est: *Ericus Dei clementia Rex, & Hacon Dux, filii Regis Magni, præfectis suis & juratis, & omnibus Dei & suis in Islandia amicis, Dei & suam salutem mittunt. Domino nostro Jesu Christo omnium rerum moderatori & gubernatori laus sit, qvod ea de vobis pridem inaudiverimus, qvæ nobis honestissima videntur, qvod maxima pars vulgi fidelis, constans, imperio regio obseqvens, in nostros præfectos benevola, & invicem concors inveniatur, qvare Deo laus sit, qvamvis qvidam plusqvam fas est, inclinent in Episcopos & alios clericorum, qvi tam imperii regii, qvam vestrum, adversarios, multis vexationibus, multisqve indignis tam ingentis multæ pecuniariæ, qvam aliarum rerum inauditarum irrogationibus, se diu commonstravere, ita ut palam fiet, si res coram judice competente ventilata fuerit; nominatæ res præprimis tales sunt, qvamvis multæ aliæ adsint, ita in propatulo est, qvod bonis illis viris,* (prædia) *injuste ademere, qvi vi justæ eorum & parentum usucapionis illa tenuere, & tot clericis qvovis anno talem conditionem ex pacto laudabili & antiqvo more præstiterunt, qvalem polliciti fuerant illi, qvi hæc dona in honorem sanctæ ecclesiæ & propriam sibi salutem contulerant; hinc igitur patet talia meram potius avaritiam qvam vel juris speciem seqvi, qvare. . . .*

§. 29.

Ineunte vere anni 1281 in conventu, qvi Brautarholti Kialnesensium institutus fuit, inter Præsulem & Rafnum de hac controversia disceptatum fuit. Ille se Regis sententiam & animum ita intelligere affirmavit, qvod eas saltim præbendas laicis injuste abstractas esse dicat, qvas ipsi ipsorumqve majores continua serie a primo constitutore, adhibita conditione, ne unqvam abalienarentur, ad tempora Regis Haconis & Sigurdi retinuerint & incoluerint; earum autem, qvæ sine hac conditione legatæ fuerint, jamqve ex donatoris familia, venditione, dote, aut alia permutatione transierint, qvæve a legitimis dominis, Episcopis sponte traditæ, aut qvæ cœnobiis qvondam legatæ fuerint, licet ea alio jam transvecta sint: Tandem etiam earum, qvæ Episcopi juris ante tempora Haconis & Sigurdi fuerint, longe aliam esse rationem, neqve talium ullam in Edicto Regio mentionem fieri. Ad qvæ Rafnus: Si Regis mandato reniti perseveraret, eodem cum ipso ac cum Norvegis modo sibi agendum esse, sine ambagibus respondit. His debilitata Præsulis mens adeo concidit, ut, qvantum Deo debitæ obedientiæ non obsit, ne publica patriæ pax turbaretur, se in gratiam Regis, usqvedum legitimus Archiepiscopus cathedram Nidarosiensem ascenderit, hæc toleraturum promitteret. Rafnus contra, decimas ex omnibus Regis & Regni jam factis futurisqve possessionibus intra limites diœceseos Skalholtensis sitis, Præsuli & templis solvendas, omniaqve cathedræ jura, qvæ ante Arnæ adventum habuisset, sartatecta conservanda spospondit. Qvod sigillis & subscriptionibus utrinqve confirmarunt. Sed minus diutina pax fuit, nam Præsul dictorum pænitens, circumcirca emisit literas, qvibus non tantum pacta dissimulavit, sed & Clericos, ne præbendas ullave earum bona laicis traderent, serio monuit & prohibuit (a). Nihilo autem secius laici, Clericis invitis & prohibentibus, plurimas, de qvibus controvertebatur præbendas, receperunt; Præsul vero cavillatoria pacti expositione utens, se eo minime teneri jactabat, in vocabulo tolerationis, qvod adhibuerat, frivolos qværens mæandros.

§. 30.

(a) Vid. infra ad finem capitis Litr. B.

§. 30.

Consveto tempore Rafnus cum Regiis Comitia adiit, certiorqve de Præsulis tricis & ambagibus factus. Diploma Regium & Pactum Brautarholtense publice prælecta, communi omnium consensu in leges referri curavit; Qvod audiens Præsul, novas eos & Privilegiis Ecclesiæ perniciosas leges introduxisse clamavit, ideoqve in Comitiis a Magnatibus invitatus adesse recusavit; verebatur enim, ne si compareret, eadem fata subire cogeretur ac Jonas Archiepiscopus Nidarosiensis, decimisqve & reditibus privaretur, ni omnino in leges Regias juraret. Sed cum ipsi asseclisqve de salvo conductu a Rafno amplissime cautum esset, tandem semet stitit, itaqve inflammatus, *ipsos, Statutis Concilii Bergensis ex diametro opposita in leges referendo, majorem excommunicationem meruisse* dixit, addens *præterea ipsos limites in Regio Edicto præscriptos non parum excedere, Cathedram Skalholtensem suosqe domesticos antiqvis Privilegiis privare, novis vero oneribus aggravare, decimis de Regiis possessionibus solvendis, ut & falconum captura in templorum fundis spoliare; Recens Jus Ecclesiasticum in novis Decretis fundatum impedire, cum tamen dudum ut leges divinæ humanis in omnibus cederent, receptum fuerit: Regios jurisdictionem Ecclesiasticam contra jus & fas sibi sumere; Navigio cathedræ Skalholtensis liberum in Norvegiam transitum & mercaturam non concedi; Nidarosiensi etiam Archi-cathedræ, antiqvum Privilegium. sulphur falconesqve, farina, aliisqve rebus commutandi, interdici* (a). *Præterea de vadimoniis pro templis eorumqve possessionibus, qvæ laici Clericis invitis receperant, aliisqve rebus controversis non pauca adjecit:* Qvæ, dum summo animi ardore & verborum pondere intonuit, Rafnus & reliqvi conticuere, intentiqve ora tenebant.

§. 31.

(a) Nostrates qvondam agriculturæ operam dedisse, non tantum Historiæ & Annales, sed & hodienum exstantia signa abunde testantur. Non tamen qvotannis tantum frugum proventum terra tulit, ut externæ opis indigi non essent. Hinc Haraldus Sigurdi filius iis gratificaturus, qvatuor naves farre onustas misit, qvi Regi Norvego sese dedituri, ut copia farris eis qvotannis prospiceret, stipulati sunt. Cum ergo talis mercatura lucrosa valde esset, Archiepiscopi Nidarosienses, qvibus odor lucri ex qvalibet re dulcis fuit, sibi relinqvi voluerunt, ut farinam Islandis adveherent, falcones autem & sulphur rursus asportarent, qvæ alibi magna fœneratione tandem divendiderunt.

§. 31.

Ipſo autem dicendi finem faciente, regeſſit Rafnus: *Perverſe & irreverenter agere Præſulem, qvi alios accuſet, cum ipſe reus ſit: Laicos pactis non ſtetiſſe aſſerat, cum ipſe ea prior ruperit; limites in Regio Edicto præſcriptos exceſſiſſe, cum mandatis nondum ſatis fecerint, multas enim præbendas adhuc reſtare, qvæ non ſint receptæ; Tantum abeſſe, ut Eccleſiæ Privilegia imminuerint, ut ſua ſarta tecta retinere non valeant: Clericos qvidem jam in qvorumvis poſſeſſiones impune involare prohiberi; ſed id ex Edicto Regis fieri, cui ſoli leges & jura dare competat, ideoqve excommunicationis minas aut patienter tolerandas aut nihili pendendas. Se itaqve, neqvis in talibus Præſuli pareat, Regis nomine ſevere edicere, ipſi autem ut debitam audientiam præſtent, omnibus mandare, ni commeritam pœnam exantlare velint. Qvod de domeſticorum immunitatibus, decimis, Privilegiis cathedræ Nidaroſienſis & falconum captura in templorum fundis Præſul qveſtus ſit, qvandam veri ſpeciem habere, Regios etiam pariter ac alios, Antiqvo Jure Canonico ſtare, conſentaneum ſibi videri: Interim, cum hæc jura ad Regis poteſtatem devoluta ſint, omnia ad ipſum referenda & ab ipſius clementia expetenda eſſe* dixit. Tandem poſt longam altercationem, datis a Rafno pro præbendis earumqve poſſeſſionibus, qvas laïci receperant, idoneis vadibus, & ſufficiente præſtita ſatisfactione, Pactum Brautarholtenſe renovari & confirmari placuit. Et ut Præſuli gratificarentur, ipſe Præfectus Rafnus & Nomophylaces Sturla & Jonas cum eo, Regi ſupplicabant, ut decimas de ſuis poſſeſſionibus in Islandia ſolvi, Cathedras a tributis immunes eſſe, Navigio Cathedræ Skalholtenſis liberum in Norvegiam navigationem permittere, tandemqve, ut Lopto Helgonis in patriam redeundi veniam dare vellet. Ignis autem ſemel accenſus non potuit exſtingvi, præſertim cum multæ, qvamvis leviores, controverſiæ qvotidie naſcentes eundem alerent; Qvæ, ut hic referantur indignæ qvidem videntur. Omnes tamen de Præſulis ardore & pervicacia, luculentum præbent teſtimonium.

§. 32.

Anno 1285. Præſul pariter ac antea pœnitentia pactorum ductus, laicis, qvi præbendis manus injecerant, ſacris interdixit, qvæ unacum

aliis incidentibus irritamentis Rafno ita ſtomachum moverunt, ut literas, minis & qverelis plenas Præſuli mitteret, qvas ille timens, in templo Sancti Thorlaci, tanqvam ſummæ ſanctitatis aſylo, diu ſe continuit; Rafno objiciens, qvod promiſſum vadimonium non obiiſſet. Approqinqvante autem ſtato Comitiorum tempore, domi hærebat, neqve ullo modo, ut forum adiret, exorari potuit. Qvocirca Rafnus cum Regiis, Skalholtum revolans, cum ipſo in cella templo adfixa (alibi enim ſe non tutum putabat) colloqvitur. Ubi, cum multum diuqve altercati eſſent, tandem, ne recentia aut majora mala periculave prioribus accumularent, priſtina Pacta renovari viſum eſt. Et præterea, ſi forte præbendæ unqvam Clericis reſtituendæ forent, laici etiam uſum fructum reddere tenerentur, prout Rex & futurus Archiepiſcopus æqvum judicarent, ſin minus Clerici a redituum, qvos inde perceperant, reſtitutione liberi eſſent, niſi Regi & Metropolitano aliud viſum foret. Laicis etiam ad ſacra acceſſus permiſſus fuit. Qvo facto, verbo in præſentiarum reconciliati ab invicem diſceſſerunt. Sed paulo poſt Præſul Sæmundum Sturlæum, partim perſvaſionibus, partim minis adegit, ut præbendam Gardenſem, adjecto juramento, ne unqvam invito Præſule eam repeteret, ſibi reſignaret, qvam ſtatim ſuo ſobrino Biarno Helgonis conceſſit, majora ſine dubio auſurus, ni e Norvegia audiſſet, nec ullum adhuc conſtitutum eſſe Archiepiſcopum, nec Regem, ſuas Magnatumve ſupplicationes priori anno emiſſas exaudiviſſe, qvibus ei nihil acerbius accidere potuit. Thorvaldum autem Helgonis, Præpoſitum Provinciæ Occidentalis conſtitutum, etiam præbendæ Holtenſi præpoſuit, qvod Rafnum peſſime uſſit (a), qvi par qvodam modo pari relaturus, Clericis qvibusdam,

(a) Rafnus inter alia hæc Epiſcopo ſcripſit: „Vitit þat til viſs. medan ek hefer ſýſlu af „Noregs konóugs hende í Veſtfiördnm. ſkal Þórvalldr eigi hafa prófaſtsdæmi. ok „eigi helldr ſtadin í Hollti nema hann verdi ríkari enn ek —— Vilie þer eigi „hallda vorn ſamning. þá vitit fyrir víſt. at ver ſkulum fylgia konóngs bodſkap „med öllum þeim ſtyrk ſem ver megum. ſva at hanns vilie gángi fram. ef ek er „heill. hvat ſem þer kennemenn ſegit." Id eſt: *Pro certo ſcitote, qvod qvamdiu ego Regis Norvegiæ nomine Præfectura quartæ occidentalis fungar, Thorvalldus nec Præpoſitus erit, nec præbenda Hollltenſi fruetur, niſi potentior ſit qvam ego.* Et paucis interjectis: *Si pactis noſtris ſtare nolueritis, certo ſcitote nos mandata Regia, omnibus, qva potes erimus, viribus nos exſecuturos, ita ut Regis voluntas fiat, modo ſalvus perduravero, qvicqvid vos ſacrificuli dixeritis.*

dam, ut coram Magistratu Civili causam dicerent, dicam scripsit, id enim Præsulem ægerrime laturum scivit. Convenerunt qvidem sub autumnum Stafholti in tractu Borgarfiord, sed id colloqvium mox, ut alias, in rixas abiit.

§. 33.

Anno 1286 cum Præsul nondum in Comitiis sui copiam facere vellet, Rafnus Jonam Nomophylacem cum qvibusdam aliis Skalholtum, de concordia cum eo acturos, ablegavit. Qvibus post longum colloqvium re infecta reversis, alteram denuo adornavit legationem, cui præfuit Erlendus & Thorsteinus Vendeli filius, natione Norvegus, vir animi præsentis. Qvos cum Præsul nec aspectu, nec colloqvio dignaretur, Erlendus ira accensus, ipsi, & Biarno Helgonis, ut coram Rafno, aliisqve Regiis, eodem die in Comitiis causam dicturi comparerent, dicam scripsit, qvam ille susqve deqve habuit. Rafnus itaqve cum hæc omnia frustra esse cerneret, *se, non tantum servitia ab Episcopo abacturum, & sedi Episcopali laicos impositurum, sed præterea etiam Episcopi visitationem impediturum, Clericos vero, qvos contra expressum Regis mandatum præbendis præposuisset, proscripturum esse* dixit, *ni Præsul de tam contumaci contentione remittere vellet.* Nomophylaces itaqve denuo litteris a Thorsteino Skeggio & Magno Petræo perferendis, Episcopo significarunt *velle populum unanimi consensu, ut Rescriptum Regium & Pactum Brautarholtense de præbendis rata habeantur, Episcopus, qvæ ceperit, inter qvæ sit præbenda Gardensis, restituat, excommunicatis accessus ad sacra permittatur; omnesqve tandem orare, ut id consilii, qvod pro re & tempore optimum sit, capere velit.* Qvibus ille respondit: *ut cernat Rex, Regina & Dux hæreditarius, qvantum ipsorum bonori & voluntati tribuat, se, hac vice omnes has contentiones Regis & Archiepiscopi arbitrio permissurum, ea tamen conditione, ut sibi ab Erlendo Crasso satisfactionem adjudicent, qvod sibi contra leges divinas, ut coram laicis compareret, dicam dixerit. De laicorum autem absolutione idem se qvod proximo anno toleraturum;* qvas conditiones Rafnus lubenter accepit (a).

(a) Verba Islandica hæc sunt: " Næst verdugre heilsan. Til þess at herra Eyrikr kóngr. " oc herra Hákon hertuge. oc frú Ingibiörg skilie at ec vil giarna þola. oc til þess " vægia.

§. 34.

Hac æstate Presbyter qvidam Islandus, Gudmundus Halli edicta & rescripta Regia secum attulit, qvibus mandabatur, ut Rafnus cum 120 armatis, ad resistendum Svecis, qvi in Norvegiam irruptionem facturi timebantur, qvam primum in Norvegiam transfretaret. Ille autem inanem (qvod & revera fuit) tumultuationem esse conjectans, senium & valetudinem prætexens, diu hæsitabundus, tandem itineri sese accingit. Sed anteqvam enavigandum esset, in morbum incidit, qvi eum in multum usqve autumnum lecto affixum detinuit. Præsul autem, cui Rex idem hoc negotium commendaverat, & ut suis viaticum & mercimonia, modo indigerent, mutuo daret, rogaverat (a), summa alacritate imperata fecit, qvod ipsi postea Regis gratiam conciliavit.

§. 35.

" vegia. at þeirra virding oc sæmd være sem mest heil oc halldin. giaure ek þat tillæte at finne. at um þau mál er Rafn frír á. at ec hafe eigi halldit þann sama. sem ec giaurda í fyrra sumar. oc vær sömdum. þótt mer sýniz at hann megi eigi miök at finne átelia. þá legg ek þat under dóm Eyriks konóngs. oc þess erkibiskups sem gud lætr verda til Nidaróss kyrkiu. slík sem þau prófaz. at því tilskildu. at þeir dæme heilagre kyrkiu oc mer sæmd fyrir þat er Erlendr Digre stefnde mer oc prestum mínum til leikmannadóms móte guds lögum. oc fyrir þat annat. er til brygda hefr giört verit af leikmanna hende í móte þeim sæmninge sem giaurdiz med oss í Skálahollte. enn um þiónustumukr þeirra sem kyrkiur hafa tekit sem konóngsbref sýniz ávíssa. þole ec slíkt sem hit fyrra sumar. " Id est, *Digna in antecessum salutatio. Ut Dominus Ericus Rex, & Dominus Hakon Dux, & Domina Ingibiörga, comperiantur, me toleraturum & concessurum, ut eorum dignitas & honor sartus tectus conservetur, in præsenti in bis cedo, qvod causas, de qvibus ego & Rafn æstate præcedenti pactum iniimus, qvod pactum violasse Rafn me incusat, qvamvis illa incusatio huc usqve sine fundamento esse mihi videatur; sententiæ Regis Erici, & Archiepiscopi, qvem Deus Ecclesiæ Nidrosiensi dabit, tales, qvales tunc probatæ fuerint, subjicio, hac tamen conditione, ut sanctæ ecclesiæ & mihi condignam reparationem adjudicent, pro eo qvod Erlendus Crassus me, meosqve sacerdotes, contra leges divinas, in jus laicorum vocavit, & pro secundo de violatione pacti, qvod Skalholti inivimus, a laicis commissa. Sed de illorum ad sacra admissione, qvi præbendas, prout literæ regiæ indicare videntur, capessiverunt, idem, ac præcedenti æstate, tolero.*

(a) Rex hæc inter alia scripsit: " Þer hafit heyrt at ver höfum kallat til vor fólk af Islande " med miklum skunda. bidium ver oc at þer látit oss heimila vera ydra menn.

" nefndar-

§. 35.

Nondum ſuum Norvegia Archiepiſcopum acceperat; Electus qvidem fuerat Narfus Bergenſis; ſed cum officio impar eſſe videretur, ab incepto deſtitum fuit. Deinde in Indridum qvendam, qvi qvondam fuerat Canonicus Nidaroſienſis, ſed in diſſidio Jonæ Archiepiſcopi & Erici Regis, exilio mulctatus, Bononiæ jam litteris operam navabat, omnium Canonicorum vota conſentiebant, Rex autem cum Senatu, electionem viri turbidi & inqvieti, inflatiqve ingenii, ſummopere improbabat, & omnibus modis impediebat, qvod ubi cognovit Indridus; has partes ſuſcipere recuſavit. Hujus electionem Arnas geſtiens audivit, idqve qvod tantopere cupiebat, omnino futurum confidit.

§. 36.

Sub autumnum viſitationem Qvartæ occidentalis ingreditur, in qva Ericum Mördi filium, qvi invito Epiſcopo, præbendas Holtenſem & Selardalenſem ſui juris fecerat, cum Holtenſem ſub Epiſcopi patrocinio a diebus Thorlaci Sancti fuiſſe, qvatuor Clerici jure jurando confirmarent, cetum etiam in littora templi Eyrenſis ejectum, ſuo lucro verterat, & prætera edicta Rafni per Qvartam occidentalem publicari curaverat, cum Præſulis arbitrio omnia concredere jureqve jurando judicio ſe ſtaturum promittere nollet, ut & Clementem qvendam, qvi ipſo inconſulto præbendam Nupenſem repetiverat, in templo Holtenſi, ingenti ſolennitate, accenſis cereis & ſonantibus campanis, ipſo B. Virginis Nativitatis Feſto diris devovit. Deinde etiam Einarum Vatnsfiordenſem, qvi præbendam, ſpreto Jonæ Archiepiſcopi judicio occupaverat, excommunicatus ſacra freqventarat & corpus Domini acceperat, inceſtiqve inſimulatus, jure jurando ſe purgare noluerat, unacum Thorgrimo Einaride,

» neſndarmaunnum til búnader. enn þer takit adra jafnmikla. þegar útgreidiz » reynum ver oc nokkurn gódvilia af ydar tillögum. þá ſkal ydr audvelldare ydar » bænaſtadr til vor. » Id eſt: *Audiiſtis qvod nos copias de Islandia, ſubito colligendas, evocaverimus,* (qvare) *& vos rogamus, ut veſtros homines, qvo prius conſcripti iſti inſtructi ſint, nobis concedatis, & vos tot invicem qvando inſtructi fuerint, recipietis. Si veſtram qvandam benevolentiam & procurationem* (hac in re) *experiemur, precibus exinde veſtris apud nos facilior erit exoratio.*

ride, qvi Stadum Steingrimsfiordensem invaserat, ceteqve in templi littora ejectum divenderat, pari ac priores modo exsecratus est.

§. 37.

De his Præsulis gestis Rafnus ab Erico certior factus, valida stipatus manu obviam ire parat, Thorvaldumqve Helgonis, qvem, ut supra diximus, templo Stadensi Episcopus præfecerat, cui non tantum ob recentes offensas & Præsulis gratiam, sed etiam ob antiqvam de re pecuniaria controversiam infensus fuit, intercipere cogitat. Sed Præsul nutu cujusdam, Rafni consilia subolens, Thorvaldum captivitatem fuga prævertere jussit; Rafnus itaqve spe dejectus, Episcopo primum in tractu Kollafiordensi occurrit, qvi eum, post aliqvantulum colloqvii, abire jussit; Nam in septimana qvatuor temporum, qvæ autumno incidit, Præsul ordinationibus Clericorum & officio missatico intentus fuit, qvæ in Rafni præsentia, sui & ecclesiæ hostis, ut ajebat, peragere noluit. Paruit qvidem ille hac vice, sed invitus; Episcopo denuo ad villam Hvolum occursurus, ubi non multum abfuit, qvin in gratiam redirent, ni Præsul, ut omnia qvæ de rebus controversis ipse pronuntiaturus esset, rata se habiturum, Rafnus jure jurando promitteret, inflexibilis exigere perseverasset, qvæ conditio, pacta & concordiæ spem abrupit.

§. 38.

Anno 1287 Præsul jam tandem prædictum Indridum aut qvendam alium Archi cathedram ascendisse confidens, prioris anni pacta rescidit, præbendarumqve occupatores denuo excommunicavit. Qvod cognoscens Rafnus, ne nihil facere, &, qvantum in se esset, laïcis deesse videretur, profligato Biarno Helgonis, ipsiusqve bonis fisco adjudicatis, Sturlam Sæmundi latifundio Gardensi denuo præposuit. Deinde in publicis Comitiis, omnes, qvotqvot Episcopus præbendis de qvibus controvertebatur, Clericos, invitis laïcis præposuerat, proscripsit; Ab eo vero excommunicatos insontes & injuste mulctatos esse, proclamavit, cumqve iis non tantum ipse communicavit, sed & aliis, ut idem facerent, auctor fuit. Se autem Præsulem decimis privaturum & visitationem ejus impediturum minatus est. Sed res non ultra minas venit; Nunqvam enim a suis,

ſuis, qvi eum ut exempla Norvegica imitans, Epiſcopo manus injiceret, inſtigare non deſtiterunt, induci potuit, majorem enim miniſterio Eccleſiaſtico reverentiam deberi dixit. Sed neqve Præſul ſurdis hæc auribus prætermiſit, neqve ad ea omnino ſiluit; Nam Rafni aſſeclas & qvotqvot Comitiorum decreto conſenſerunt ſimiliter & Clericos, qvi non per fas nefasqve laïcis reſtiterant, excommunicavit, ipſum autem Rafnum anathematis telo aggredi, conſilio Runolfi Abbatis Verenſis, distulit, aut non auſus eſt; verebantur qvippe, ne hoc modo exaſperatus, nulli parciturus omnia miſceret. Eodem anno Jorundus Holenſis Norvegiam petiturus, Arnæ ſuæ dioeceſeos curam commendavit (a).

§. 39.

Anno 1288 Rafnus ex improviſo Thorvaldo Helgonis ſuperveniens, eum, ut ſe, ſuaqve omnia ſibi, ſalva tamen, qvam Eccleſiæ & Præſuli debebat, reverentia, committeret, prædiumqve Holtenſe, reſtitueret, adegit. Qvi paulo poſt a Rafno dimiſſus Præſulem convenit, cujus animum, non tantum ob initam cum Rafno pactionem, ſed & ob liberam nimis templorum Holtenſis & Vatnsfiordenſis redituum diſpenſationem & dilapidationem, ut & pecuniam. qvam Thorvaldus Nialo cuidam debebat, a ſe alieniorem offendit. Qvem ut reconciliaret, prioribus pactis reſciſſis, ipſi ſe ſuaqve omnia ſubjicere coactus eſt, itaqve facultatum ejus inter creditores diviſorem agens Præſul, Nialo dentem balænæ qvatuor cum dimidia ulnas longum (b), inter alia addixit, qvod Thorvaldum

---

(a) Scilicet, ut Clericos ordinaret, majora templa purgaret, ſi profanari contingeret, & graviores cauſas aut caſus judicaret, reliqva vero ſuis officialibus concrediderat.

(b) Hos dentes veteres maximi fecerunt, Reges enim & Magnates capulorum loco illis uſi ſunt, teſtibus; inter alios *SOLINO* cap. 22. *Qvi ſtudent cultui*, (inqvit,) *dentibus mari nantium belluarum inſigniunt enſium capulos, candicant enim ad eburneam claritatem.* Et *STURLÆO* in *Vita Magni Nudipedis Norvegiæ Regis*, de cujus enſe ille ita: *Cinctus acutiſſimo gladio, cui nomen* Leggbitr; *ejus capulus ex dente urſi marini fuit, aureis limbis exornatus.* Ex talibus dentibus Paulus Præſul Skalholtenſis circa annum 1210 lituum affabrefactum Thorero Archiepiſcopo transmiſit; Et Ögmundus Skalholtenſis ex duobus magnis dentibus binas tubas fieri curavit, qvas Regi Chriſtiano II. 1521 dono dedit, ut infra monebitur. Ad noſtram usqve ætatem Skalholti talis lituus exqviſite factus viſebatur. Hodie ejus modi dentes rariores ſunt, & qvi

Thorvaldum male habuit, Nialum enim, cui tantum cimelium obtingeret, omnino indignum putavit, qvod ut ipſe Epiſcopus dono a ſe accipiat, rogans, veniamqve ſibi ad exteros abeundi concederet, flagitans, repulſam tulit, qvam ægre ferens, ut Epiſcopo viciſſim aliqvid moleſtiæ adferret, dentem Regi Erico a ſe aſſignatum fuiſſe, profeſſus eſt. Paulo poſt Præſul, Raſno, ipſum majoris excommunicationis hoc facto jam denuo reum a ſe feſto Thorlaci diris devovendum fore, nunciari curat, qvi ſe ejus maledictiones ſusqve deqve ferre, ipſum autem non leve in Regiam Majeſtatem crimen commiſiſſe, cum ejus cimelia vulgari cuidam ruſtico adjudicaſſet, regeſſit.

§. 40.

Sub ipſa Comitia appulerunt Regii Legati, Olaus Ragneidæ filius Regis Aulæ Magiſter, & Sighvatus Halfdani filius Iſlandus, qvi ſub autumnum e Norvegia ſolventes in Hetlandia hybernaverant. Hos ſtatim convenit Raſnus, qvi de controverſia præbendaria Olaum certiorem factum, præoccupare, & in ſuas partes trahere ſategit. Qvod audiens Loptus Helgonis, Præſuli, qvi ineunte hoc vere viſitationem qvartæ orientalis ſuſceperat, obviam volat, qvid facto opus ſit moniturus. Hic accepto nuntio, tanta celeritate uſus eſt, ut ſeptem diebus longum & arduum iter ad Comitia emenſus ſit, qvod alii qvatuordecim vix poſſent conficere. Acceptis deinde Regiis literis, gratiarum actionem pro præſtita prioribus Legatis benevolentia & horum commendationem continentibus, antiqva de præbendis controverſia diſceptari cæpta eſt, qvam hac vice ſua interceſſione & auctoritate ex Regii Edicti tenore pronuncians, ita ſopivit Olaus, ut abſolutis, qvos excommunicaverat Præſul, datis acceptisqve mutuo vadibus, utriqve ſua jura, usqve dum Rex & Archiepiſcopus litem dirimerent, ſarta tecta manerent (a).

§. 41.

---

qvi jam conſpiciuntur, unius aut ſeſqvi ulnæ longitudinem raro excedunt. Hic, de qvo jam agimus, dicitur ***nábvalstönn***, cujus longitudo fidem fere ſuperat. Hippopotamorum dentium mentionem facit *OTHERI Periplus* §. 5. qvibus magni pretii oſſa ineſſe, & poſtea Biarmiorum & Finnorum Regum cenſum in balænarum oſſibus, id eſt, hiſce dentibus conſiſtere, ait. De dentibus balænarum erudite agit *WORM.* in *Epiſtolis* paſſim.

(a) Formam hujus *Transactionis* vid. ad finem hujus capitis Litr. C. ex *Vita Arna* Manuſcr. deſumtam.

§. 41.

Exactis autem Comitiis, Jörundus Holensis & Thorvardus Thorarini in Islandiam revertentes, literas Jörundi, qvondam Hamarensis, sed jam electi Archiepiscopi Nidarosiensis adtulerunt, qvibus Arnæ, ut præbendas a laïcis, sive eas hæreditate, emtione, donatione, dotis nomine, aut qvocunqve tandem jure teneant, reposcat, tergiversantes autem anathematis fulmine feriat. Idemqve illud Jus Ecclesiasticum, qvod ipse qvondam instinctu Jonæ Archiepiscopi Islandis præscripserit, urgeat, mandabatur (a). Alteras autem Archielectus laïcis misit, qvibus acta & judicia Jonæ Archiepiscopi de præbendis confirmavit: Regium autem Diploma, qvod Rafnus anno 1283 attulerat, rescidit & nullius valoris pronuntiavit: Omnibusqve præbendarum occupatoribus pro injusta earundem invasione & tractatione, ad Præsulis nutum satisfactionem præstare mandavit; obnitentibus autem, ut Dei Ecclesiæqve contemtoribus justissimam exsecrationis pænam minatus est. His acceptis literis Præsul ad ingrediendum iter Norvegicum in procinctu stans dubitare cœpit an propositum mutaret, & mandata prius exsecutioni daret, sed consilium Olai seqvens, in incepto perstitit. Vicario sibi dum abesset substituto Runolfso Abbate Verensi; Minime tamen eodem ac Rafnus navigio avehi voluit, qvem etiam ante abitum non semel a convictu suo arcuerat; Rafnus enim ab ipso absolutionem accipere, utpote sibi insons visus, dedignatus fuerat. De supra memorato balænæ dente etiam ante eorum abitum litem recrudescere incipientem Olaus ita ad tempus sedavit, ut is Præsulis inter navigandum arculis inclusus, Regi in Norvegiam transvectus traderetur.

§. 42.

Præsul felici satis navigatione usus, Nidarosiam eodem fere tempore pervenit, qvo ipsius, cujus ante injecimus mentionem, in paucis carissimus, Sighvatus Lande Canonicus Nidarosiensis Roma Pallium attulit, qvo Dominica post festum Trinitatis 20, Eyvindus Osloënsis & Arnas

(a) Vid. supra Tom. I. pag. 471.

nas Stafangrensis Episcopi, Arna Skalholtensi & Thorsteino Hamarensi adstantibus, Jorundum Archiepiscopum induerunt. Hic Arnam qvod Rafnum ejusqve asseclam Erlendum, aliosqve sacrilegos non dudum devovisset, acriter increpavit; summam enim sibi totiqve ecclesiæ infamiam hac indulgentia contraxisse dixit: Objiciens inter alia Jorundi Holensis acta & exempla, qvi omnia ex voto perfecerit, suæqve, qvotqvot in ipsius dioecesi sitæ essent, præbendas potestati subjecerit; (id enim Holensis superiori anno in Norvegia manens Archiepiscopo persvaserat) Arnas autem rem aliter se habere asseverans, fidem non invenit.

§. 43.

Anno 1289 Jorundus Archiepiscopus Rafno Bergæ in Regis satellitio commoranti, ut coram se causam dicturus, præsertim qvod anno 1282 in Norvegia constitutus Jonæ Archiepiscopi persecutioni consensisset: Nidarosiæ compareret, diem dixit: Arnas etiam eidem, ob commissa in Islandia crimina, dicam scripsit. Sed has evocationes contemnens a Narso Præsule Bergensi diris devovetur, qvibus tandem Tunsbergæ ab Archiepiscopo absolvitur, edita ante liberrima confessione, & se laïcorum in occupatione præbendarum coryphæum fuisse, & ipsos hac in re haudqvaqvam tantundem processuros fuisse, ni ipse Regia fultus jussione, præscriptis a Majoribus conditionibus omnino manendum dictitasset, etsi Archiepiscopi Pontificis auctoritatem prætendentes summa injuria eas evertere conarentur, præstitoqve demum solenni juramento in gratiam & communionem recipitur. Præsul autem Arnas, ineunte vere Nidarosia Bergam veniens a Rege perhumaniter excipitur, a qvo etiam eadem æstate domum revertendi veniam eblanditur. Qvod ubi cognovit Rafnus, laïcorum rationibus haud conducibile putans, si Episcopus se absente solus omnia dirigeret, per Audinum Hestaborn Regis intimum Consiliarium, non tantum ut concessa abeundi venia revocaretur, sed & ipse Præsul expeditionis Danicæ, qvam jam parabat Rex, socius esse juberetur, effecit. Paruit qvidem Præsul, sed valde invitus, missisqve cum sacerdotibus Jona Ormi & Ormo Dagi literis & mandatis ad Runolfum Abbatem, Regem seqvitur.

§. 44.

Adulta æstate Archiepiscopus & reliqvi Præsules, qvi hactenus itidem expeditioni interfuerant, reverti cogitabant, qvod sentiens Arnas, conscensa scapha ad Metropolitani triremem tendens, cum eo discedere parabat. Qvod ubi Regi nuntiatum est, qvosdam suorum, ut discessum ejus prohibeant, misit. Qvi sive fortuito scapha Præsulis depressa, ipsum pæne submersum, in lembum, qvo vehebantur, adtractum, Regi stiterunt, qvi ipsum humaniter exceptum secum detinuit, honesteqve & liberaliter tractatum, non modo sæpe sanctioribus consiliis adhibuit, sed & ejus opera in legationibus ad Daniæ Regem usus est. Nihilo tamen secius militiam, cui invitus nomen dederat, graviter tulit, nam raptu conqvisitis vesci abnuens, domo tantum avectis esculentis, ut pane, butyro, talibusqve, qvæ tamen situ corrumpi cœperant, uti voluit, unde scorbutum & dentium qvorundam maxillarium jacturam contraxit. Huic etiam expeditioni (a) interfuit Rafnus Oddi, qvi strenuum prudentemqve virum semet præstans, Regi in multis operam suam probavit, ipsiusqve & Præsulis animi concordia jam coalescere visi sunt; Sed vergente æstate minimo digito ictu sagittæ vulnus accepit, haudqvaqam initio lethale: Qvod cum homo militaris negligeret & parvi faceret, nihil, qvantum vires permittebant, consvetis muniis intermissis, primo digitus, deinde manus & brachium tabuerunt, tandemqve vi mali latius serpente, & omnem prorsus medicinam respuente, Tunsbergæ, Anno ætatis 65. 10 Calend. Decembris obdormivit.

§. 45.

Rex Ericus ex hac expeditione redux Tunsbergæ aliqvantisper substitit. Tandem vero ineunte hyeme religiosam ad Sanctum Olaum Nidarosiensem profectionem una cum Duce Hacone suscipiens, Præsulem nostrum secum habuit. Qvem, cum Provinciæ, cui nomen Rings-

---

(a) Bellum hoc Ericus Norvegiæ Rex, Erico VII. Danorum Regi, alias dicto Menved, indixit ob maternum hæredium sibi denegatum, additis non nullis de Jacobo Comite Hallandiæ, qvi inter Regis Erici VI. parricidas habebatur. Conf. *PONTANI Rer. Dan. Hist.* lib. 7.

akur appropinqvaret, cum universo satellitio Jonas Brynjolfi (a) Regionis Præfectus splendido convivio excipere voluit, ipse etiam festivitati non tantum interfuturus, sed etiam Rege sic jubente, cui Præsul alterum latus clausit, ab altero proximus sessurus, (Dux enim Hacon cum suis in altero cænaculo convivabatur) qvod conspiciens Præsul, Regi satis imperiose in os dicere ausus est; aut Jonam mensa arcendum, aut se discessurum alibiqve cœnaturum. Ad qvæ Rex rubore suffusus, Jonam discedere jussit: Qvæ Regis humanitas & Præsulis arrogantia omnibus admirationi fuit. Nihilo minus Rex ipsi omnem benevolentiam præbere & necessaria subministrare, non tantum in itinere, sed etiam qvamdiu Nidarosiæ mansit, perseveravit (b). Eo autem discedente, Archiepiscopalis mensæ particeps factus est, usqvedum pecuniam ad sumtus sustinendos ex Islandia reciperet (c).

§. 46.

A proposito in Islandiam remeandi, ut, supra diximus, retractus Præsul noster, Sacerdotes Jonam Ormi & Ormum Dagi f. ad Runolfum Abbatem,

---

(a) Hunc Jonam, ob consentionem profligationis Jonæ Archiepiscopi factæ 1282, & qvod cum uxore sua aliqvando in ipsius Archiepiscopi lecto dormire ausus fuisset, excommunicaverat. Et sane Rex Ericus Arnæ Skalholtensi cognominis sui rationem non probavit; ipsi enim & nunc & alias non Misoclerum, sed tanqvam indulgentissimum Patrem se præbuit, vid. supra Sect. 3. cap. 3. §. 3. Tom. I. pag. 401.

(b) Tunc etiam in prima jejunii qvadragesimalis hebdomade anno 1290 testimonium edidit, a nobis supra Tom. I. pag. 569 commemoratum.

(c) Doctissimus *ARNGRIMUS Crymog.* lib. 3. cap. 5. ut & Auctor appendicis *Vitæ Arnæ Episcopi*, (qvæ non unum agnoscit Authorem, nam Partem priorem, usqve ad annum 1291 antiqvitus conscriptam esse, Appendicem vero a recentiore manu adjectam res ipsa clamat) Arnam dum hac vice per aliqvot annos aulam secutus, id gratiæ apud Regem meruisse, ut præbendarum jura in clericos a laïcis transferrentur; Decretumqve Regium, qvo id declaratum est, datum fuisse anno 1295 asserunt, sed utrumqve perperam; Nam 1) ipsum Decretum seu Diploma Regium qvod ad calcem perantiqvi *codicis legum Islandicarum* membranacei exaratum exstat, plenis literis dicit hoc factum esse anno regiminis Erici 17 qvod non in 1295, sed 1297 optime qvadrat. 2) Dictum Diploma mentionem facit Arnæ Præsulis ut præsentis, qvi cum sex Clericis interposito juramento pactioni una cum Archiepiscopo subscripsit & sigillum affixit; sed Arnas ab anno 1291 ad 1297 in Norvegiam non venit, ut testantur *Annales Flateyenses, Skalholtensis, & Vita Laurentii Episcopi Holensis.*

Abbatem, suum in Islandia vicarium, suas & Metropolitani literas & mandata perferentes, ablegaverat. Qvibus acceptis Abbas, ut mandatum erat, Erlendo Olai filio tunc temporis Nomophylaci, dicam scripsit, injunxitqve, ut qvam primum ab ipso Archiepiscopo, anathematis, in qvod consentiendo persecutioni Jonæ Archiepiscopi inciderat, absolutionem accepturus Nidarosiæ se sistat. Qvi periculum in mora putans, extemplo enavigat, absolviturqve, anteqvam Arnas ex Dania Nidarosiam reversus est. Qvi adveniens Erlendo denuo dicam scripsit, non tantum qvod una cum Rafno laïcos ad occupandum præbendas instimulasset, sed etiam jurisdictionem ecclesiasticam sibi arrogasset, gloriæ divinæ & Ecclesiæ emolumento non parum obfuisset, aliaqve ejusdem furfuris objiciens. Erlendus vero consilium ab occasione mutuans, & a Rafno, si convalesceret, aliqvid subsidii sperans, ut actionem hac vice eluderet, omnia qvæ sibi præsidio aut excusationi esse possent, jam ad manus non esse obtendens, causæ comperendinationem postulavit, qvæ ei ad subseqventem 18 Cal. Septembr. concessa est, ad qvem ille non comparuit, sed anno 1290 a Rege Qvartæ occidentalis Præfecturam adeptus, insalutato Archiepiscopo Islandiam petiit. Runolfumqve Abbatem primo Stafholti, ubi amice collocuti sunt, & deinde ad transitum amnis Hvita, qvi Feriubacke vocatur, convenit, unde discordes discesserunt. Erlendus enim se pænis & disciplinæ qvam Abbas ei dictabat, submittere recusavit.

§. 47.

Paulo post, acceptis, qvorum supra mentionem fecimus, Archiepiscopi & Arnæ Skalholtensis edictis & epistolis, Abbas conventum Clericorum Gunnarsholti coëgit, in qvo eadem publice prælegit, qvæ Jorundo Holensi præbendas a laïcis intra diœcesin Skalholtensem reposcere, severissime injunxerunt. Qvod cum ille jam in qvarta orientali aggressus esse nuntiaretur, Abbas in occursum ejus volat, qvi ambo conjunctis viribus, talia agendo, æstatem consumserunt. Skalholtum pervenientes qvi se habeant reditus cathedrales perscrutabantur, reperiebantqve hoc anno ex decimis & prædiorum pensionibus, redituum summam esse 1600 Imperialium valorem. Hinc visitationem ultra perseqventes, laïcis ubiqve expulsis, Clericos rursus præbendis præfecerunt,

 usqve

usqve dum Hiardarholtum ventum esset. Illic Biornus Dugfusi ab Arna Episcopo ob præbendarum invasionem excommunicatus in templo, jussu Rafni sepultus qvievit; Sed cum jam qvidam coram Jörundo juramenti fide interposita, Biornum sub mortem pœnitentia ductum absolutionem petiisse confirmarent, cadaver effodi & ab Abbate absolvi curavit. Ipse autem templum ob sepulturam excommunicati profanatum lustravit. Qvo facto, hac vice domum qvisqve suam revertentes discesserunt.

§. 48.

Præsul, cujus reditus in Patriam etiamnum differebatur, Abbati denuo Anno 1290 mandata dederat de præbendis a laïcis extorqvendis, similiter de judiciis & pœnis, refractariis infligendis, statuta qvædam, a se, jussu Archiepiscopi, sed consilio Sighvati Landi & Magistri Oblaudi concinnata, transmiserat, ex qvorum præscripto Abbas execrationibus debacchando plurimis laïcorum præbendas extorsit. Nam audita morte Rafni animos demiserunt. Anno autem 1291 Arnas Episcopus ex Norvegia rediens, paucas qvæ restabant præbendas a laïcis in Clericos transtulit, haudqvaqvam ita volente aut jubente Rege, sed ex Archiepiscopi mandato & auctoritate (a).

§. 49.

Anno 1292 Thordus Halli & Christophorus Vilhelmi nova Regis Edicta adtulerunt, qvibus laïcis præbendas, qvotqvot sub Aristocratia eorum juris fuissent, a Clericis reposcerent, mandabatur. Illi itaqve cristas erigentes (b) hoc & seqvente Anno 1293, signa præferente Thorvardo

(a) Hoc, & superioribus annis, dissensiones Jörundi Archiepiscopi & Canonicorum Nidarosiensium, qvorum coryphæi fuerunt Sighvatus Lande, Eilifus Korti, qvi Jörundo tandem successit, & Audinus Ruffus, postmodum Episcopus Holensis, viguerunt, qvæ tandem in plusqvam vatinianum odium eruperunt. Qvam in suam & laicorum rem vertens occasionem, Rex litem de præbendis ultro movit, qvod etiam, præter supra allata, probat ante annum 1295 inter ipsum & Præsules de præbendis transactum non fuisse. Conf. supra Tom. 1. pag. 448.

(b) Ex hoc Pacto inter alia patet, fracto jam & submisso plane animo fuisse Jörundum Archiepiscopum; Non enim fecit, ut antea ejus antecessor Jonas anno 1273, qvi Regi gregarii

vardo Thorarini, Clericos ejicere & præbendas sibi vindicare aggressi sunt. Qvos Præsul, anathematum haud parcus diribitor anno 1294 diris devovit. Sed Thorvardo anno 1295 ad exteros proficiscente, Præsul pactum qvoddam cum laïcis de præbendis iniit; Qvorum duodecim anno 1296 præbendarum jura & dominium sibi abjurarunt. Qvod ubi in Norvegiam relatum est, duodecim illi anno 1297 a Rege evocantur. Eodemqve anno ipse Præsul, qvinta vice a qvo electus fuerat, nunqvam reversurus Norvegiam petiit, ubi tandem, longa illa de præbendis controversia, unacum ipso, qvodam modo sepulta fuit, ut patet ex Edicto Erici Regis, dato Augvaldsnesiæ, in festo exaltatæ St. Crucis, anno 1297, qvo laïcis templorum, qvorum ipsi fundos dimidios vel ultra possiderent, jura confirmabantur, reliqvis omnibus Episcoporum potestati relictis aut traditis (a). Ipse autem Præsul Anno 1298. 15 Cal. Maji. ætat. 61 officii 29 Bergæ in Monasterio St. Michaelis sepeliendus, vitam cum morte commutavit (b).

§. 50.

---

gregarii cujusdam assessoris in simili causa locum implere, obtulerat; Decidendi autem & decernendi potestatem penitus pernegaverat; sed ipse jam tali conditione contentus, fasces Regi submittere coactus est. In causa autem fuit qvod supra notavimus, inter ipsum & Capitulum Nidarosiense ortum dissidium, in qvo ille Regis sibi patrocinium emendicare conducibile ratus est. Vid. supra Tom. 1. pag. 449. Si Rafnus laïcorum Patronus indefessus, Regisqve semper flagrantissima gratia fruens, vitam hactenus produxisset, forte tot tamqve ampliorum præbendarum jure & fruitione laïci non spoliati fuissent. Sed agnoscenda hic ut alias divina providentia, qvæ actiones etiam in se & per se malas ad bonum finem dirigere & potest & solet. Nam hoc modo Ministerio in Islandia in hunc usqve diem qvadantenus provisum esse voluit. Huncqve tandem, longa & injuriosa de præbendis controversia finem sortita est, qvæ a Thorlaco sancto primum mota, cum ipso obdormivit, sed ab Arna cathedram Skalholtensem ascendente resuscitata, cum ipso etiam sepulta fuit. Ille autem hinc cognomen sortitus est. Nam a posteris non immerito *Stada-Arne* vocatus fuit, qvo etiamnum nomine in nostratium Annalibus insignitur.

(a) Regium illud Diploma exhibuimus supra Tom. 1. pag. 411.

(b) Huic Sancti Michaëlis Monasterio anno 1280 cum Bergis esset, Ecclesiam *Kirkiuba* in Insulis Vestmannicis sitam legaverat, diuqve deinde hoc Monasterium donum obtinuit; nam 1414, decimas inde accepit; & hæc (ni fallor) causa est, qvod Vestmannaeyenses, non Islandico sed Norvegico more, decimas solvunt. Literæ donationis e tabulario A. Magnæi exscriptæ ita se habent: *Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam Prælatis qvam subditis, præsentes literas inspecturis, vel audituris Arnisius Dei gratia*

§. 50.

Talis in vita & morte fuit famosissimus ille Skalholtensis Episcopus Arnas Thorlaci, de qvo vere dici potest, ingentes viri virtutes ingentia vitia æqvasse, sed qvæ temporis, qvo vixit, magis qvam personæ aut ipsius naturæ fuerunt. Qvænam, præter allata, de ecclesia sibi concredita, merita habuerit, Statuta ab illo sancita uberius commonstrant (*). De eo Author *vitæ Arneanæ*, qvæ satis prolixe & non inconcinne scripta exstat, tale fert judicium: *Convivia, & freqventia & splendida instituit, dator & exactor seu acceptor fere immodicus fuit; Causis Civilibus & Politicis multum sæpe temporis impendit dijudicandis, plurimiqve ei causas discernendas sua sponte subjecerunt, qvod ei plebis qvidem favorem, sed Optimatum odium & rei domesticæ dispendium contraxit; inter Clericos & laïcos judicem agens, illis sæpe iniqvior videbatur, qvod ideo fecit: primo ut nocentibus omnem impunitatis spem præcideret; deinde ut laicos hoc modo sibi devinciret; tandemqve ut eos in Ecclesiæ jura peccantes, gravius puniendi, eo speciosiorem prætextum haberet.*

Litr. A.

(a) Vier Bróder Ogmundr under gudz þolinmædi ábóti í Videy giörum godum mönnum kunnugt med þessu voru opnu brefi, ad vier hofum yferlesit ok sed gamallt registrum heilagrar Skálholts kirkiu so látande

---

gratia Skalhothensis Episcopus; Salutem in Domino sempiternam! Caritatem vestram nolumus ignorare Nos Ecclesiam Beati Nicolai Archiepiscopi & Confessoris, in loco qui dicitur Kirkiubör *in Vestmannaöy fundatam, auctoritate & consensu Venerabilis Patris, Johannis Dei gratia Nidarosiensis Archiepiscopi, Monasterio Sancti Michaëlis circa Bergensem Civitatem constituto, cum omnibus pertinentiis canonice contulisse perpetuis temporibus possidendam, salvo Pontificiali jure in omnibus & parochiali. In cujus rei testimonium, Sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum. Datum Bergis; annó gratiæ 1280. Pridie Calend. Augusti.*

(*) Vid. mox infra Litr. D. E. F.

(a) Id est: *Nos Frater Ögmundus divina tolerantia Abbas Videyensis, per has nostras patentes omnibus bonis notum facimus, qvod perlegerimus & viderimus registrum antiqvum sancti templi Skalholtensis, verbotenus tale, qvale hic subnectitur:* Constituto die Idus

de ord epter ord ſem her ſtendr ſkrifad. At tilſettum degi Idus Julii, voru fyrir oſs virduligr bróder vor Arni biſkup at Skálhollti af helft kyrkiu ſinnar, ok ſá leikmadr er Sighvatr heiter Hálfdánarſon af ſinne hálfu ok brædra ſinna, ok Einar Þórvalldsſon fyrir ſína brædur. Þá bar fram þeſſi biſkup í dóm fyrir oſs ſína beidſlu med þeſſum hætti ſem her ſeger:

Virduligum herra Jóni Erkibiſkupi. Ek Arni biſkup ad S'álhollti kiæri þat fyrir gudi ok ydr uppá Sighvat Hálfdánarſon, at hann helldr ok kallar ſer kyrkiu hins Helga Nicolai í Odda til forráds ok allrar aftöku ok ſínum brædrum. Nú af þvi at Sighvatr á at hafa ſvar fyrir alla her um, þá beidunſt ver at þer dæmet Heilagri Kirkiu aull þau rettindi ſem hún á at hafa, enn mer ok minum lögligum epterkomendum friálſt valld ok forrád kirkiunnar ſlíkt ſem til Skálhollts biſkups heyrer epter lögum.

Þeſſe andſvör hafdi Sighvatr á móti Arna biſkupi, at hann hyggr at þat ſkilord megi ſtanda, ſem Sæmundr Sigfúsſon giördi fyrir Oddaſtad at hann ſkilldi ſer forrád ok vardveitſlu ok ſínum erfingium æfinliga. Sídan var Sighvatr ſpurdr: Hvört Oddaſtadr væri kyrkiu eign kalladr? Hann ſvaradi: Hann mundi eigi á móti því mæla; ſo þó ad Oddveriar ſkylldu vardveita. Svo ok gekk Sighvatr vid fyrir Erkibiſkup-

---

Idus Julii coram nobis comparuere Reverendus frater noſter Arnas Epiſcopus Skalholtenſis, ſuæ eccleſiæ vice, & laïcus qvidam nomine Sighvatus filius Halfdanis, ſua & fratrum vice, & Einar filius Thorvalldi ſui ipſius vice. Deinde iſte Epiſcopus petitionem ſuam coram judice hoc modo protulit: Reverendo Domino Jonæ Archiepiſcopo: Ego Arnas Epiſcopus Skalholtenſis Sighvatum filium Halfdanis coram Deo & Vobis poſtulo, qvod templum Sancti Nicolai Oddenſe ſibi ſuisqve fratribus, qvoad curatelam & omnium proventuum interceptionem detinet, ac jure competere urget. Cum igitur Sighvatus unus omnium vice hac de re reſpondere debeat, noſtra eſt petitio, ut Vos Sanctæ Eccleſiæ omnia, qvæ ei competunt, jura, mihi autem meisqve ſucceſſoribus legitimis liberam templi diſpoſitionem & curatelam, prout ex præſcripto legum Epiſcopus Skalholtenſis habere debet, adjudicetis. Hæc reſponſa Sighvatus contra Arnam Epiſcopum regeſſit, ſe reputare, conditiones illas ſtare debere, qvas Sæmundus Sigfuſius prædio Oddenſi impoſuerat, dum ſibi, ſuisqve in perpetuum hæredibus, diſpoſitionem & curatelam reſervavit. Sighvatus exinde interrogabatur: Num prædium Oddenſe poſſeſſio templi audiret? Ille ſe haud inficiaturum, reſpondit, ſi modo Oddenſes curatores eſſent. Sighvatus qvoqve coram Archiepiſcopo confitebatur,

biſkupinum, at Steinun móder hanns keypti Oddaſtad af Birni Sæmundsſyne ok Sæmunde Hallsſyni; ok ſídan tóku þeir Sighvatr ok brædr hanns i erfd epter hana, ok hann átti ſvörum uppi at hallda fyrir brædr ſína uppá þetta mál, ok þeir hafa þetta ſamþykt. Med ſama hætti beiddiſt Arni biſkup af Joni Erkibiſkupi at hann dæmdi honum valld ok forrád ſlíkt ſem Skálholltsbiſkupi heyrer at guds lögum fyrer kyrkiunni í Vatnsfirdi undan Einari Þorvalldsſyni er ſer kalladi kirkiuna til forráda.

Þá voru ſvör Einars at Þórdr födrfader hanns let giöra kirkiu í Vatnsfirdi, ok let vígia med þeim ſkilmála, at hann ok hanns retter erfingiar hvör epter annan, ſkylldu eiga forrædi ok vardveitſlu. Arne biſkup ſeger ſvo þeim bádum Sighvati ok Einari, at honum ſýndiſt, at þeir megi ei at rettindum þær hallda eiga ne hafa; baud ok virduligr Herra Jon Erkibiſkup hann ſvo í ſkyllduga hlýdni vid Gud ok ſig med valldi ſins biſkupsligs embættis leidretta, ok einkanliga ſlíka hluti med ödrum þeim ſem hann ſer umbota þurfa á Islandi í Skálhollts biſkups umdæmi. Hann ſegir ok at biſkup egi valld yfir kirkium ok þeirra eignum öllum, enn leikmenn edr ólærder menn megi þær med engu móti eignaſt. Nu af þvi at Heilög Kir iulög votta at liótligt kaupmáli ok at rettindum onáttúrligt á ekki at fullkomna bóndans rettu, ok þat ſem í fyrſtu er einkisverdt,

Þá

---

tur, qvod mater ſua Steinunna prædium Oddenſe de Biörno filio Sæmundi & Sæmundo filio Halli emerit, in qvod, illa defuncta, Sighvatus, ſuiqve fratres jure hæreditatis ſucceſſerint, & qvod ille hac de re, fratribus ſuis in id conſentientibus, illorum ſit mandatarius. Eodem modo Arnas Epiſcopus a Jona Archiepiſcopo poſtulavit, ut illi diſpoſitionem & curatelam templi Vatnsfiordenſis, qvales Epiſcopo Skalholtenſi e legibus divinis competunt, ab Einare filio Thorvalldi, qvi illas ſibi competere urgebat, adjudicaret. Reſpondit Einar, avum ſuum Thordum templum Vatnsfiordenſe exſtrui, & tali conditione adjecta conſecrari curaſſe, ut ille ipſe, ejusqve legitimi hæredes, unus poſt alterum ejus curatelam & diſpoſitionem poſſiderent. Arnas Epiſcopus utriqve, & Sighvato, & Einari reſpondet, ſibi videri, illis præbendas iſtas jure nec habere nec retinere licitum eſſe, Reverendum qvoqve Archi-piſcopum Jonam vi debitæ Deo & Sibi obedientiæ ſe juſſiſſe, ut poteſtate officii ſui epiſcopalis tales præſertim, ut & alios defectus, qvos in diœceſi Skalholtenſi in Iſlandia emendari debere videret, emendaret. Addit & ille: Templa, omniaqve illorum bona in Epiſcopi poteſtate eſſe, ſed laïcis, & illis, qvi non ſunt clerici, illa nullo modo poſſidere licitum eſſe. Cum igitur ſanctæ Eccleſiæ leges teſtentur, conditionem turpem & jure incongruam jus poſſeſſoris non perficere, & qvod primo nullum fuit, ſuccedente

tempore

þá má þat sídan eigi fyrir nockru standa þá stunder lída; Ok vardveitsla þessara stada mætti enginn biskup undan sínum epterkomendum gefa, ok einginn leikmadr mætti helldr eignast, ok mega þar skilmála tilleggia Enginn má kirkiu kaupa ne selia vid verdi utan mikils sálar háska, ok því fær sá ei rettiliga halldit er svo kemst at. Af slíkum skynsemdum beiddist Herra Arni biskup af Oss, at Vier dæmdum af Sighvati ok brædrum hanns, svo ok af Einari Þórvalldssyni forrædi ok alla aftekt ok vardveitslu Oddastadar ok Olafskirkiu í Vatnsfirdi med öllu því sem þar til liggr, at ónýtum þeirra vörnum, sva alldri egi þeir sídan ne þeirra erfingiar nockut tilkall til greindra kirkna. Nú af því at þetta mál er til vors dóms komit, þá giörum Vier þenna órskurd á, í nafni Födur, Sonar ok Heilags Anda, at valld ok skipan forrædi ok vardveitsla Oddastadar ok Olafskirkiu í Vatnsfirdi med öllu því sem þar til liggr hvört þat er tekit edr ótekit, nýtt edr ónýtt, nema þat eitt sem til þarfenda hefr haft verit, ok þó skynsamliga tært verit, þá dæmum ver Arna biskupi í Skálhollti ok hanns lögligum epterkomendum, hönum ok þeim eilífliga at ráda; Ok fyrirbiódum Vier Sighvati ok brædrum hanns ok svo þeirra örfum, Einari ok hanns örfum, nockut ákall um þetta mál at veita. Var þetta bref giört í Biörgvin, þá lidit var frá hingatburd vors Herra Jesú Christi

F 2

---

tempore etiam nec valere posse, & nullum Episcopum harum præbendarum dispositionem in suorum successorum damnum abalienandi jus habuisse, aut ulli laico illas possedisse vel conditionem imposuisse integrum esse; Nemini enim sine ingenti animæ periculo templum pretio emere vel vendere licere, nec illum legitime retinere, qvi tali titulo acqvisiverit. Ob has rationes Dominus Arnas Episcopus a Nobis postulavit, ut Nos Sighvato ejusqve fratribus ut & Einari filio Thorvalldi dispositionem, interceptionem proventuum & curatelam præbendæ Oddensis & templi Olafi Vatnsfiördensis unacum omnibus templorum pertinentiis, exceptionibus illorum annullatis, abjudicemus, ita, ut illi eorumqve hæredes dicta templa nunqvam exinde postulare qveant. Cum igitur hæc causa Nostro judicio submissa fuerit, hanc sententiam in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti ferimus, qvod dominium & dispositio, administratio & curatela præbendæ Oddensis & templi Olafi Vatnsfiordensis una cum omnibus eorum pertinentiis, sive accepta fuerint sive non, sive utilia sive inutilia, illis tantum exceptis, qvæ in usus (templi) & qvidem prudenter erogata sunt, Domino Arnæ Episcopo Skalholtensi & ejus successoribus legitimis, tam illi, qvam his, in perpetuam adjudicamus dispositionem; sed Sighvato, ejus fratribus & illorum hæredibus, & Einari ejusqve hæredibus, omnem hac de causa postulationem interdicimus. Hæc scripta sunt Bergis anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi 1273 pridie

Christi 1273 á sancti Jacobs vöku aftan; Ok til sanninda her um, setium Vier Vort insigli fyrir þetta Transscriptarbref, skrifat í Videy Anno 1518.

Litr. B.

(b) Ver trúum ydr kunnugt vera. at konóngsmenn kváduz stadfesta med lófataki í lögrettu í sumar. at oss fráverondum allt þat greinarlaust stód í brefum þeim sem í fyrra sumar komu til Islands under innsigle konongs oc drottningar. oc hvörsu þeir öptrudu ser er ver komum á þingit. svo sem Jón Logmadr vottade í lögrettu. at þeir villdi þat eigi stadfest hafa sem móti væri guds lögum oc retti. sýndiz oss fyrir þessa hanns framsögn oc þeirra samþycke at þeir fordadiz banns áfelli medan þat hellz er þeir hetu. enn ef þeir seilaz á guds rett oc heilagrar kyrkiu med framkvæmd verkanna. med framkvæmd á dómum yfer kristnum rette. edr lögsaugum. þá falle þeir í þat bann. sem lögbækr heilagrar kyrkiu votta. oc þar med opit bref mins herra erkibiskups oc hanns undirbiskupa. Nú af því leikmenn eiga eigi valld ne rett at segia lög edr skipa yfer kristnum rette. þótt nokkrer af þeim hafe annat flutt. þá vilium ver oc at allir þer vitit. at um almennilega (tru) oc helga skírn. um faustur

---

pridie Vigiliam Sancti Jacobi. *In qvorum testimonium nos Transscripto huic sigillum nostrum appendimus scripto Videyæ Anno 1518.*

(b) *Id est:* Vobis notum esse credimus, qvod Regii hac æstate Nobis absentibus stipulata manu in Comitiis omnia ea, qvæ æstate præterlapsa, sub sigillis Regis & Reginæ in Islandiam pervenere, sine ulla exceptione se confirmasse asseruerint, sed postqvam Nos Comitia adiimus, se ipsos cohibuerint; Jonas enim Nomophylax nihil, qvod juri & legibus divinis repugnaret, confirmare illos præsumsisse in Comitiis contestatus est. Ex qva ejus contestatione & reliqvorum consensu concludebamus, eos excommunicationi, qvousqve his promissis starent, non esse obnoxios; sed qvam primum juri divino & sanctæ Ecclesiæ, sive opere, sive sententiis de jure Ecclesiastico latis, sive jurisdictione derogaverint, eos in excommunicationem incidere, qvod Sanctæ Ecclesiæ Decreta, & patentes præterea Domini mei Archiepiscopi & illius Suffraganeorum literæ (*) testantur. Cum igitur laïci de jure ecclesiastico leges sanciendi, vel sententias ferendi, nec jus habeant nec potestatem, qvamvis eorum qvidam aliud dictitent, tum omnibus vobis notum facere volumus, qvod de (fide) universali, de

(*) Vid. supra Tom. I. pag. 455 sqq.

ur oc helgihölld. um biſkups forræde á kyrkium oc eignum þeirra valveidum oc tíundum um kyrkiuþirmſl oc lærdra manna um lýſingar fyrir brullaup oc um aull hiúſkaparmál. um gudſifiar. um ſkriftamál. oc okr er menn byggia daudt fe. oc allt þat annat ſem til biſkups heyrer at eins eftir guds lögum valld oc dóm yfir at ſegia. edr þeir ſem hann ſkipar til. þá ſkal ſvo ſtanda ſem ver haufum ádr umbodit oc ſkipat. —— Nú er ſá vor bænaſtadr til allra ydar. at þer geymit vel oc forſiálliga ſkylldugа hlýdni vid jardligann konóng enn variz allra meſt mótgiaurder oc hlýdnibrot vid himnakonóng. er valld hefr á líſe oc ſálu jardligs konóngs. oc allra vor. oc oſs veitir allt gott. þat ſem hvör vor hefr. hann dæmer ſína óvine í endalykt med eilífre pínu. oc aumbunar ſínum ſonum oc þiónuſtumaunnum ſtundligt ſtarf med eilífre dýrd oc glede.

Litr. C.

(c) I nafne faudur oc ſonar oc anda heilags. eftir brefe virduligs herra Eiriks konóngs þat ſem hann ſendé til Iſlands med herra Ólafe oc herra Sighvate. þá ſtuddu med ſer á alþinge þann ſamning ſem þar var ádr giaurr oc í Skálahollte. herra Arne biſkup. oc herra Rafn. herra Runólfr

---

de ſancto baptiſmo, de jejuniis & feſtorum celebratione, de templorum eorumqve bonorum adminiſtratione, aucupio falconum & decimis ad Epiſcopum pertinentibus, de ſanctitate templorum & clericorum non violanda, de banno nuptiarum, de omnibus cauſis matrimonialibus, de cognatione ſpirituali, de abſolutionibus, de fænore rerum inanimatarum elocatarum, & de omnibus, de qvibus ſententiam ex lege divina ferendi jus & poteſtas ſoli Epiſcopo, aut ejus mandatario competit, illa adhuc valent, qvæ vobis antea injunximus & præcepimus —— Vos omnes nunc rogatos volumus, ut debitam Regi terreſtri obedientiam probe & circumſpecte ſervetis, ſed ante omnia caveatis a delictis & violatione obedientiæ in Regem cæleſtem, qvi vitam & animam Regis terreſtris & omnium noſtrum in ſua habet poteſtate, & omnia bona, qvæcunqve unus qvisqve noſtrum habet, largitur; ille ſuos hoſtes æterna pœna tandem damnabit, filiis autem ſuis & miniſtris laborem temporarium æterna gloria & jucunditate remunerabitur.

(c) *Id eſt:* In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ex præſcripto literarum Illuſtris Domini Erici Regis, qvas in Iſlandiam cum Domino Olafo & Domino Sighvato miſit, pactum in Comitiis & Skalholti antea initum, Dominus Arnas Epiſcopus, & Dominus Rafn, Dominus Runolfus Abbas de Videya, Dominus Olafus filius Ragnaris,

ólfr ábóte í Videy. herra Olafr Ragnarſon. lögmennerner báder. herra Þórdr. Nikulás. oc Grímr preſtr. ok marger adrer góder menn lærder ok ólærder. ſo feſtiz ok med handtake í dóm virdugligs herra Eiriks konóngs oc andligs faudurs Jörundar erkebiſkups af Nidaróſe um aull þau mál ok afbrot ſem ſídan hafa giaurz mille lærdra manna ok leikmanna. nema þat ſem þeir ſkilia at Skálaholltsbiſkup á um at dæma. oc voru þeſſer vörſlumenn. herra Olafr Ragnarſun fyrir herra Arna biſkup. ef nokkut være konónginum þægt ok erkibiſkupe af hanns medferdum. enn vörd-ſlumenn fyrir herra Rafn var herra Jón Lögmadr. ok herra Þórdr á Maud-ruvöllum. þar ſem hanns giaurder ſkorter fyrir ſlíkt allt ſem á hann dæmd-iz fyrir ſín afbrot. ſídan konóngs bref kom til Islands um ſtada mál. ſvo gengu ok ſkilríker menn í vördſlur fyrir ſtadaſe. at þat eigi eyddiz þar til dómr felle á. efter þat leyſte herra Arne biſkup alla þá menn ór banne ok forbodum ſem fyrir þeſſe mál hafde hann þeim yferlýſt eftir því ſem hann hafde valld til. at fyrirfarande þeſſum eidſtaf. til þeſſ leggr þú hönd á helga bók. ok því ſkýtr þú til guds. at þú ſkallt á dóme virdugligs herra Eiriks konóngs ok erkibiſkups um allt þat. ſem þú hefr brotit vid gud ok heilaga kyrkiu ok Skálahollts biſkup. hann ſkal ok aptr á mót bæta þat ſem hann hefr þer móte brotit. ok audrum leikmaunnum. ſvo ſe þer gud hollr.

Litr.

---

ris, Nomophylax uterqve, Dominus Thordus, Nicolaus, & Grimus ſacerdos, & multi alii viri boni clerici & laïci in Comitiis confirmabant. Ita etiam Illuſtris Domini Erici Regis, & Patris ſpiritualis Jörundi Archiepiſcopi Nidaroſienſis judicio, omnes cauſæ & læſiones ex illo tempore inter clericos & laïcos, iis exceptis, qvæ Epiſcopi Skalholtenſis juriſdictioni ſubſunt, enatæ, ſtipulata manu ſubmittuntur. Hi prædes dati erant: Dominus Olafus filius Ragnaris a parte Domini Arnæ Epiſcopi, ſiqvid ille in Regem vel Archiepiſcopum deliqverit, ſed pro Domino Rafno Dominus Jonas Nomophylax, & ſi qvid ille non præſtiterit, Dominus Thordus de Mödruvallis, pro omnibus, qvas illi infligi contigerit mulctis, ob ejus, a tempore, qvo literæ regiæ de præbendis in Iſlandiam allatæ ſunt, delicta, ſpondebant; Viri præterea integri pro bonis præbendarum, uſqve qvo ſententia lata eſſet, non profundendis, ſuam fidem interpoſuere. His factis Dominus Arnas Epiſcopus omnes ob has cauſas a ſe excommunicatione majori vel minori poteſtate ſibi competente perſtrictos, prævio hoc juramento abſolvit: *Ideo manum ſacro libro imponis, Deumqve anteſtaris, qvod illuſtris Domini Erici Regis & Archiepiſcopi, omnia, qvæ in Deum & ſanctam Eccleſiam & Epiſcopum Skalholtenſem deliqviſti, judicio ſubmittis. Ille viciſſim, qvæ in te & alios laïcos deliqvit, reparabit. Ita te Deus adjuvet.*

Litr. D.

(d) Skipan Arna biſkups Þórláksſonar.

Enn á þerſum lutum gerdi árni biſkup nýia ſkipan med rádi wirdoligs herra iörundar erkibiſkups. át preſtar í ſkálhollts biſkupsdæmi ſkulu þau ein hión ſamanvígia ſem brúdrin war æi fyrr manni gipt. Sua baud hann ok at agnus dei þriú ſaman ſe ſúngin eda leſin í huerri meſſo þegar ſagt er *pax domini* &c þuíat nú er ſua ſúngit at erkibiſkupsſtólinum í nidaróſi. (Credo in dominum ſkal hafva Olafsmeſſo hina fyrri ok ſvo hinn ſídazta dag in octavis beate virginis) Poſt octava natiuitatis. dei ſkal hafa De domina miſſam. Salue ſancta parens. at ſóng. ok prefacio. Et te in ueneracione. Ewangelium. Erat ioſeph. ok annat. les þat ſem þar fylger fram til kyndilmeſſo. Eigi ſkal Credo in unum in feſto reliqviarum nema á drottinsdag beri. Mannakonur má leida í kirkiu páſkadag ef þær beidaz ok geſa þeim þiónoſtu. ef þriár vikur eru lidnar frá því er þær fæddu barn. af bónda ſínum getid. en at ödrum hátídum ef mánadr er frá lidinn. In vigilia natiuitatis domini ſkal cotidiana prefacio. ok ſua in vigilia aſſumpcionis beate Marie (*).

Litr.

(d) Statuta Arnæ Epiſcopi filii Thorlaci.

Has autem res Arnas Epiſcopus e conſilio Reverendi Domini Jörundi Archiepiſcopi primus præcepit: Sacerdotes diœceſeos Skalholtenſis illos tantum conjuges copulanto, ſi ſponſa alteri antea non nupſerit. Ita & præcepit, ut *Agnus Dei* ter ſimul canatur vel legatur in miſſa qvavis, dum intonatur: *Pax Domini* &c. ita enim nunc in archicathedra Nidaroſienſi canitur. (*Credo in Dominum* feſto Olai priore & feria ultima in Octavis beatæ Virginis canatur). Poſt octava nativitatis Dei adhibebitur miſſa de Domina: *Salve Sancta parens*, cantus & Præfatio: *Et te in veneratione*, Evangelium: *Erat Joſeph*, & alia qvæ legenda ſunt uſqve ad feſtum purificationis. In feſto Reliqviarum, niſi in dominicam inciderit, *Credo in unum* ne canitor. Uxores feria prima paſchatos, ſi petierint, introduci & ad ſacram cœnam admitti licitum eſto, ſi tres hebdomades tranſierint, a qvo infantem, a proprio marito ſuſceptum, enixæ ſunt, ſed in aliis feſtis poſtqvam menſis præteriit. In vigilia nativitatis Domini adhibebitur præfatio qvotidiana, ita & in vigilia Aſſumtionis Beatæ Mariæ.

(*) *Hæc & ſeqventia Statuta exſcripta ſunt e libro pergameno* No. 351 in Fol. *Biblioth. A. Magnæi, collata cum altero libro pergameno ejusdem Bibliothecæ* No. 175 in Qvarto, *cujus lectiones variantes duobus ſemicirculis incluſæ hic leguntur.*

Litr. E.

(e) Þessum lutum sem her fylgia. villdi herra árne biskup lýsa láta á prestastefnum. þat er hit fursta sem stendr í brefi þuí sem wirdulighr herra Jón erkibiskup skipadi med rádi biskupa sinna þeirra sem hann hafdi til síns fundar stefnt í berguín anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo at hverr prestr viti sik skylldugan at skipa til heilagrar kirkiu hinn tíunda part hit minnzsta af þuí gódzi sem hann hefer af henni aflat í landi edr lausum eyri. en huerr sem æi vill þess geyma hedan af. þá falli allt til kirkiunnar epter hanns andlát sua sem guds lög segia. Annarr lutr er sá er hann vill enn lýsa láta at prestar geymi þess at einginn þeirra hafi þá konu innan sína kirkiusókn sem hann hefer börn vid átt. eda hann hefer úfrægd af at hón se hanns frilla. Hit þridia mál er um opinbera frillumenn þó at leikmenn se. at herra biskup býdr enn sem fyrr at einginn prestr gefi þeim corpus domini edr veiti nockura gudliga þiónostu nema hann handsali fyrir vattum at binda saman lögliga edr skilia allar samuister. sua ok ef nockurr rýfr sídan þat handsal þá se utan kirkiu þar til er hann skilst vid löstin ok vill bæta wid gud. Þat hit fiórda at prestr heimti saman Petrstoll af öllum sínum hwsföstum mönnum huerr í sínum þíngum ok leysi til sín. eda sá annarr sem

(e) Qvæ seqvuntur Dominus Arnas Episcopus in synodis promulgari præcepit, qvorum primum est, qvod in literis a Reverendo Domino Jona Archiepiscopo e suorum Suffraganeorum consilio, qvos Bergas Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo ad se convocaverat, conscriptis exstat, ut qvivis sacerdos decimam ad minimum omnium bonorum partem, qvæ de templo, sive illa mobilia fuerint sive immobilia, sanctæ ecclesiæ legandum, se obstrictum agnoscat, qvod si qvis ab hoc usqve tempore neglexerit, omnia post ipsorum obitum ex præscripto legum divinarum sanctæ ecclesiæ cedunto. Alterum qvod promulgari vult, est, ut sacerdotes observent, ne qvis horum intra parochiam secum habeat mulierem, ex qva liberos susceperit, vel qvæ diffamata fuerit; qvod ejus sit concubina. Tertium est de notoriis concubitoribus, qvamvis vel laici sint, qvibus ab ullo pastore Corpus Domini, aut ullum aliud officium sacrum præberi, Episcopus interdicit, nisi illi coram testibus stipulata manu spondeant, se aut legitimum inituros conjugium, aut a tali convictu destituros; Ita & si qvis hanc sponsionem postea violaverit, a templo, usqve qvo a vitio illo destiterit, & Deo expiare voluerit, arcetor. Qvartum est, ut sacerdotes, in suâ qvivis parœcia, ab omnibus domicilium fixum habentibus cathedraticum Petri colligant, & aut ipsi, aut

sem biskups umbodsmadr ser fyrir. ok greidi í mót vadmál sua at nú se til reidu til skips at flytia í sumar á eyrar. ok se hit þridia huert ár þadan frá slíkt sem þá er vordit. sídan næst war samantekit. Þat hit fimta at huerr prestr hafi vitund yfer biskups tíund í sínum þíngum huersu mikil hón werdr. ok se greind frá kirkiutíundum sídan saman eru teknar huar-artueggiu. af þeim sem kirkiuluta hefer. býdr hann ok at huerr prestr se wídbúinn at gera honum kunnigt þann tíma sem hann ferr í sýslu sína huersu mikil ward serhuert ár biskupstíund í hanns þíngum. upp frá þersum tíma.

Litr. F.

(f) Þessi bod vóru sett af herra Arna biskupi oc í samþykt tekin af öllum lærdum mönnum á prestastefnu at hallda þau sömu bodord öll sem standa ádr (*) ritud í skipan herra Magnúss biskups. Fasta skal tveggia postula messo ef ber a gagndaga. en hafa tvímællt krossmesso. nema beri á midvikudag firer ascensionem domini. vinna eigi lengr en til midsaptans firer hvarutveggia messodagin. Eigi skulu prestar gefa leyfi rúmhelga dagha. þó at tída halld se mikit þá daga sem (ádr er skylldufasta) ei

aut ex Episcopi mandatarii præscripto, alius, suis loculis inferant, sed pannis inqvilinis rependant, qvi jam hac æstate præsto sint ut Eyras devehantur, & tertia exinde qvavis æstate, ex qvo ultima vice collectum fuit, ita obtineat. Qvintum est, ut qvivis sacerdos in sua parœcia noscat, qvantæ ibidem decimæ Episcopo cedant, qvæ a decimis templi, ex qvo utræqve ab illo, ad qvem decimæ templi pertinent, collectæ sunt, discernantur. Præcipit etiam, ut qvivis sacerdos paratus sit ad rationem reddendum Episcopo, dum hic diœcesin visitando peragraverit, qvantæ in ejus parœcia singulis ab hinc annis decimæ Episcopo cesserint.

(f) Hæcce præcepta a domino Arna Episcopo lata fuerunt & ab omnibus clericis in Synodo approbata, ut serventur omnia illa mandata, qvæ exstant antea scripta in Constitutione Domini Magni Episcopi. Jejunandum est festo duorum Apostolorum (Philippi & Jacobi) si inciderit in hebdomadem Robigalium; at bis edendum festo crucis nisi incidat in diem mercurii ante ascensionem domini. Labor non est continuandus diutius qvam usqve ad dimidium vesperæ festum utrumqve antecedentis. Sacerdotes profestis diebus, qvamvis plurima sacra iis diebus peragantur, veniam ne dento,

(*) Vid. supra Tom. I. pag. 309 sqq.

ei er alþydu fasta ſkylld. oc eigi föstunáttaleyſui nema lögtekna daga. (oc friádaga í Páſkaviku). (Ef Andresmeſſo, Nicolásmeſſo, Máriumeſſo, Magnúſsmeſſo, Thomasmeſſo, Thorláksmeſſo, ber á mánudag um iólafoſtu, þá ſe lofat at eta kiöt tvímælt) En ef Nicoláſſmeſſo eda Þórláksmeſſo berr á foſtudagh. er lofat hvítt at eta einmælt. En ef Andresmeſſo edr Nicholáſſmeſſo Thómásmeſſo oc Thórláksmeſſo berr á midvikudag. þá er lofat hvítt at eta tuímællt. oc eigi ſlátr. (En ef þá ber á föstudag. þá ſe lofat at eta einmælt hvítan mat) Hverr ſá preſtr er hión ſkal ſaman vígia. þá ſkal hann lýſa ádr þriá drottinsdaga hvern á bak ödrum. í ſónghúſsdyrum at ſá madr vill ſá þeirrar konu. oc ef nockur er ſá þar vid. at vite á vera frændſemi edr ſifſkapi. þá beri hann þar vitni um ádr en feſtar eda brúdlaup ſe. preſtr ſkal oc heyra iáyrdi konunnar naudúngarlauſt. at hún ſamþyckir þann mann at eiga. A þat ſkulu oc preſtar minna alþýdu oc bióda ſkylldugliga. at hverr madr falli á kne medr upphalldandi höndum. þann tíma í meſſo er preſtr helldr upp holldi oc blódi várs drottins. oc bide ſer miſkunar. oc ſe klykt til þeſs iafnan. oc halldit upp logandi vaxkerti hiá preſtinum. Eigi ſkal preſtr ſýngia tvær meſſor um dag at einu alltari naudſynialauſt. ſkyllt er at þriár ſe ióladag. Eigi ſkal preſtr bergia því vatni er hann þvær innan kalec med. ef hann ſkal

---

to, qvibus (alii jejunare deberent) univerſorum jejunium non eſt debitum, nec veniam jejuniorum nocturnorum niſi diebus lege ſtatis (& diebus veneris hebdomade Paſchatos). (Si feſtum Andreæ, Nicolai, Mariæ, Magni, Thomæ vel Thorlaci tempore jejunii Adventus in diem Lunæ inciderint, carnes bis illo die comedere licitum eſto) ſi autem feſtum Nicolai vel Thorlaci inciderit in diem Veneris, permiſſum eſt lacticinia ſemel edere, ſi vero feſtum Andreæ vel Nicolai, Thomæ & Thorlaci inciderit in diem Mercurii, permiſſum eſt lacticiniis veſci, non autem carnibus (Si vero in diem Veneris inciderit, lacticinia ſemel comedi permittitur). Qvicunqve ſacerdos conjuges copulare debuerit, publice indicabit in anteceſſum per tres dies dominicas continuas (ſtans) in oſtio ſacrarii, qvod vir hic vel ille matrimonio ſibi jungere certam qvandam fœminam ſibi propoſuerit, & ſi qvis fuerit qvi propinqvitatem vel affinitatem obſtare noverit, hac de re teſtimonium dicat anteqvam ſponſalia vel nuptiæ contrahantur. Audiat & ſacerdos fœminæ aſſenſum non coactæ, qvod (ſcilicet) illi viro nubere affirmat. Hoc qvoqve ſacerdotes in memoriam revocent plebi & imperent ſevere, ut qvilibet in genua procumbat elevatis manibus tempore miſſæ, qvo ſacerdos elevat corpus & ſangvinem domini noſtri, & expetat ſibi miſericordiam, & ſemper ſimul fiat campanæ pulſatio, & apud ſacerdotem candela cerea elevata teneatur. Sacerdos ne canat duas miſſas uno die ad idem altare ſine neceſſitate, tres autem prima feria nativitatis

ſkal ſýngia adra meſſo ſídar þann ſama dag. láti diákn ſinn bergia því vatni. eda ſteypa í ſacrarium. þvíat eingi ſkal meſſo ſýngia nema faſtandi. *Credo in unum* ſkal hafva í meſſo Olafsmeſſodag hinn fyrra (oc ſva in octava nativitatis beate virginis). Ef eigi er vín oc vatn í kalec þá er upp er halldit fórninni. þá ſkal böta í hvarotueggia. oc taka adra oblátu. oc hefia upp *Te igitur* en leggia hina fyrri í brott í nockurn ſæmiligan ſtad. oc bergi henni ſídan er hann hefuer. neytt corpus (& ſangvinem) domini. Þat er faſtliga firerbodit at nockur láte ſem hann ſýngi meſſo ef hann má eigi ſýngia. edr hann veit at vantar nockur þau föng til ſem hann ueit at ſkyllda krefr at hafva. En ef opinbert uerdr ſaurlífi preſts med barngetnadi. þá ſkal leggia meſſoſaung þar til hann finnr biſkup eda hans umbodsmann (profaſt) oc tekr af þeim ſkript oc iferbót. (ſídan má biſkup edr prófaſtr diſpenſera med honum at hann taki upp meſſoſóng á þeim tíma er hann vill ákveda). Preſtar eigu oc at minna á þat ſóknarmenn ſína at þeir kunne rett pater noſter. credo in deum. oc ave maria. (requiem eternam) ſva börn at ſkíra þá er naudſyn krefr. oc prófa þá þar (á) af: ecki eiga ólærdir menn vatn at vígia. Þat er oc faſtliga firerbodit at nockur ſkíre í ödru en í vatni. edr ſió. edr ſnió bræddum. því at eigi er ſkírn rett nema bædi ſe vidhaft vatn oc ord. oc því er ónýt hrákaſkírn þó at nockurer hafvi kallad hana retta.

G 2 Ef

tatis chriſti celebrari oportet. Sacerdos (ne guſtet) aqvam illam qva calicem lavit, ſi eodem die alia miſſa ei canenda eſt. Diaconus illam aqvam guſtato, vel ſacrario infundat, nemo enim miſſam celebrare debet niſi jejunans. *Credo in unum* canendum in miſſa feſto priori Sancto Olafo conſecrato, & item in octava nativitatis beatæ virginis. Si vinum & aqva non ſint in calice dum elevatum fuerit ſacrificium, utrumqve (calici) infundatur, & ſubſtituenda qvoqve nova hoſtia & canendum *Te igitur*, prior autem hoſtia reponenda eſt in loco decenti, ipſe deinde illa veſcatur qvando comederit corpus (& ſangvinem) domini. Severe interdictum eſt, ne qvis ſimulet ſe miſſam canere, ſi id facere illi non licuerit, vel ſi noverit deeſſe aliqvid eorum, qvæ ad manum haberi debere noverit. Si vero ſacerdotis concubinatus nativitate infantis manifeſtus fiat, ſacra peragere ceſſet, donec convenerit epiſcopum vel ejus vicarium, & ab eo abſolutionem ceperit, & ſe emendaverit, (Epiſcopus vel Præpoſitus, ut tempore determinato ſacra celebrare ei liceat, diſpenſare poſſunt). Sacerdotes etiam revocare in memoriam cœtui ſuo parochiali, ut *pater noſter*, *credo in deum* & *ave maria* (*reqviem eternam*) & formulam infantes, ſi neceſſitas poſtulaverit, baptizandi probe ſciant & eos in his examinare debent. Laïci non debent aqvam conſecrare, ſevere etiam interdictum eſt ne qvis alio (liqvore) qvam aqva dulci vel ſalſa vel nive liqvefacta baptizet. Nam non recte peractus eſt baptiſmus, niſi ſimul adhibeantur & aqva & verbum,

Ef barn þat sem skemri skírn var skírt er lifanda fört presti. þá skal hann signa þat oc gefa sallt vígt oc lesa gudspiall yfer. oc gera kross med hráka firer eyrum oc nösum. oc leida í kirkiu. smyria sídan á brióste oc millum herda med oléo sancto oc sídan med krisma í höfdi. föra í skírnarklædi oc fá kerti loganda í hönd. oc gera þessa alla hluti med tilskipudum ordum en fella nidr allar særingar oc þesshattar böner sem firer skírn at eins eiga at vera. Þat er oc firerbodit at þeim mönnum se þiónosta gefuin sem opinberliga liggia í frillulífvi nema þeir handsali kennimanni firer váttum at skilia. efter því sem hann býdr. edr gángi ella lögliga saman. Ecki skulu þeir menn saman gánga er nánari se at frændsemi edr sifium en at fimta manni hvart. nema biskup vile framar orlof tilgefua. Ef sú kona andaz fyrr en hón se í kirkiu leidd er barn átte vid bónda sínum. þá se leidd kona í kirkiu firer líkino med loganda kerti. (Þat er fyrerbodit at prestar gefi nockurum þeim corpus domini sem opinberliga ligr í höfudsyndalífvi sva sem hórkallar oc saurlífismenn oc ránsmenn oc þvílíker adrer. nema þeir vili leidrettaz epter gudligri skipan) En ef þeir menn andaz er (rettar) settar ero útistaudr firer opinber brot sín. þá skal hvers þeirra lík í kirkiu bera ef þeir fara sva af heiminum at

---

bum, inde irritus baptismus qvi fit ex sputo, qvamvis qvidam illum legitimum censuerint, si infans ille, qvi baptizatus fuit baptismo compendiario vivus ad sacerdotem deferatur; illum (cruce) signabit, & sal consecratum dabit & leget super illo evangelium, & sputo signum crucis faciet in auribus & naribus, & in templum introducat; ungat deinde tum in pectore tum inter scapulas oleo sancto, & deinde chrismate in capite, imbuat veste (vestibus) baptismali & candelam ardentem in manum dabit, & has omnes res conceptis verbis peragat, omnes autem exorcismos & ejusmodi orationes qvæ solnmmodo ante baptismum recitari debent, omittat. Interdictum qvoqve est iis hominibus sacram præberi synaxin, qvi manifesto indulgent concubinatui, nisi stipulata manu promiserint sacerdoti coram testibus (hanc suam concubinam) ex ejus mandato deserturos, vel alias legitimum inituros matrimonium. Matrimonium, qvi propinqviores sunt consangvinitate vel affinitate qvam in qvinto gradu, nisi episcopus veniam dederit, ne contrahunto. Si uxor illa, qvæ de marito suo peperit, decesserit, priusqvam in templum introducatur, tum introducatur alia mulier ante funus cum candela ardente. (Sacerdotibus, ut cuiqvam, qvi peccato capitali manifeste indulget ex. gr. mœchis, concubitoribus, latronibus aut talibus corpus Domini præbere interdictum est, nisi illi secundum mandatum divinum emendari velint). Si moriantur illi homines, qvibus propter manifesta eorum peccata introitus in templum interdictus fuit, tunc funus in templum introferatur, si ita mundo exiverint, ut recon-

at þeir vóru í ſætt vid heilaga kirkiu. at fráteknum þeim ſem efter fornum landzſid ero eigi at kirkiu (græfver) grafner. ſicut fures & latrones qvi pro ſceleribus ſuis morte condempnantur & hoc ad terrorem. Preſtar ſkulu eigi hafua raud klædi. gul edr græn. edr helmingum. edr röndóttum nema í váſi. fara eigi med mángi ne okri. Eingi preſtr ne klerkr ſkal ſueria leikmanne nockurn eid edr leggia ſig edr ſín mál under leikmanz dóm utan biſkups ſíns rád. Eigi ſkulu preſtar reka leikmenn ór kirkiu nema opinberar ſaker ſe til (oc gefinne þó glöggliga þrennrar áminningar gere preſtr ádr leikmanni til leidrettu af þeirre ſömu ſök. Rite ſídan ſökina ſkilvíſliga oc ſo forbodit kirkiu inngöngunnar. Þat ſem hann leggr vit ef hann leidrettiz ei. oc hafe loglig vitne uit er hann giorer honum áminningar. Sídan leſe hann í kirkiu ſo ſem ritad er fyrir ſinnar kirkiu ſoknarmönnum. Ecke ſkiliazſt þau mál under þeſſa reglu ef nockur feller á ſig páfans bann edr forbod af ſiálfs ſíns verki) þær ſem þeir vita víſan vilia biſkups til edr hanns umbodsmanz. Ef bannſettr madr beidiz preſtsfundar í líſsháſka oc vill hann ſueria (at) oc böta vid gud oc heilaga kirkiu efter dómi biſkups ſíns þat ſem hann hefer brotid. Þá ſkal preſtr láta hann ſueria þenna eid at bók at hiáverandum lögligum uitnum ſídan ſkal preſtr leyſa hann ef hann er daudvona. oc veita hön-

---

reconciliati ſint ſanctæ eccleſiæ, exceptis iis qvi ex more antiqvo non ſepeliuntur juxta templum, ſicut fures & latrones qvi pro ſceleribus ſuis morte condempnantur & hoc ad terrorem. Ne utantur ſacerdotes rubris veſtibus, flavis vel viridibus, vel dimidium vel ſtriatis, niſi pænulis. Nec mangonio nec fænerationi illi operam navanto. Nemo ſacerdotum juramentum aliqvod præſtet laïco, nec ſe ſuasve cauſas ſine Epiſcopi ſui venia ejus judicio ſubmittat. Sacerdotes laïcos e templis, niſi adſint cauſæ manifeſtæ, cum iis de certa epiſcopi voluntate vel ejus vicarii conſtiterit, ne ejiciunto. (Et tamen tribus admonitionibus clara voce prolatis a ſacerdote laïco iſti in emendationem datis. Cauſam deinde ut & interdictionem introitus, & pœnam, ſi emendatio non ſubſecuta fuerit infligendam, exqviſite deſcriptas mittat, & dum admonet, teſtes idoneos admittat. Poſtea, ita ut ſcriptum eſt, in templo coram ſuis parochianis iſta prælegat. Sub hac regula non comprehenduntur cauſæ per qvas qvis in excommunicationem Papæ, vel ex ipſo facto incidit) Si homo excommunicatus in periculo vitæ præſentiam ſacerdotis poſtulaverit, & ſe deo & ſanctæ eccleſiæ juxta ſententiam ſui epiſcopi, pro omni, qvod commiſit, peccato ſatisfacturum juramento aſſeruerit, tum ſacerdos tale ab eo juramentum fieri curet, libro (manibus impoſitis) præſentibus teſtibus idoneis, deinde ſacerdos illum, ſi moribundus fuerit, abſolvat, illiqve tale præ-

ſtet

um slíka þiónosto alla sem ödrum kristnum mönnum. Verdr hann fyrr ómáli en prestr komi til. en löglig vitni beri þat at hann var búinn slíkt at sueria sem fyrr var skilt. þá má prestr leysa hann ef þeir sueria at hann beiddi sættar oc villdi allt tiluinna þat er hann var skylldr. Retter hann vid efter lausnina. þá skal hann sækia sem fyrst má hann á fund biskups síns oc standa á hanns dóme um allt þat sem hann er sakadr uid (hann) gud oc heilaga kirkiu. liggr hönum oc slíkt uid ef hann bregdr því sem suarit uar firir hann. sem þá at siálfr hann hefdi suarit. En sá er fallit hefver í páfuabann af uerki síńu siálfs skal sueria ádr hann se leystr at fara á páfuafund edr erkibiskups ef hann má. nema biskup vile annat sæma. En ef bannsettr madr deyr óleystr þá má eingin leysa hann nema sá er ualld hafdi til at leysa hann heilan oc ósiúkan. oc skulu erfingiar hanns allt aftur böta þat sem hann hafdi brotit oc se þó ádr sannprófuat at siálfr hann villde sætt hafua ef hann hefdi nád. Eingi á sá at uera halldinn firir leystan er sá leysir sem ecki ualld hefuer. (*) (Hvert þat lík sem at kirkiu á at grafva, þá lofvade hann í kirkiu at bera oc sýngia þar yfver.

---

stet officium qvale aliis christianis hominibus. Si loqvendi facultas illi præripiatur priusqvam sacerdos eum convenerit, sed testes idonei asseverent, illum istud, qvod nuper præcipiebatur, jurasse, tum illum absolvere sacerdoti licet, si juraverint, illum reconciliationem expetivisse, & illum expiaturum fuisse pro viribus omne id cujus reus erat. Si post absolutionem ad sanitatem redierit, tam primum, qvam poterit, episcopum suum adeat, ejusqve judicio, qvod ad omne illud qvod debet, tum deo (ei) tum sanctæ ecclesiæ, se committat, tantiqve illius interest, si migraverit, qvod ejus vice juratum fuerat, qvanti si ipse jurasset. Qvi vero in excommunicationem Papæ ipso facto inciderit, juret priusqvam absolvatur, se Papam si poterit, vel Archiepiscopum aditurum esse, nisi episcopus in aliud qvidqvam consenserit. Qvod si qvis excommunicatus mortuus fuerit non absolutus, tum nemini illum absolvere licet, nisi ei, qvi potestatem habebat illum absolvendi sospitem & incolumem, ejusqve hæredes expient omne id qvod deliqvit, & tamen antea evictum esse debet, qvod ille ipse, si potuerit, reconciliari voluerit. Nemo illorum pro absoluto habeatur, qvem absolvit, qvi absolvendi potestatem non habet. (Omnia funera qvæ ad templum sepelienda sunt, templo

(*) *Hæc qvæ seqvuntur solum exemplar* No. 175 in qvarto *habet, qvæ corrigenda sunt ad amussim eorum qvæ supra* pag. 10. *dicta sunt. Sed ipsa hæc Constitutio exscripta est e Codice pergameno* No. 354. in Fol. *Bibliothecæ A. Magnæi, collata cum Codicibus* No. 351. Fol. 175 in Qvarto *ejusdem Bibliothecæ membraneis, & nostro exemplari bonæ notæ, sed cartaceo, qvorum variantes cæsis inclusæ leguntur.*

yfver. epter bodſkap oc yfverſýn virdoligs faudr Jóns erkibiſkups af Nidaróſi ſkipadi herra biſkup nýian kriſtinrett yfver ſkálaholltz biſkupsdæmi oc med rádi erkibiſkups let hann í lögrettu þann ſama kriſtinrett í laug leida med rettu þíngtaki anno domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo).

Cap. II.

De Arna Helgonis.

§. I.

Arnas Helgonis (a) ab avunculo Arna Thorlaci ſacris initiatus, ipſi a confeſſionibus diu fuit. Nam 1288 cum ipſo in Norvegiam, indeqve 1291 in Islandiam trajecit, illoqve ultima vice Anno 1297 Norvegiam petente, in Iſlandia relictus, usqve ad Annum 1299 diœceſis Skalholtinæ Inſpectorem geſſit, qvo ipſe vicarium relinqvens Runolfum Abbatem Verenſem, ad conſecrationem accipiendam iter in Norvegiam ſuſcepit, qvam tandem anno 1303, aut ut qvidam volunt 1304. 8. Cal. Novembr. adeptus (b), ad diœceſin anno 1305, cum Cathedra ab

---

templo etiam inferri permiſit. Ex mandato & ſub auſpiciis Reverendi patris Jonæ Archiepiſcopi Nidroſienſis Dominus Epiſcopus novum Jus Eccleſiaſticum per diœceſin Skalholtenſem ſanxit, qvod idem Jus Eccleſiaſticum e conſilio Archiepiſcopi in leges, legitimo conſenſu Comitiorum, referri fecit anno domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo).

(a) Qvem nonnulli imperite cum Arna Thorlaci confundunt, vocantqve *Stada-Arnam*. Fratres habuit Loptum (vid. ſupra pag. 18. 19.) & Biarnum Helgonis (ibid. pag. 26. 27. 39.); Sorores Agatham Antiſtitam Kirkiubajenſem, aliasqve.

(b) Qvidam *Annales* ordinationem Noſtri ad 1304, qvidam ad 1303 referunt; cæterum parum intereſſe videtur qvid in tantillo ſtatuatur; ſed qva de cauſa ejus ordinatio tamdiu dilata fuerit, non facile dixero, interim mihi veriſimile ſit, factum id ob abſentiam Archiepiſcopi Jörundi. Hunc & Canonicos Nidaroſienſes Rex Hacon anno 1299 in gratiam reduxerat, ſed brevi recruduit ſimultas, ut tandem Archiepiſcopus a Pontifice Romano exauctoratus fuerit. Qvi ideo ad Romanam curiam, qvæ hoc tempore

ab abitu decessoris octo circiter annos vacaverat, reversus est. Pacata satis nactus est tempora & qvietum Ecclesiæ statum; Nam ut supra relatum est, lis de præbendis inter Clericos & laicos Edicto Regio diremta fuit, in qvo omnes acqvieverunt (a), & novum illud, de qvo prius disceptabatur *Jus Ecclesiasticum*, Rex Hacon, qvi fratri Erico anno seculi 99 successerat, approbaturus videbatur; Ipse enim denarium Petri, Anno 1305 in Islandia colligi curavit (b).

§. 2.

Anno 1307 Jorundus Archiepiscopus Laurentium Kalfi, natione Islandum, & Biornum Monachum Dominicanum ad visitandum ecclesias in Islandiam misit, qvi cum paululum Skalholti se refecerant, injunctum munus per Qvadrantes australem & occidentalem proseqventes, Monasteria & majores Parœcias præsentes lustrarunt, qvod sine strepitu & molestia in diœcesi Skalholtina processit, paucos enim sacrificulos inscitiæ causa ab officio removerunt, qvod Arnas, vir mansvetus & pacatus aut patienter tulit, aut prudenter dissimulavit (c).

§. 3.

---

pore Avenione in Gallia fuit, tendens, Lutetiæ in morbum incidit, sed per Legatos Pontifice reconciliato, honori restitutus in patriam tandem tertio post anno reversus esse videtur. Vid. supra Tom. 1. pag. 449.

(a) Certe post tempora Arnæ filii Thorlaci nulla majoris momenti lis de præbendis orta est, sed tamen animi novi oneris impatientes aliqvid mussitasse visi sunt, qvod tam ex sententia de Vatnsfiordo lata, qvam infra Period. 4. Sect. 3. cap. ult. exhibebimus, qvam ex responsoriis Audfinni Episcopi Bergensis literis ad nostrum apparere videtur, nisi statuendum sit scrupulum illum Arnæ Episcopi visitationem generalem § seq. memorandam concernere. Literæ istæ e Cartophylacio A. Magnæi exscriptæ huic capiti subnectentur sub Litr. A.

(b) Denarium Petri Islandos Cathedræ Romanæ solvere jubet *Jus Ecclesiasticum Recentius* cap. 31. sed novum hoc tributum subditis imponi Magnus & Ericus Reges ægre tulerunt. Hacon autem qvi fratri Erico 1299 successit, id jam concessisse videtur, cum hic ipse Denaiium colligi curaverit.

(c) Inter alios qvos ab officio removerunt Visitatores, fuerunt Pastores Gufudalensis & Flateyensis, qvorum posterior, ut refert Auctor *Vitæ Laurentii*, Canticum *Audite* recte canere nescivit.

§. 3.

Anno 1309 templum Skalholtense de cælo tactum, unius aut sesqvi horæ spatio penitus cum ornamentis & sacris instrumentis, variisqve aliis utensilibus & opibus, qvæ templi curæ & sanctitati concredita fuerant, conflagravit, excepto tantum Sancti Thorlaci scrinio & calicibus qvibusdam (a). Mittuntur itaqve per totam regionem, qvi stipem a populo emendicarent, ingentemqve pecuniam congesserunt: Ipse autem Præsul in Norvegiam transiit, unde Anno 1310 magnam materiei vim templi structuræ destinatam, aliaqve cimelia, qvæ Rex, Regina & Regni Proceres templo Skalholtensi dederant, secum adferens revertitur. Ex qva anno 1311 templum tantæ magnitudinis, ut (qvod ex fundamentis patet, qvæ hodienum visuntur) par Islandia non habuerit, exstrui cœptum est; cujus atrium nimiam suam molem non ferens, anno 1318 tempestate fuit dejectum.

§. 4.

Anno 1310 Bulla Clementis Papæ allata est, qva universale Concilium indicebatur, Episcopisqve, ut pecuniam in liberationem Palæstinæ colligi curarent, mandabatur. Adjectæ his fuerunt tot tantæqve indulgentiæ, qvantæ nec ante nec post in Islandia auditæ sunt (b), qvæ etiam denuo anno 1314 repetitæ fuerunt. Anno 1308 Præsul, consilio Hauki Nomophylacis usus, Nosocomium Clericorum in prædio Gaulveriabaj fundavit, qvod diu deinde, & ut conjicere licet, usqve ad annum

(a) In hoc omnes nostratium Annales consentiunt, ut fundamento careat relatio & chronologia *PONTOPPIDAN. Annal. Eccl. Dan.* Tom. 2. pag. 103.

(b) Hic est Clemens 5. qvi Concilium Viennense Anno 1311 celebravit, qvod tribus de caussis congregatum, totidem sessionibus absolutum fuit. In prima sessione 16 Octobris, de recuperatione Terræ Sanctæ actum est, utqve Crux per universum orbem prædicaretur, decretum. Secunda sessione, 3 April 1312 sententia adversus Templarios lata. Tertia 6 Maji, constitutiones variæ circa fidem & mores, qvæ Clementinæ vocantur; ut de Festo corporis Christi, feria qvinta post Octavam Pentecostes qvotannis celebrando, factæ fuerunt. Teste *CAVEO Hist. Eccl.*

num 1618 duravit, sed postea exolevit (a). Sæpius Ecclesias invisum isse, documento sunt, visitationes Qvartæ occidentalis, qvam anno 1306. 1308. & 1317 peragrasse, certum est (b). In hujus perniciem omnia elementa conspirasse videntur: Ignis, qvi anno 1308 magnam pabuli copiam ad Cathedram pertinentem absumsit, & anno seqvente ipsum templum delevit. Aër, cujus inclementia ingens pecorum multitudo anno 1313 exstincta est. Ventus & aqva, qvæ navem onerariam Cathedræ anno 1314 perdiderunt; Et tandem ingens fames & pestis species, qvæ, ipso sedente, magnam mortalium catervam misere perdidit. Ab Eilifo Archiepiscopo evocatus, in Norvegiam Anno 1319 transiit, ubi anno 1320 die 21 Januarii vitam cum morte commutavit.

§. 5.

Huic, eodem anno sublegitur Ormus Thorsteini, ipsiqve in Norvegia ante ordinationem defuncto alter Ormus Steini filius invitus succenturiatur, qvi in peregrinatione Romana decedens, sedem Grimo vel Grimaro Skuti filio vacuam reliqvit, qvi ex Abbate Holmensi Episcopus tantum trimestris fuit; Tantillo autem temporis spatio 1440 imperialium pretium profudit, unde ei *Skurdgrimr* cognomen natum, (ɔ: Lanio seu dilapidator), vix dignus, qvi inter Episcopos Skalholtenses numeretur, cum Cathedram nunqvam adierit, aut diœcesin rexerit (c).

Litr.

(a) Nosocomium hocce, usqve ad seculum 17 vel ultra duravisse, testantur *Annales* Domini *JONÆ EGILLI*, ut & literæ abavi mei *BÖDVARI JONÆ* filii, Pastoris Reykholtensis & Præpositi Borgfiordensium, datæ ad Skalholtensem Episcopum Oddum Einori, circa annum 1618, qvibus parentem suum, pensionem, cum sacris initiaretur, huic Nosocomio ex antiqva lege debitam, solvisse asserit.

(b) Anno 1308 templum & Abbatem novum Helgfellensem eodem die ordinavit. Anno 1317 Templum Eyrense, in tractu qvi vocatur Bitra, consecravit, cui ipse 20 Imperialium pretium donavit, incolisqve persvasit, ut qvotannis lactis, casei & corii portionem eidem pendant, qvæ contributio usqve ad annum 1600 duravit, ut patet ex Epistola Oddi Episcopi, data 1599.

(c) Horum mentionem faciunt *Vita Laurentii* & *Annal. Flat.* & *Brev.* Grimus hic fuit Islandus natione, sed Abbas Holmensis in Norvegia. Formula homagii qvod Archiepiscopo Nidrosiensi præstitit, legitur in *MÖLLMANNI Spicileg. Ant. Patr.* Peric. 3. pag.

Litr. A.

(a) Virdulegom herra oc andalegom bródr sínum herra Arna med guds miskun Biskupe í Skálholte sendir A(udfinnr) med samre miskun Biskup í Biörgwin, qvediu guds oc sína bródorlega elsku. Gud þakke ydr herrá fagra sending oc sömelega. er þer sendur til var med Pále svæini ydrum. kom þat alt hæilt oc haldet til var eftir því sem bref ydart sagde. kennumzst ver vid os skylduga vera fyrir þenna godvilia oc allan annan. er þer hafed os teet. ydr oc hæilagré kirkiu í Skálholte til hæillra ráda. eftir kunnostu oc viti. ero os þó þau mála emni. er þer gátod í brefi ydru. eigi so kunnigh. at ver megom nokor endileg ansvor tilgefa. þó at ver hafem þar oftt hoyrt omtalat. kann þat oc oft æinum manne þikkia lióst fyrer liggia er málit er kunnigt. þat sem odrum synist bæde vant oc vafvet, þeim sem málemninn ero ókunnigh. En þat synist os lióst fyrir liggia. at þeir æigi prófazst hver máldagi sem han hefir uppruna oc han getezst. ydr se oc kunigt um þess ágæta manz fráfall. virdulegs herra gódrar minningar. Erlenns Biskups í Færöygum. er andadizst í Biorgwin idibus Junii. mege þer þá skrá láta hans ártídar dagh

H 2 ef

---

pag. 91. Sed mandatum Archiepiscopi de Grimaro ab Audfinno Bergensi consecrando, vid. ad finem hujus Capitis Litr. B. Testimonium qvoddam de Monasterio Thingörensi edidit anno 1322, vid. infra Sect. 4. cap. 3. *TORFÆUS Hist. Norv.* Tom. 4. l. 9. cap. 1. pag. 455. *PONTOPPID. Annal. Eccl. Dan.* Tom. 2. pag. 128.

(a) *Id est:* Reverendo Domino & spirituali fratri suo Domino Arnæ Dei gratia Episcopo Skalholtensi mittit Audfinnus eadem gratia Episcopus Bergensis Dei salutem, suumqve amorem fraternum. Deus vobis Domine pulchrum & honorificum munus, qvod per famulum vestrum Paulum nobis misistis, remuneretur, venit id in omnibus sartum tectum ad nos, tale, qvale epistola vestra indigitabat; pro qva benevolentia & omnibus reliqvis in nos a vobis præstitis, pro modulo scientiæ & ingenii bona consilia vobis & sanctæ ecclesiæ Skalholtensi impertiendi obstrictos nos esse agnoscimus. Sed causa de qva in literis vestris scripsistis, nobis non ita nota est, ut certa dare responsa qveamus, qvamvis multoties de illa relatum audiverimus; sæpe etiam fit, ut omnia manifeste pateant illi qvi causam novit, qvamvis alii & difficilis & intricata videatur, qvi circumstantias ignorat. Id autem nobis evidens esse videtur, qvod examen institui debeat, qvænam sit conditionis origo & constitutio. Vobis qvoqve notum esto, de viri egregii Reverendi Domini bonæ memoriæ Erlendi Episcopi Færeyensium obitu, qvi idibus Junii Bergis decessit, ad qvem (diem) ejus anniversaria, si vobis

ef. ydr synizſt. Tídendi ero þau í lande varo at þeir hæfer til mikillar óróar. uttan gud ſnúi á betri læid. Sendu ver ydr litla áminning. eit ſtykki klædeſs. æina peteam af ſilki. þriú pund vax. oc hálfa leſt biorſs. bidiande at þer fyrerletid ei þeſſa ſending þvíat annan tíma ſkal om bætra þægar gud lofar. bidium ver ydr at þer ritid til vaar kunlegha um þá luti er ydr taka oc kirkiu ydra. Scriptum Bergis decimo Calendas Julii anno domini milleſimo, treceſimo, octavo.

Litr. B.

Venerabili in Christo Domino, Fratri Audfinno Dei gratia Episcopo Bergensi, Haqvinus eadem gratia Episcopus Stavangrensis salutem & fraternam in Domino caritatem. Noveritis nos anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo primo, Dominica prima ante Ascensionem Domini, Vestras literas per Arnulfum famulum Vestrum Stavangriæ recepisse, tenorem, qvi seqvitur, continentes:

Venerabili in Christo Fratri Domino Haqvino, Dei gratia Episcopo Stavangrensi, Audfinnus eadem gratia Episcopus Bergensis salutem & fraternam in Domino charitatem. Noveritis nos anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo apud Lyghru in festo Beati Hallvardi Martyris, cum iremus versus Soghniam causa visitandi, recepisse literas Venerabilis in Christo Patris ac Domini nostri, Domini Elavi Dei gratia Archiepiscopi Nidrosensis, mandatum, sub forma qvæ seqvitur, continentes:

" Elavus miseratione divina Nidrosensis Archiepiscopus, Venera-
" bili Fratri Domino Audfinno eadem gratia Episcopo Bergensi, salutem
" in Domino sempiternam. Laboribus & expensis Vestris, & aliorum
" Coepi-

---

si vobis videtur, adscribi possunt. Res novæ in nostra regione turbas minantur, nisi Deus illas in melius convertat. Mnemosynon vobis mittimus unum volumen panni, unam petcam serici, tres libras ceræ, & dimidiam lastam cerevisiæ, rogantes ut hoc munus, acceptare ne dedignemini, altera enim vice, Deo volente, largius erit. Rogamus ut de rebus Vos & vestram ecclesiam concernentibus familiariter nobis rescribatis. Scriptum Bergis decimo Calendas Julii, anno Domini millesimo trecentesimo octavo.

" Coëpiscoporum parcere volentes, fraternitati Vestræ tenore presen-
" tium committimus, & auctoritate Metropolica demandamus, qvate-
" nus Venerabili filio Domino Grimaro Electo Scalotensi convocatis ad
" hoc Dominis Stavangrensi & Farensi Episcopis, munus episcopalis con-
" secrationis ex parte nostra impendatis. Datum Nidrosiæ in Inven-
" tione Sanctæ Crucis, anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo
" primo."

Nos igitur Episcopus memoratus fraternitatem vestram reqvirimus & rogamus auctoritate Metropolitica nobis concessa, nichilo minus vobis precipientes, qvatinus Dominica proxima post nativitatem beati Johannis Baptistæ proxime futuram in cathedrali ecclesia Bergis hora debita in dicto consecrationis officio Nobiscum assistatis, remittentes Nobis in signum hujus per nos recepti mandati Vestras patentes literas per presentium portitorem. Actum apud Kælastraum in crastino beati Hallvardi Martyris anno Domini supradicto. *In cujus mandati reqvisitionis & rogationis testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Stavangriæ, anno & die supradictis.*

CAP. III.

De Jona Halthoris filio.

§. I.

Tot jam frustra electis, tandem Jonas Halthori filius, Monachus Prædicatorum (a) Ordinis, vir eloqvens, doctus (b) & probus, qvi multum

(a) *Dominicus Gusmann* ex Humiliatorum ordine, novum alium ab Honorio Papa confirmatum anno 1216 fabricavit, qvi vel *Dominicanorum* ab Auctore, vel *Prædicatorum* ab officio prædicationis sibi vindicato, indifferenter vocari solet: Nam Romanæ Ecclesiæ contra qvosvis hæreticos, defensionem & doctrinæ prædicationem gratuitam professus est.

(b) Ille etiam libris scribendis vacavit; In Bibliotheca *A. MAGNÆI* No. 624. in Qvarto narrationes qvædam existunt, inter alias de obitu Absalonis, qvæ nostrum Authorem agnoscunt.

multum temporis Lutetiæ & Bononiæ ſtudiis impenderat, ſuccenturiatus, ipſisqve Auguſti Calendis anno 1322 ordinatus, Cathedram Skalholtenſem anno 1323 calcare cœpit (a). Hic primus Feſtum Corporis Chriſti (b) feria qvinta poſt feſtum Trinitatis celebrandum, Islandis obtrudit, inqve leges anno 1325 referri curavit. Anno 1326 Feſtum Magni Orcadenſium Comitis menſe Decembri celebrandum ſtatuitur, ſed rurſus feria qvinta Natalitiorum, & diebus Mercurii, qvi tempore Qvadrageſimali & Adventus incidunt, conſvetis laboribus operam dare conceditur. Cumqve nec hoc, nec ſuperiore anno naves mercatoriæ Islandiam adirent, vini penuria officium miſſæ intermiſſum fuit. Anno 1333 precum formulas de Paſſione Chriſti a Johanne 22 compoſitas, multis adjectis indulgentiis, Eccleſiæ obtruſit.

§. 2.

Anno 1326 Præſul Conſtitutionem fecit, qva caſus in qvibus qvis excommunicationem ipſo facto incurrit, enumerat, & vetat ne qvis ſponſalia aut nuptias privatim contrahat, ſed ad minimum in duorum teſtium præſentia factas, confeſſionario intra qvatuordecim dies ſignificari juſſit; ſecus facientibus, publicam abſolutionem, eamqve negligentibus, excommunicationem injungens (c). Alterum inſuper edidit ſtatutum de eleemoſynis

---

agnoſcunt. Præterea *Clarusſaga Keiſarraſonar* ex antiqva membrana ejusdem Bibliothecæ No. 589. in Qvarto in principio ſuum Tranſlatorem his verbis commonſtrat: " Her " byrium vær upp eina fráſaugu ſem ſagdi virduligr herra Jón biſkup Halldórsſon " ágiætrar minningar. enn hann fann hana ſkrifada med látínu í Franz í þat form " er þeir kalla *ritmos* en vær kaullum hendingum. " Id eſt: *Hic narrationem inchoamus, qvam Venerabilis Dominus Jonas Epiſcopus filius Haltboris bonæ memoriæ retulit, illam vero Latine ſcriptam invenerat, ſub forma, qvam ii* rhytmos, *nos vero* hendingar *appellamus.*

(a) Anno qvarto regni Magni Smek noſter unus eorum fuit, qvi Dominica ante diem intercalarem Erlingum Vidkunni-filium Pro-Regem Norvegiæ elegerunt.

(b) Feſtum Corporis Chriſti Urbanus IV. hortatu Thomæ Aqvinatis inſtituit: Bulla data eſt, d. 8 Septembris, Anno 1264, qvam Clemens V. in concilio Viennenſi confirmari fecit. vid. ſupra Tom. 1. pag. 565.

(c) Prolixam hanc Conſtitutionem ex Biblioth. A. Magnæi Codice pergameno No. 351. Fol. exſcriptam, & cum Codicibus No. 671. Qvarto & No. 39. in Octavo collatam vide ad hujus Cap. finem Litr. A.

eleemosynis ex balænis & piscibus, qvi festis diebus capiuntur, solvendis, qvod ex asse cum *Juris Ecclesiastici Recentioris* Cap. 26 concordat (a). Tribuuntur ei etiam constitutiones aliæ, qvarum una cuivis ordinando Nosocomio Gaulveriabajensi pensionem strenæ loco dare injungit (b). Præterea, habitum fuisse in Norvegia, ipso præsente Concilium Nationale, in qvo varia ad ceremonias Ecclesiasticas & mores Clericorum spectantia, sancita fuerunt, ex *Juris Ecclesiastici* cap. 39. patet (c).

§. 3.

Eodem anno controversiæ inter Laurentium Holensem & Monachos Modruvallenses arbiter, cum Thorlaco Abbate Verensi, ab Archiepiscopo constitutus, Monachis se faciliorem præbens, Collegæ offensam incurrit, qva de re infra agendum erit. Monasterio autem Modruvallensi inauratum calicem & bina superhumeralia ad expiationem peccatorum dono dedit. Cumqve anno 1329 templum Salvatori sacrum, qvod Nidarosiæ fuit, cum campanis aliisqve ornamentis igne absumtum esset, non tantum ipse munificum se præbuit, sed etiam aliis, ut idem facerent, auctor fuit. Similiter & anno 1330 Johanni, ejus nominis 22, ab Episcopis Islandiæ stipem & auxilium contra Romanos emendicanti, pro facultatibus large suppetias tulit (d).

§. 4.

(a) Hanc Constitutionem e Codice membraneo No. 354 manu, ut videtur, Magni filii Thorhalli exscriptam infra sub Litr. B. exhibebimus Vid. supra Tom. 1. pag. 410. Collata est cum Codice membraneo sæpius a nobis laudato No. 351. fol. & apographo qvod penes nos est optimæ notæ, qvorum lectiones emendatiores cæsis inclusimus.

(b) Constitutiones illas, qvas qvidam Jonæ Sigurdi filio (vid. infr. cap. 5) adscribunt, vid. infra ad finem hujusce Capitis Litr. C. D. E. qvarum binæ priores ex nostris chartis exscriptæ sunt.

(c) Tales mutationes, novitates & rigidæ exactiones, licet in se non malæ, sed qvodam modo, vel viderentur, vel revera necessariæ esse possent, ipsum tamen incolis exosum reddiderunt; Nam omnis repentina mutatio periculosa esse solet, pauciqve Reformatores gradum seu zelum in tempore & ad justam metam sistere sciunt, qvód multoties usum comprobasse novimus.

to Holis freqventiſſimo conventu publicarunt. Sed incolis Jonam judicem inter ſe & Ormum recuſantibus, omnis eorum conatus fruſtra fuit (a). Hinc domum reverſus, in lethalem incidit morbum, ex qvo tandem, exacto in epiſcopatu qvinqvennio, Cal. Jun. 1348 deceſſit; vir non qvidem tam malus ut ſubditi muſſitabant, ſed rigidus & pecuniæ corradendæ intentus (b).

CAP. VI.

De Gyrdero Ivari filio.

§. 1.

Anno 1349 Gyrder (c), Abbas Templi Sancti Johannis, qvod Bergæ fuit, a Salomone Epiſcopo Bergenſi, nam Arnam Vadum Archiepiſcopum, reliqvosqve Norvegiæ Epiſcopos, peſtis, qvæ totam Evropam excepta ſola Islandia tum temporis vaſtabat, abſumſerat, in Epiſcopum Skalholtenſem conſecratus, qvi tamen non prius qvam 1351 Cathedram adiit; Nam anno 1350 nullum navigium e Norvegia in Islandiam commigravit, qvo factum eſt, ut ob vini penuriam officium miſſæ in plerisqve minoris notæ templis ceſſaret.

§. 2.

Anno 1352 Qvartam auſtralem viſitavit, ut patet ex codicillis templorum qvæ Gardis & Reinevallis ſunt. Nam hic primus Skalholtenſium

(a) Vid. infra Sect. 4. cap. 5. §. 3.

(b) Qvod lucri faciendi cupidus fuerit, teſtantur *Annal. Flateyenſes, Holenſes* & *Antiqvi.* Comprobant id etiam ejus geſta, inter alia tot oræ maritimæ partes ſeu littora ad qvæ in mari natantia & fluitantia adpelluntur, qvæ cathedræ ſubjecit, qvalia fuerunt in Birgsvik triens excepto dodrante; in Knararneſe & Thraungvabas, qvadrans; in Kroſſneſi & Munadarneſi, beſſis; in Ofeigsfyrde, triens, ut & qvædam in littore Rutfiordenſi.

(c) Si hic Gyrder idem ſtatuatur cum Canonico Aſloënſi hujus nominis, a *PONTOPPIDANO* nominato *Annal. Eccl. Dan. Diplom.* Tom. 2. pag. 170, Chronologiæ non repugnat, ſi ex Canonico Abbas factus eſſe ſtatuatur.

tensium Episcoporum annum Christi omnibus templorum Rationariis adscripsit; eodemqve anno, Regula Benedicti, qvam in Videyense cœnobium introduxerat Jonas Sigurdi, abrogata, Augustinianam restituit; Proximoqve anno Biornum Audini filium Videyensis & Asgrimum Helgafellensis Monasterii Abbates ordinavit. Anno 1353 visitationem Rangarvallensium ecclesiarum suscepit. Anno 1354 occidentalem Qvadrantem invisens, Eisteinum Monachum secum habuit, eaqve æstate Catalogos possessionum qvorundam templorum, conscribi curavit (a), Constitutionemqve edidit; qva, ne posthac coloni fundorum decimas eorum possessoribus extra parœciam habitantibus traderent, vetuit, sed ut Patrono templi in cujus parœcia fundi essent, prout jubet Jus Ecclesiasticum, solveretur, mandavit, talem enim confusionem & legum transgressionem se posthac minime passurum profitetur (b). Eodemqve anno Statutum de variis ad rem ecclesiasticam pertinentibus sanxit (c). Anno 1355 Catalogum littorum seu orarum maritimarum rejectaneis oceani excipiendis aptarum ad Cœnobium Helgafellense pertinentium, in commentarios regeri curavit, pauloqve post, cura & inspectione diœceseos Snorroni Thorleifi filio, cognomento Klinger, commissa, in Norvegiam enavigavit.

§. 3.

Anno 1356, in Vigilia Epiphanias, Clerici Skalholtenses Acolytum qvendam Sigurdum Asgrimi omni supplicio affectum necarunt, cujus facinoris & illatæ necis author, Sockus qvidam, officio subdiaconus, qvamvis ut factionis primipilus potissimum insimularetur, nunqvam tamen de vero homicida certo constitit. Sed eapropter templum Cathedrale,

---

(a) Vid. ad finem hujus Capitis Litr. A. B. Conf. & antiqvos codicillos templorum Prestbackensis & Selardalensis, in qvibus prima vice occurrit mentio lucrosissimi reditus qvo templo Selardensi tribuuntur decimus qvisqve teretum piscium, (nam plani, ut rajæ, solcæ &c. excipi videntur) qvos in Kopavik capi contingit. Qvæ conditio, ut templo est lucrosa, ita Rusticis seu piscatoribus onerosa, iisqve, plus vice simplici murmurandi occasionem præbuit. Tunc etiam constitutio de tributo in candelas erogando & aliis emolumentis templo Akrensi cedentibus a Gyrdero facta esse videtur, qvæ a Snorrio (§. 8.) & pluribus postea confirmata fuit. Vid. infra Period. 4. Sect. 3. cap. 1.

(b) Vide infra ad finem Capitis Litr. C.

(c) Vid. ibid. Litr. D.

thedrale, ut innocenti pollutum ſangvine a cantu & ſacris ceremoniis vacavit, usqvedum Præſul hac æſtate Cathedræ reſtitutus conſveto more idem luſtraret.

§. 7.

Anno 1357 Ejulfus Brandi Canonicus Nidaroſienſis, & frater Eiſteinus Asgrimi ab Olao Archiepiſcopo totius Inſulæ conſtituti viſitatores, Islandiam ingrediuntur, qvi utramqve diœceſin pervagantes, variis indictionibus & exactionibus, Eccleſiæ commodum & emolumentum prætexentes, clericos pariter ac laïcos vexabant; unde brevi inter eos & Epiſcopum diſcordia oriri cæpit. Eodem etiam anno Andreas Gislavi filius & Arnas Thordi, orientalis & meridionalis Qvandrantum, borealis vero & occidentalis Thorſteinus Ejulfi & Jonas Gutthormi Skraveiſa Satrapæ in triennium a Rege conſtituuntur, qvi, ne ab Archiepiſcopi emiſſariis ſuperari viderentur, plebi varia genera tributorum onerumqve imponebant: unde accidit, ut Provincia non parum exinaniretur (a).

§. 5.

Anno 1358 Gyrderus Provinciam Borgarfiord viſitando peragravit, qvod patet ex Codicillis templi Reykholtenſis, qvos tum confici curavit. Hoc anno Præſulis & Viſitatoris Eyſteini diſcordia in apertum odium erupit, ita ut Eyſteinus, qvi inſignis erat poëta, Epiſcopum probroſis carminibus proſcinderet, & in Norvegiam reverſurus, ad dicendum coram Archiepiſcopo cauſam, dicam impingeret. Præſul vero tandem ad ſacram illam anathematis anchoram confugiens, Eyſteinum diris devovit, qvi, prius qvam ad ſupremum ventum eſſet, ſuppliciter veniam poſcens in gratiam recipitur.

§. 6.

Anno 1359. feria 3 Paſchatos, freqventem Cleri ſynodum Skalholti habuit, in qva de termino peremtorio ſolvendi penſionem pro candelis in uſum ſacrarum ædium, pro agnorum paſtione, Præpoſitorum reditibus;

(a) Vid. ſupra Tom. I. pag. 426. 453.

reditibus; de ſacerdotum veſtibus ſacris; ſuſtentatione pauperum & ejusdem farinæ conſtitutum (a). Deinde Eyſteino per Qvartam occidentalem, ſibi, dum abeſſet, conſtituto Vicario (b), naviculam Andreæ Gislavi filii, unacum pluribus aliis, conſcendit. Qvæ prope e terræ conſpectu in altum provecta cum univerſo onere undis abſorpta fuit, exceptis ſolum hominibus, qvi in ſcapham ſe conjecerunt, qvæ cum alias vix viginti qvinqve virorum capax eſſet, tunc qvadraginta vehens, terræ omnes incolumes reſtituit. Qvod divinum plane miraculum illi Sancto Thorlaco acceptum retulerunt. Scrinium qvod Præſulis argenteam ſupellectilem, cimelia & Pontificalia continebat, poſt modum etiam inter maris rejectamenta inveniri contigit.

§. 7.

Anno 1360 (c) Gyrderus Skalholtenſis & Jonas Erici Skalle, ſeu Calvus, Holenſis, Skalholti 13 Cal. Aug. de nominibus & verſuris, qvas invicem fecerant ipſorum anteceſſores, rationes amice computantes, eo modo illas expediebant; ut aureum Calicem, Skalholtenſis Holano reſtitueret, cujus pondus erat 24 unciarum, hic vero Skalholtenſi 152 imperiales numeraret. Qvo facto, Gyrderus & Helgo Abbas Sancti Johannis Bergenſis, aliiqve, numero 90. inter qvos non pauci melioris notæ viri fuerunt, navigium Ormi Longi, qvi priore anno e Norvegia in Islandiam venerat, conſcendunt, qvod cum univerſo onere virisqve omnibus, circa Inſulas Færeyenſes periiſſe creditur. Nunqvam enim ejus nec vola nec veſtigium deinde apparuit.

§. 8.

(a) Vide ad finem Capitis Litr. E.

(b) Gyrderum fuiſſe in curandis officii partibus non indiligentem, documento ſunt tot ab eo factæ Viſitationes; ſed de viri tolerantia & æqvanimitate teſtatur humanitas & amicitia, qvam petulantis lingvæ viro Eyſteino, toties fædifrago, probavit.

(c) Doctiſſimus *OLAVIUS* in *Syntagmate de Baptiſmo* Proleg. §. 15. vult noſtrum periiſſe anno 1356, qvod tamen anno 1360 factum eſſe liqvido conſtat.

§. 8.

Post discessum Gyrderi, qvi diœcesi Skalholtensi decem annis præfuerat, Vicarium denuo egit Snorro Klinger, qvi 18. Cal. Maji Holis cum pluribus Primorum, Jonam Calvum & Eyafiordenses invicem conciliare voluit, sed frustra. Et 15. Cal. Septembris, ejusdem anni, Videyæ, de tributo casceario, Cænobio Videyensi solvendo, anathematis pænam & trium marcarum mulctam tergiversantibus minitans, sententiam dixit (*). Ille etiam hoc anno in profesto Simonis & Judæ sententiam edixit de ove lactaria ab incola insulæ Ædey templo Vatnsfiordensi persolvenda (**).

Litr. A.

(a) Vier Gyrdr med gudz miskun biskup í Skálhollti heilsar öllum gódum mönnum þeim sem þetta bref siá edur heyra medur gudz kvediu ok vorri. kunnigt giörandi at vier höfum stadfest medur samþycki Arnolfs Jónssonar svo fallin máldaga kirkiunnar unnder Stadarfelli sem hier fylger. Inprimis á kirkian tíu hundrud í heimalandi. tuttugu kúgylldi. tólf hundrud vöruvirdt. enn fyrir innan sig kalek og tiölld um kirkiu. smelltan kross. skrín ok brík yfer alltare. messoklædi ein ok hökull til annara messoklæda. kluckur siö. Mariuskrift. Petursskrift. Þórláks skrift. tvo krossa fornna. alltarisklædi tvö med pell. ok dúka. ok

---

(*) Casceariam hanc contributionem primus instituit Magnus Gissuri, ut supra memoratum est, Tom. 1. pag. 308.

(**) Vid. ad finem hujus Capitis Litr. F.

(a) Nos Gyrderus Dei gratia Episcopus Skalholtensis omnibus viris bonis has literas visuris vel audituris salutem Dei & nostram mittimus. Notum facientes nos consentiente Arnulfo filio Jonæ tale rationarium templi ad Stadarfell, qvale seqvitur, confirmasse. Inprimis templum possidet decem hundredas fundi domestici, viginti vaccarum æqvamentum, & duodecim hundredas ad pretium mercium æstimatas. Sed intra se possidet calicem & aulæa per (totum) templum, crucem encausto pictam, scrinium & tabulam erectam super altare, vestes missaticas ad unum omnes, & praeterea humerale, septem campanas, effigies Mariæ, Petri, & Thorlaci depictas, duas cruces antiqvas,

ok tvö alltariskledi forn. munlaug. glódarker ok elldbere. kertahiálmur. ok kertastikur tvær: kantarakápa med pell. ok onnur of salúni ok slopp. Þángat liggia unnder tuttugu bæer at tíundum ok lýsistollum. sex bænhús ok sex aurar af hveriu. Þar skal vera heimilisprestur: Aller þeir menn sem hafa málnytu í Stadarfellsþíngum eiga at lúka þángat máls miólk á Petursmessudag:

Nú sídan þessi máldagi var gior hefur gefist til kirkiu under Stadarfelli. Inprimis gaf Aurnolfur Jonsson Andreas líknefki enn Guttormur játti at lúka þat elligar þriár merkur vöruvirdar: Item hefur gefist átta kýr ok eitt ásaudar kuilldi. fiórer hestar ok tvö hundrud í vadmálum: kertastikur tvær med kopar. sloppur ok patinur tvær. sextán hundrud vöruvird er fallid hafa í porcionem á millum þess er Ornolfur giördi fyrir Herra Oddgeire reikningskap ok hinns er Guttormur son hanns giordi fyrir Herra Vilkin hit fyrsta sinni at hann visceteradi Vestfiordu.

Litr. B.

(b) Ver Gyrdr med Guds miskunn biskup i Skálhollte sendum öllum þeim sem þetta bref siá edr heyra kvediu guds ok vora. ydr se

 kunnigt

---

qvas, peristromata altaris duo textilia & mappas, duo peristromata altaris vetera, pelvim, thuribulum & laternam, coronam & duo candelabra, cappam cantorum intertextam, alteram qvinqvelicem, & albam. Illi, qvoad decimas & pensiones in candelas, viginti mansa subsunt, sex itidem sacella, qvorum qvodvis sex uncias expendere debet. Ibi sacerdos domicilium habeto. Omnes qvi in parœcia Stadarfellensi pecora lactaria habent, dimidium lactis festo Sancti Petri eodem expendere tenentur.

Ex qvo hoc rationarium confectum fuit, templo Stadarfellensi seqventia accessere: Inprimis Aurnulfus filius Jonæ imaginem Andreæ dedit, Guttormus autem, aut illam, aut tres marcas, ad pretium mercium æstimatas, expendere pollicitus est. Præterea templum dono nactum est octo vaccas, oves uni vaccæ æqvivalentes, qvatuor eqvos, & duas pannorum inqvilinorum hundredas; Duo candelabra ænea, albam & duas patinas. Ex qvo Örnulfus Domino Oddgeiro, usqve qvo filius ejus Guttormus Domino Vilchino prima vice qvartam occidentalem visitanti, rationem reddidit, portio sedecim hundredis ad pretium mercium æstimatis aucta est.

(b) Nos Gyrdus Dei gratia Episcopus Skalholtensis, omnibus has literas visuris vel audituris, salutem Dei & nostram mittimus. Vobis notum esto, nos sub anno Domini millesimo

kunnigt at ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo qvinqvageſimo qvarto 12 kalend: Auguſti ſvo ſem ver vorum í vorre viſitacione under Felli í Kollafirdi ſkipudum ver ſvo fallinn máldaga med ſamþycke Vermundar Gudlaugsſonar er þá átti iördina under Felli. ſvo ſem hann batt ſig under med handabande hiáverande Bródur Eyſteine. Sira Þórſteini Pálsſyne. Síra Hálfdáne Guthormsſyne. Gudmundi Snorraſyne. Þórgilſi Steinólfsſyni ok mörgum audrum gódum mönnum at nefndri kyrkiu ſem her ſeger. Inprimis ſkal þar vera heimilispreſtr: ſkal bóndi lúka honum fiórar merkr hvört ár í tídarentu. Kirkian á hvert ár ſaud vetrgamlan úr Steinum. annan frá Liúfuſtödum þridia úr Fiardarhorni. fiórda á Broddaneſi. fimta úr Þrúdudal. lambaellde af öllum bæum millum Hrauns ok Deildar. Hálf vætt ſkreidar af hvörium bæ millum Deildar ok Kárhafnar. Tíund á millum Hornshöfda ok Kárhafnar ok lýſetollr. Þadan er ſöngr til fimm bænhúſa. ok takaſt ſex aurar af hveriu. Kyrkian á þriár kýr. fimm hundrad vöru. Kyrkian á innan ſig kroſſ ok Olafsſkrift. ok tiölld felítil um alla kirkiu. Alltarisklædi tvö ok einn hökul. kluckur þriár. elldbera ok munnlaug. Þángat er at lúka ſex álner vadmáls ór Hlíd hvert ár. Ok til ſannenda her um ſettum ver vort incigle fyrer þenna máldaga ſkrifadan dag ok ſtad ſem fyrr ſeger.

Litr.

---

milleſimo trecenteſimo qvinqvageſimo qvarto, XII kalend. Auguſti, in viſitatione noſtra Felli in Kollafiordo conſtitutos, e conſenſu Vermundi filii Gudlaugi, qvi fundum Fellenſem tum poſſedit, prævia ejus ſtipulatione, in præſentia Fratris Eyſteinis, Domini Thorſteini filii Pauli, Domini Halfdani filii Guttormi, Gudmundi filii Snorrii, Thorgilſis filii Steinolfi, & multorum aliorum virorum integrorum, in dicto templo tale rationarium conſtituiſſe, qvale hic ſeqvitur: Inprimis ſacerdos ibi domicilium habebit, cui colonus qvatuor marcas, ſalarium pro officiis, qvotannis expendat. Templum verveeem anniculum de Steinis, alterum de Liuſuſtadis, tertium de Fiardarhorno, qvartum de Broddaneſo, qvintum de Thrududalo, qvotannis expendendos, ſaginationem agni de qvacunqve villa inter Hraunum & Deildam, qvadragepondium piſcium areſactorum de qvacunqve villa inter Deildam & Karhöfnam, decimas & penſiones in candelas (de qvavis villa) inter Hornshöfdum & Karhöfnam poſſidet. Inde ſacra celebranda in qvinqve ſacellis procurantur, qvorum ſingula ſex uncias expendunt. Templum tres vaccas & qvinqve hundredas ad pretium mercium æſtimatas poſſidet. Templum intra ſe crucem & effigiem Sancti Olai depictam, ut & aulæa totum templum circumdantia vilis pretii, periſtromata altaris duo, humerale unum, campanas tres, laternam & pelvim poſſidet. Eo ſex ulnæ pannorum inqvilinorum de Hlida qvotannis expendendæ ſunt. In qvorum teſtimonium nos ſigillum noſtrum huic rationario appendimus, ſcripto die & loco ſupradictis.

Litr. C.

(c) Ver Gyrdr med guds nád Biſkup í Skálhollte heilſum aullum maunnum í kyrknaſóknum at Stad á Ollduhrygg ok á Kolbeinsſtödum med guds kvediu ok vorre. Saker þeſſ þat er bæde fornt lögmál ok nýtt at þar lúkeſt tíund af hverre jördu ſem hún liggr í ſóknenne ok kriſtinrettr ſeger ſvo *at þeim er rett tíundar heimta ſem á iördu býr*. ſá ſem ſamþyktr hefer verit um allt Skálholltsbiſkupsdæme ſvo af lærdum ſem leikum. Enn ver vilium med engu móte þola. at bændur úr audrum kyrkiuſóknum take til ſín þær tíunder ſem kyrkiurnar ega ok þeirra máldagar ſtanda til epter biſkupanna ſkipan Því fyrerbiódum ver aullum ydr ok ſerhverium ſem á ádrnefndum iördum búa í fyrrnefndum kirkiuſóknum á Stad ok Kolbeinsſtödum at lúkiſt þángat árliga preſtstíund ok kirkiutíund. hvar þeir ſitia ſem iardernar eiga. enn þat er mögulegt at þeir lúke þeim leigu því minne ſem þeir lúka kirkiunum þetta gótz er under þeirra nafne. Ok til ſannenda her um er þetta bref ſkrifad á Kolbeinsſtödum anno Domini 1364 (*).

Litr. D.

(d) Anno domini 1354 (qvarto) tertio calendas Auguſti í Hollti í í Aunundarfirdi in ſynodo, ſkipadi herra Gyrdr biſkup med rádi prófaſta

---

(c) Nos Gyrderus Dei gratia Epiſcopus Skalholtenſis, omnibus parochianis de Stado in Ölldubrygg & Kolbeinsſtadis ſalutem Dei & noſtram mittimus. Cum leges tam antiqvæ, qvam recentiores ferant, ut decimæ de qvacunqve villa pendantur ad templum cujusvis parochiale, ſed jus eccleſiaſticum, qvod per totam diœceſin Skalholtenſem, tam a clericis, qvam laïcis, approbatum eſt, ita habet: *Incola prædii, decimarum juſte poſtulatur.* Nos autem decimas ad templa, ex eorum rationariis, epiſcopis ita jubentibus, pertinentes, a colonis in alias parœcias transferri haudqvaqvam paſſuri ſumus. Qvare omnibus & ſingulis prædictarum parœciarum de Stado & Kolbeinsſtadis incolis, decimas templo & ſacerdoti qvotannis expendendas, eo, ubi villarum poſſeſſores habitant, perſolvere prohibemus, fieri tamen poteſt, ut locarium pro rata diminuatur, cum ad iſtos hæc bona, templi penſioni obnoxia, pertineant. In qvorum teſtimonium hæ literæ ſcriptæ ſunt Kolbeinsſtadis anno Domini 1364.

(d) Anno domini 1354 tertio (qvarto) calendas Auguſti Holti in Aunundsfiordo in Synodo dominus

(*) *Ita qvidem exſcriptum qvod nobis eſt, aſt legi debet 1354, nam hoc anno Epiſcopus Gyrderus qvartam occidentalem viſitavit, ſed ad annum 1364 vitam non protraxit.*

prófafta finna oc annarra prefta þar nærverandi þeffi ftatuta oc articulos um allt Skálhollts bifkupsdæmi. oc baud at halldaz fkylldu fem her fylgia. Imprimis at hverr preftr í finne kyrkiufókn predike firer fínu fóknarfólke á funnodöghum oc á hátídisdöghum af heilagri trú almenniligri oc hennar articulis. af feptem facramentis. oc af fiau höfutfyndum. af himinríkis fagnadum. oc af helvítispíflum oc at þeir menn yferböte er ádr hafua vangeymt. *Credo in deum. pater nofter.* Máriuvers oc barnfkírnarord. bide oc opinberliga firir almenniligri guds kriftni. bædi firer lærdum oc leikum lifuöndum oc framlidnum. oc fýnge *Deus mifereatur.* oc *De profundis* medr tilfkipadum verfum. oc collectum. Þeir fkulu oc merkiliga lýfa í kyrkium um heilagra daga halld oc föftutíder. Svo oc um ártíder merkiligra manna fem í hverium feau nóttum til berr. Item ef bóndi vanrökir þriá funnudaga famfaft ef hann er heima. ella fare hanns vegna einnhver af bæ hanns at fækia tíder til fóknarkirkiu finnar. lúki tva aura. Sitr hann fva um adrar þriár vikur med famri vanrökt. þá fkal hann fiálffettr vera út af heilagri kyrkiu þar til er hann tekr fkript fína oc laufn. oc fættiz vidr heilaga kirkiu. oc lúke þar til bifkups umbodsmanne hálfa mörk. Item at hver fú kona fem opinber hefer vordit at barngetnadi (barneign) med prefti. fe huergi til heimilis í hanns kirkiu fókn. oc ef hón

---

dominus Gyrder epifcopus confilio Præpofitorum fuorum aliorumqve facerdotum ibi præfentium hæc ftatuta & articulos per totam diœcefin Skalholtinam injunxit & obfervari mandavit, qvales hic feqvuntur: Imprimis qvod qvilibet facerdos intra fuam parochiam coram cœtu fuo parochiali diebus dominicis & feftis de fancta fide catholica & ejus articulis, de feptem facramentis & de feptem peccatis capitalibus, de cæleftis regni gaudiis & de inferni tormentis fermones habeat, & (hortetur) ut illi homines femet emendent, qvæ antea male fervarunt. *Credo in Deum, pater nofter* & hymnum Mariæ & verba in pædobaptifmo (doceant), orentqve pro catholica dei ecclefia, etiam pro clericis & laicis, vivis & mortuis publice, & canant *Deus mifereatur,* & *de profundis,* cum conftitutis hymnis & collectis; ii qvoqve clare in templis fanctorum dierum obfervationem, tempora jejuniorum, ita & anniverfaria hominum infignium, qvæ in qvamvis feptimanam incidunt, promulganto. Item fi colonus negligit (templum freqventare) per tres dies dominicos continuos, modo domi fit, nifi aliqvis ex ejus domicilio ejus nomine facris in templo parochiali interfuerit, folvat ille duas oras. Si eadem negligentia per tres hebdomadas neglexerit, tum (ipfo facto) exclufus fit a fancta ecclefia, donec pœna condigna & abfolutione accepta, fanctæ ecclefiæ reconciliatus fuerit, & infuper epifcopi vicario dimidiam marcam folverit. Item ut qvæcunqve fœmina qvæ convicta eft fufcepti (progeniti) cum facerdote infantis,

hón veit þat. ſkal hón eigi dueliaz á preſtzins heimile eina nótt lengr forfallalauſt. ella ſe hón ſiálfſlett út af heilagri kyrkiu oc hennar ſacramentis utan í líſsháſka ſvo framt ſem hón trúlofar at böta vid heilaga kirkiu. En þær konor ſem ſer eiga iarder edr hafa rádit ſer heimili í þeirri kirkiu ſókn ſem þeirra barnfedrum verdr tilſkipat. ſkulu þær eigi flýia ſitt heimili þar firer. En þeir prófaſtar ſem vitande ſkipa ſvo preſtunum þeirra barnfedrum. ſkulu vera ſiálfſetter út af þeim heidri oc umbodi ſem þeir hafua af biſkupinum (í Skalhollti). Þó þeim konum undanteknum ſem eigingiptar ero edr grunſemdarlauſar (af illum lifnadi) firer trúlofvan edr lánga frávero. Item at bönahús þau ſem biſkup leyfer ſóng at. hafvi þvílíkan rett oc þyrmſlir ſem ſóknarkirkia. ſva at hverr ſem þadan tekr annars mannz gódz med ſtuld. gripe. edr ráne edr nockurskonar ofvalldi falli ſá í bann af ſiálfu verkinu. Item at matgiof lúkiz firer þá menn at eins. ſem preſtar oc bændr hallda á ſinn koſt um tólf mánadi efter ſkylldu ſinnne. oc ſá búnadr má eigi þarnazt. Item at í því prófaſtdömi leyſiz hvör oc taki ſkript firer brot ſín ſem hann braut þó at í annars umbodi kunni opinbert at verda (*).

Litr.

infantis, nuſpiam in ejus parochia habeat domicilium, et ſi noverit iſtud, ne in domicilio ſacerdotis amplius (ne qvidem) per unicam noctem, citra neceſſitatem commoretur, alias ipſo facto excluſa erit ab eccleſia ſancta ejusqve ſacramentis, niſi in periculo vitæ, & tum qvidem ſanctæ eccleſiæ ſe ſatisfacturam fidejuſſerit, illæ autem mulieres, qvæ prædia poſſident, vel ſibi in iſta parochia domicilium conduxerunt, qvæ iis demandata eſt qvibus cum infantem progignunt, non ideo ſuum deſerant domicilium, ii vero Præpoſiti qvi ſcientes (has parochias) ſacerdotibus eorum infantum patribus, demandant, ipſo facto illo honore & præfectura, qvem ab epiſcopo (Skalholtenſi) habent, decidant, exceptis tamen iis mulieribus, qvæ vel nupſere, vel ſine omni ſuſpicione (vitæ inhoneſtæ) ob deſponſationem vel longam abſentiam degunt. Item qvod ſacella illa, in qvibus ſacrorum celebrationem epiſcopus permiſit, talia habeant jura & jus aſyli, qvale templa parochialia, ita ut qvilibet alius hominis opes furto, præda, rapina, vel qvalicunqve violentia, inde auferens excommunicationem ex ipſo facto incidat. Item ut expenſio cibaria pro iis tantum viris ſolvatur, qvos ſacerdotes & coloni per duodecim menſes, neceſſitate adducti, vel ſine qvibus res eorum familiaris conſiſtere neqvit, ſuis impenſis alunt. Item ut in qvacunqve ditione Præpoſiti abſolvatur & pœnas condignas pro peccatis ſuis qvilibet exantlet, in qva qvis deliqvit, qvamvis peccata manifeſta fiant in alterius præfectura.

(*) *Hæc & ſeqventia ſtatuta exſcripta ſunt ex codice pergameno Bibliothecæ Magnæanæ* No. 354 in Folio, *collata cum* No. 351 in Folio, *& apographo noſtro cartaceo, qvorum lectiones variantes ſemicirculis incluſæ ſiſtuntur.*

Litr. E.

(e) In nomine domini amen. ſub anno domini milleſimo trecenteſimo qvinqvageſimo nono. þridia dag í páſkum (í Skálhollti) in ſynodo ſkipadi (virduligr) herra Gyrdr med guds nád biſkup í ſkálhollte þeſſa articulos ſem her fylgia med ſamþykt preſta þeirra ſem þar vóru tilkallader. Inprimis ef lýſitollr er eigi lokinn at páſkum. take ſá ei guds líkama oc ſtande utan kirkiu þar til er hann lýkr. oc lúki hálfa mörk. hálft hvart þeim er kirkiu helldr oc prófaſte. Item at heytollr ſe lúktr at Máriomeſſo ſídarri. en ſá (preſtr) er eigi vill taka millum Mariumeſſna lögliga tilbedinn. hafvi eingan. oc ſe ſektaluſt á því áre. En ſá ſem eigi vill lúka í ſettan tíma. gialde preſti þeim ſem hann helldr firer þriá aura. Item at hverr preſtr ſá ſem prófaſtsdême helldr. kalle ſaman alla preſta í ſíno umbodi þá er hann kemr heim af ſynodo oc opinbere firer þeim greiniliga alla þá articulos ſem á preſtaſtefnu voru ſkipader. oc fái þeim öllum in ſcriptis. Item at hverr preſtr eige innan fyrſta árs ſíns preſtſkapar kórkápu. en ſlopp innan tveggia ára. ella lúke hálfa mörk firer hvert er miſſer. en meſſoklædi oc kalek. oc allar tídabækr innan fimm ára. ella lúki tólf álner firer hveria bók ſem hann miſſer. Svo oc firer hvert meſſoklædi. oc firer kalek. oc miſſe hann þó officium ſacerdotale

---

(e) In nomini domini amen. Sub anno domini milleſimo trecenteſimo qvinqvageſimo nono, tertio die paſcatos (Skalholti) in Synodo injunxit dominus Gyrder dei gratia epiſcopus Skalholtinus hoſce articulos, qvi ſeqvuntur, cum conſenſu ſacerdotum illorum, qvi eo erant vocati. Inprimis ſiqvis expenſionem pro candelis ad tempus paſcale non ſolverit, ille ne ſumat corpus dei, & extra templum eſto donec ſolvat, & dimidiam marcam, ex æqvo dividendam inter illum qvi templo præeſt, & præpoſitum, expendat. Item qvod expenſio de fæno ſoluta ſit ad feſtum Mariæ poſterius, qvi vero (ſacerdos) inter feſta Mariæ legitime poſtulatus (hanc expenſionem) accipere noluerit, nullam omnino habeat, eoqve anno nulla multa ideo irroganda eſt. Qvi vero legitimo tempore ſolvere non vult, ſacerdoti, cui ſolvere detrectat, tres oras numerato. Item ut qvilibet ſacerdos qvi præpoſiti officio fungitur, omnes ſacerdotes in ſua ditione, cum a ſynodo domum venerit, convocet, iisqve omnes illos articulos, qvi in ſynodo injuncti fuerunt, diſerte promulget, eosqve illis in ſcriptis communicet. Item ut qvilibet ſacerdos intra primum ſacerdotii annum ſibi cappam choralem, verum albam intra duos annos comparet, cæteroqvin dimidium marcæ pro utroqve, dum non habuerit, ſolvat, veſtes vero ſacras, & calices, & omnes libros officiorum intra qvinqve annos; Alias duodecim ulnas pro qvolibet libro qvem non habuerit, ita & pro qvacunqve

ſacerdotale ſvo leingi ſem hann á eigi. Item at preſtar oc diáknar ſýne öngua lauſúng edr leykaraſkap í klædabúnadi ſínum. beri hvarki tauſkur ne ſtikknífva. oc eigi dreglahúfur opinberliga. hafvi eigi breidari (miórri) (meiri) hettuſtrúta en tveggia fíngra. oc eigi ſídare en álnar. ella ſe upptökt af biſkups umbodsmanne innan mánadar frá því er þeir ero áminnter. Item at eingin prófaſtr take nockurn preſt til reidar med ſer brott ór ſinne kirkiuſókn. oc at hver preſtr ſite heima at ſinne kirkiu. oc fare þvíat eins frá henne at full naudſyn ſe til. oc þó med formanz ſins orloſui. oc ſe þá annar í hanns ſtad medan. Item at (preſtar ok) diáknar ríde hvergi med ſyſlomönnum í adrar ſueiter ne med böndum frá kirkium þeirra ſem þeir ero ſkipader til utan med orloſve. ella miſſi þeir viſtar ſinnar. Item at eingi preſtr hafvi meſſoklædi ne kalek í þíng utan med þeſs orloſui ſem kirkiu helldr (oc leggi fyrir hálfa mörk ef hann hefur). Item at hver prófaſtr taki út (kriſma) vín oc hveite af ſkálhollte. oc ſkipte hverr med ſínum preſtum. í ſíno umbodi (nema ödruvís fáiſt). Item at bónde ſe ſkylldr at fæda mann med preſti iafnvel þó at hann ſe rídande frá Mikialsmeſſo oc til kroſsmeſſo um var. en preſtr ſe ſkylldr at hafa þann mann ſem hönum er full fylgd at. oc hann ſe

---

cunqve veſte ſacra, & pro calice ſolvat, & officio ſacerdotali, qvamdiu ſibi non comparaverit, abſtineat. Item ut ſacerdotes & diaconi nullam levitatem vel luxuriem in veſtitu oſtendant, nec peras gerant, nec pugiones, nec pileos linteos palam, aut emblemata pilei duobus pollicibus latiora (majora) (anguſtiora), nec una ulna demiſſiora; ſecus confiſcationi procuratoris epiſcopi, intra menſem unum, ex qvo admoniti fuerunt, obnoxia ſunto. Item ut nemo præpoſitorum ſecum ullum ſacerdotem extra ejus parochiam comitatus ergo eqvitare faciat, & ut omnes ſacerdotes maneant juxta templum ſuum (domi), & inde ſolummodo proficiſcantur, ſi gravis urgeat neceſſitas, hoc tamen cum ſui antiſtitis venia, alius qvoqve aliqvis in ejus locum ſubſtituatur. Item ut (ſacerdotes &) Diaconi nuſpiam eqvitent cum Prætoribus in alias provincias, nec cum colonis a ſuis templis, qvæ iis ſunt demandata, niſi cum venia (proficiſcantur), alias loco manſionis priventor. Item ut nullus ſacerdos ſecum intra parochiam veſtes ſacras vel calicem, niſi ejus venia, qvi templi bona adminiſtrat, vehat, (cæteroqvin dimidium marcæ ſolvat). Item ut qvilibet præpoſitus Skalholti (chriſma) vinum & triticum ſumat, & deinde inter ſuæ ditionis ſacerdotes partiatur (niſi alio modo acqviri poſſit). Item ut colonus ei qvi ſacerdoti comes eſt, qvamvis & hic eqvo vehatur, inde a feſto Michaëlis usqve ad feſtum crucis vernale alimenta miniſtrare obligatus ſit, at ſacerdos talem ſecum habere debet virum, cujus comitatus ei ſit

se þá betr fórr en ádr. oc sá þióne í messo. en heimabónde fæe mann til þá er madr fylger eighi presti. (Item hvör bóndi svo prestr sem leikmadr lúki matgiafer fyrir öll sín hión þau sem þeir hallda á sínum kosti iafnvel á sumar sem á vetr. þá er skylldufvatnfasta stendr yfer. epter því sem kristinrettr býdr. edr lúke slíka sekt sem þar liggr vid.) (*)

Litr. F.

(f) Ollum godum mannum þeim sem þetta bref sea eda heyra. sender. snorri prestr þorleifsson kirkiunnar i skalhollti commissarius generalis oc specialis in spiritualibus. qvediu gudz oc syna. kunneght gerandi at sub anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo in profesto symonis oc iude. komo þeir a stefnu fyrir mik i vazfirdi. Einar bonde. eireksson. af annarre. halfu. oc vermundr Gudmundarsson af annare. teedi Einar bondi mer. maldagha. kirkiunnar i uazfirdi. i huerium skrifuat er. ad gefaz skal vr ædey. ær huert uar. til uatzfiardarkirkiu. oc med þi at alldri hafdi luckt uerid. medann vermundr bio i edey. oc enn lengur um daga fódur hanns. kierdi Einar bondi fyRnefndur. epter fyRsagdri

---

sit utilis & cujus auxilio plus valeat, qvam sine eodem, eiqve in missa ministret, cæterum prædii colonus alium conducito, si nullus sacerdotem comitetur. (Cæterum qvivis colonus, tam clericus qvam laicus pensionem cibariam pro omnibus suis domesticis qvibus tam æstate qvam hyeme victum præbet, temporibus jejunii sicci ex præscripto Juris ecclesiastici solvito, alias mulctam indictam expendito).

(*) *Ad hanc etiam Constitutionem pertinere videtur ejusdem Episcopi Statutum, feria tertia Paschatos scriptum, qvo præcipit, ut terminus redemtionis sepulturæ & mortalium sit idem ac solutionis decimarum, multa vero ob tergiversationem æqvalis sit multæ ob pensionem in candelas non solutam.*

(f) Omnibus viris bonis has literas visuris vel audituris Snorrius sacerdos, filius Thorleifi, ecclesiæ Skalholtensis Commissarius generalis & specialis in spiritualibus, suam & Dei salutem mittit, notum faciens, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, in profesto Simeonis & Judæ, in conventu Vatnsfiordi, Einarem Colonum filium Erici ab una parte, ab altera autem parte Vermundum filium Gudmundi coram me comparuisse, Einar Colonus librum daticum templi Vatnsfiordensis mihi monstravit, in qvo scriptum exstat: vere qvovis ovem templo Vatnsfiordensi de Ædeya expendendam esse, qvæ cum tempore qvo Vermundus Ædeyæ habitavit, & tempore adhuc longiore diebus patris ejus, nunqvam soluta fuerit; prædictus Colonus Einar dictam

fyRſagdri aa. oc krafdi mig urrſkurdar. huert kirkian etti eda hefdi att þeſſa aa. eda ei. epter þui ſem kirkiunnar maldaghi uottar. nu af þui ad uermundur optnefndr. leiddi ekki prof. oc onghu vendiz hann. at nockud metti infirmera eda mötiſtanda. optnefndum maldagha. kirkiunnar i uatzfirdi. þui lagda ec þenna urſkurd. a. ſem her fylger. in nomine domini amen. ſaker þeſs. vermundr Gudmundarſon. ad þu ſtefndr af mer her i dagh ſnorra. preſti. þorleifsſyni commiſſario generali ſkalholltz kirkiu in ſpiritualibus til anzſuara oc Reikninghs um aa þa ſem ſkrifuat er i maldagha uatzfiardarkirkiu. ad þangat ſkal giefaz ær. huert uar ur edey. Oc þu beiddr oc krafdur af mier profs oc ſkilrikis fyrir hueria ſok þu hefder ei luckt fyrrſagda aa. oc þu uilldcr ecki prof ſyna. eda hafder ekki til. þui i gudz nafnne ſeghi ec. ſnorri. preſtr. þorleifsſon. fyrrnefndur. med. urſkurdi oc dome. med fullu doms atkuedi at maldaghi kirkiunnar i uatzfirdi ſkal ſtanda. oc hafuaz fyrir fullt i þeſſare grein. oc þu vermundr fyrrnefnndr hefr verid ſkylldur at luka. aa. til vatzfiardar kirkiu. ſo frammt ſem hon hefuer heimt verid. oc er ſkylldr ad luka hedan af. var þeſſi urſkurdr giór. oc framborinn in ſkriptis i uatzfirde mer ſitianda i doms ſete. þer vermundur optnefndr loghlegha. fyrerſtefndum morghum godum monnum. hiaverondum in profeſto ſymonis

dictam ovem poſtulavit, meqve ſententiam rogavit, an templum ex libri datici præſcripto ad dictam ovem jus habeat & habuerit, nec ne. Cum igitur ſæpe nominatus Vermundus nullam probationem attulerit, nec ullam ſe habere profeſſus ſit, qvæ dictum librum daticum templi Vatnsfiordenſis infirmare vel ei contrariari poſſit, hinc ego talem ſententiam, qvæ ſeqvitur, edico: In nomine Domini amen. Cum tu Vermunde fili Gudmundi a me Snorrio ſacerdote filio Thorleifi, Commiſſario generali eccleſiæ Skalholtenſis in ſpiritualibus, in hunc locum & diem citatus ſis, ut reſponſa & rationem redderes de ove, de qva liber daticus templi Vatnsfiordenſis præcipit, ut templo iſti ovis qvovis vere de Ædeya perſolvenda ſit, tu qvoqve rationis & probationis a me rogatus & poſtulatus, qvam ob cauſam prædictam ovem non perſolveris, talem probationem aut producere nolueris, aut producendam non habueris; hinc, in nomine Dei, ego Snorrius ſacerdos filius Thorleifi prædictus, deciſione, judicio, & plena ſententia judiciali, librum daticum templi Vatnsfiordenſis ratum, & in hoc articulo authenticum habendum eſſe, teqve Vermundum, antea nominatum, ovem templo Vatnsfiordenſi, ſi modo poſtulata fuerit, perſolvere debuiſſe, & abhinc debere, edico. Hæc ſententia lata, & in ſcriptis prolata fuit, in Vatnsfiordo, me pro tribunali ſedente, te Vermundo ſæpe nominato legitime citato, & multis bonis viris præſentibus, in profeſto Simeonis & Judæ, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo.

onis & iude. anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo. Oc til sanninda. setta ec min innsigle. fyrir þetta bref oc vrskurd er gert varr i greindum stad. deghi oc are sem fyrr seiger (*).

CAP. VII.

De Thorarino.

Mortuo Gyrdero, Thorarinus natione Norvegus, successit, qvi anno 1363 eodem in navigio ac Jonas Holensis in Islandiam transfretans, sub ipsum Michaëlis festum, terram cum collega appulit, qvo facto navis periit. Anno 1363 occidentalem Provinciam circumivit, ut ex templorum qvorundam schedis discimus; Et in octava Laurentii Constitutionem Jonæ Halthoris de conditionibus templorum Eyrensis & Kyrkebolensis in sinu Skutulsfiord confirmavit (a). Tum qvoqve Constitutionem Snorrii Klinger & rationarium templi Vatnsfiordensis datis patentibus confirmavit (b). Eodemqve anno, 3 Non. Aug. Olaus Svarthöfdi, Thorarini Episcopi vicarium agens, de limitibus littorum ad templa Holtense & Breidabolstadense pertinentium judicavit. Anno 1364. Festum conceptionis Mariæ 6 id. Decembris celebrandum, svasore Thorarino, in leges relatum esse refertur (c). Hoc anno tres Episcopi in

---

gesimo. Et in horum testimonium ego sigilla mea his literis & sententiæ appendo, scriptis in dicto loco, die & anno, ut supra.

(*) *Hæ literæ, ut & Litr. B. C. capitis seqventis, secundum transscriptum Skalholti anno 1605 factum, editæ, interpunctionem minus accuratam habent, quam tamen interpunctionem in originali sententia ita etiam fuisse, vero haud est dissimile.*

(a) Vide ad finem Capitis Litr. A.

(b) Vid. ibid. Litr. B. C.

(c) *JOHANNES DUNS SCOTUS*, qvi circa annum 1307 claruit, inauditum antea in ecclesia dogma de immaculata B. Virginis conceptione propalare cœpit, idqve solenni habita disputatione, ducentis ordine prolatis argumentis, demonstratum ivit; tantumqve apud Academicos Parisienses potuit viri doctissimi fama, ut in sententiam ejus, pedibus manibusqve transirent, Festum immaculatæ conceptionis instituerent, neqvis,

in Islandia fuere. Nam Arnas Svæla Færeyenſium Præſul huc delatus, hic etiam hyemavit, qvo ad finem vergente, Thorarinus, transacto in epiſcopatu biennio, in vivis eſſe desiit (a), Vicarium diœceſeos agente Snorrone Klinger (b).

Litr. A.

(c) Uær Þóraren med guds nád biſkup í ſkálhollti heilſum aullum duganndi mönnum þeim ſem þetta bref ſia edur heyra medur guds kuediu oc vorri. Vær vilium at þer vitid at ver hoſum ſett oc ſkyniat maldaga kirkiunnar aa kirkiubóli þennan ſama ſem hier er med bundenn. oc medur þui at oſs ſyndizt hann vel oc ſkynſamlega ſettur oc ſkipadur. því ſamþyckium ver hann oc ſtadfeſtum med þeſſu voru briefi i aullum ſinum articulis oc ſierhuerium. oc uiliom obrigdulega halldazt lata. Med ſamri grein ſamþyckium uær oc ſtadfeſtum þau bref herra jóns ſkálhollltz biſkups godrar minningar vors forverara ſem eru hier med bvndit oc uottar um ſaung til ſagdrar kirkiu oc ſkilmala ſem gior var

 þeſſum

---

neqvis, niſi ejusdem opinionis ſectarius ad gradus ſcholaſticos admitteretur, edicto caverent. Vid. *HEN. WHARTON. App. ad Hiſt. litter. Cavei.* Sixtus autem 4 anno 1476. id demum confirmavit.

(a) Thorarini mortem, ad annum 1364 refert *JONAS EGILLI* in *Annal. Epiſc. Skalholt.* cujus ſententiæ nos lubenter ſubſcribimus. Bonis an malis annumerandus ſit, brevis officii adminiſtratio dubium facit.

(b) Hujus ſententiam de Vatnsfiordo vid. ad finem Capitis Litr. D.

(c) *Id eſt:* Nos Thorarinus Dei gratia Epiſcopus Skalholtenſis omnes viros probos, has literas viſuros vel audituros, ſalute Dei noſtraqve ſalutamus. Volumus, ut ſciatis, nos diploma daticum templi de Kyrkiubolo (*), idem qvod his noſtris appenditur, vidiſſe & perſpexiſſe; & cum illud egregie & ſapienter factum & conſtitutum eſſe nobis videatur, ideo illud in omnibus & ſingulis ſuis articulis, his noſtris literis confirmamus, & ut ſtricte obſervetur volumus. Similiter & literas Domini Jonæ, bonæ memoriæ Epiſcopi Skalholtenſis prædeceſſoris noſtri, his appenſas (**) de officiis ſacris in dicto templo & pacto in hujus Epiſcopi præſentia inter templa Eyrenſe & Kyrkiubolenſe inito, agentes, approbamus & confirmamus; indulgentiæ etiam, de-

(*) Vid. ſupra pag. 88. Lit. G.
(**) Vide ſupra pag. 89. Litr. H.

þessum biskupinum hiaveranda mille eyrarkirkiu oc kirkiubóls. oc afgipter þær sem þar standa i vilium vær ei sidur halldazt lata oc fyrirbiodum hverium manne þat at brigda sem kirkiuna um uardar oc til sanninda hier um settum uier uort insigli fyrir þetta bref skrifad aa eyre i skvtilsfirdi in octava Laurencii anno domini millesimo sexagesimo tercio.

Litr. B.

(b) Ver Þorarin medur gudz nad biskup i skalhollte heilsum óllum dughandi monnum þeim sem þetta bref sea edur heyra medur gudz qvediu oc uarre saker þers ad uær hofum seed oc skyniat. opid bref sira snorra. þann tyma officialis heilagrar skaalaholltz kirkiu. sem þetta bref. er her err med bundit uattar. ok medur þy. at oss litz þad uera. skynsamlight. oc skiluisliga. skipat i ollum sinum styckium. þy samþyckium uær oc stadfestum þat medur þessu varu brefue. alla þa articulos sem þar standa i. oc sierhueria. um sik. sva at einghinn kirkiunnar umbodzmadr skal þar megha. nockura kierü edr kallz uppaa giefua hedan af. utan þad skal sua standa um oss. oc uara epterkomendr. hedan af. sem þat er gort. i sierhuerium synum greinum. sua ad uær fyrirbiodum huerium manne. huart sem er. lærdur eda leikür hedan af. þar

---

de qvibus ibidem scriptum est, ut ratæ habeantur, nihilominus volumus, & omnibus ac singulis ea, qvæ templi sunt, retractare prohibemus. In qvorum testimonium nos sigillum nostrum his literis appendimus, scriptis Eyræ in Skutulsfiordo, in octava Laurentii, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tertio.

(b) *Id est:* Nos Thorarinus Dei gratia Episcopus Skalholtensis omnibus viris bonis has literas visuris vel audituris salutem Dei & nostram mittimus. Qvia nos literas patentes Domini Snorrii, tunc temporis officialis sanctæ Ecclesiæ Skalholtensis, his nostris appensas (*) vidimus & perspeximus, cumqve illæ rationabiles & in omnibus suis articulis sapienter constitutæ videantur, hinc illas his nostris literis, & omnes inibi ac singulos articulos confirmamus, ita ut nemini ecclesiæ procuratorum reqvisitionem vel actionem contra illas instituere liceat, sed firmum per nos, nostrosqve successores exhinc, qvodcunqve inibi in singulis articulis constitutum est, manebit; Prohibemus igitur omnibus, sive clericus sit, sive laïcus, ut postulationem vel actionem

(*) Vid. supra pag. 114.

þar kallz edr kiæru uppaa giefa. utan huerR sem þat gerer. uile þiliku tilsüara. sem heilagrar kirkiü logh bioda þeim aa hendr sem onaada edr aaganga heilagrar kirkiü eighner. stadfestum ver oc eigi sidur. oc styrkiü:n medr þessu. uaru briefue þann maaldagha. uatzfiardar kirkiü sem her bindz med. oc biödüm skyllduglegha ad obrigdiliga halldiz sua lenghi sem uier eighum medur ad gorra. oc allir vorir epterkomendr vtann so mikid. sem hündradum gefz samann. þa aukiz kirkiunnar eign sua framt sem þat. legz eighí henne edur bónum til atbötar. edur þat. sem henne. edur hennar þynghum innann sik edur utann tilheyrer. Oc til sannenda her um. settüm uær. uart insighli fyrir þetta brief: skrifuat. i uatzfirdi duodecimo kalendas septembris anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio.

Litr. C.

(c) Þessa reka aa kirkia i vatzfirdi at haalfu vid heimaland; Settungh i ollum reka i Rekavik. aa bak latruin. allann Reka áá teigh. under huestu: or hälfum hual i fliote fimmta lut meira enn helmingh: Tua lute oskerda i kagadar vik. aa griötleite oc i sanduik. en grasnautnargiedi oll. i kiarRansvik. oc hloduuik sex vættir af hueriu hundradi uætta. j. hælaruik

---

nem in his instituant, nisi qvicunqve id fecerit, tantum luere malit, qvantum Leges Ecclesiasticæ violatoribus & aggressoribus bonorum sanctæ ecclesiæ minantur. Nec eo secius diploma daticum ecclesiæ Vatnsfiordensis his nostris literis (**) appensum stabilimus & confirmamus, qvod ut stricte, qvam diu nostræ omniumqve nostrorum successorum inspectioni subest, observetur, severe mandamus, nisi accessio fiat hundredæ æqvalis, illa bonis ecclesiæ addatur, excepto tamen si ista in templi, villæ, vel aliorum ad illud ejusve cimelia interius vel exterius pertinentium reparationem erogetur. In qvorum testimonium nos sigillum nostrum his literis appendimus, scriptis in Vatnsfiordo, duodecimo kalendas Septembris, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio.

(c) *Id est:* Hæc jura maris ejectamentorum ad templum Vatnsfiordense pertinent: Dimidium ejectamentorum in ipso prædii fundo; Pars sexta ejectamentorum in Rekavika intra Latras; Omnia ejectamenta in tractu apud Hvestam; In Flioto pars dimidia, prætereaqve pars qvinta, semissis balænarum; Duæ trientes integræ in Kagadarvika, Griotleito & Sandvika, sed omnes de gramine & fœno in Kiaransvika usus fructus; In

(**) Vid. mox infra.

hælaruik allann hualreka. oc oll giedi onnur. Sülnaſtapa j hofn. fimtung oc ſettúng i hualreka i bardsuik hinum ejſtra meghin. fiordungh i hualreka medur aagoda. enn attungur fyrer nordann i Sæbolsreka. i Reykiarfirdi fiordungr i hualreka. i ſighluuik tolftunghi minna. enn þridiunghur i hualreka. enn þridiung i uidreka. kirkian i vatzfirdi aa fioratighi vetta. i huerium hual er kemur aa almenningar. enn eyn ef minna kemür. i bolungharuik tolftünghür hualreka. medur aagoda. þagath ſkal huerr madur buſaztur. ok ſa er af landi hefuer ala lamb. ok abyrgiazt edur giefa ella i mille iſafiardarbots. og kleiſua. i ſeydiſs fyrdi. þangat ſkal gefua aa ór ædey. huert uaar attfedming torfs. ſkal giefa huert ſumar gilldan. or Unadzdal ok ſá eyke til ad færa til ſiöfuar. þa er ſottur. ſkogarr hogg a tiarnaneſe ſua ſem uill. ſkogar hogg i iſafiardarbotne. ſua ſem uill oc gielldfiarhagar þar ollo fe. fiorunytiar allar fra geruidals áa oc til megen äar i iſafiardarbotne. ſaadiord i Reykianeſe ſem uill. oc þaranytiar. torfſkurdur i haalshüſaland ſem uill. þriär uætter fiſka ſkarpra. huer miſſere i ſkalauik. ſex Rüta hofn. i. Rutey til brundtidar: ſker ad

In Hloduvika ſex octogepondia de qvolibet octogepondiorum centenario; In Hælarvika omnes balenæ ejectitiæ & omnia alia emolumenta; In Sulnaſtapo in Höfna; qvincunx & ſextans balænarum ejectitiarum; Qvadrans balænarum ad latus Bardsvikæ orientale ejectitiarum, una cum reliqvis emolumentis, ſed pars tantum octava ad latus ſeptentrionale; Qvadrans balenarum ad litora Sæbolenſia in Reykiarfiordo ejectitiarum; In Sigluvika demta uncia, triens balenarum ejectitiarum, ſed lignorum integra triens. Templum Vatnsfiordenſe qvadraginta octogepondia cujusvis balenæ in oras communes ejectæ poſſidet, qvæ ſi tanta non ſit, unicum ſaltem octogepondium poſſidet; In Bolungarvika unciam balænarum ejectitiarum, cum cæteris emolumentis; In ejus (templi Vatnsfiordenſis) gratiam qvilibet paterfamilias, & qvi fundum qvendam incolit, inter intimam ſinus Iſafiordi partem & Kleiſas in Seidisfiordo agnum alere, damnumqve, ſi qvod acciderit, præſtare, vel etiam (agnum ſaginatum) expendere tenetur. De Ædeya qvovis vere ovis illi expendenda eſt. Octo orgyæ (cubicæ) turfæ foſſilis de Unadsdalo qvavis æſtate illi perſolvuntor, ſimulqve jumenta, qvibus ad litus devehantur, ſubminiſtrantor, qvandocunqve reqviſitæ fuerint. Jus ligna cædendi in Tiarnarneſo qvantum libuerit; Jus ligna ad intimam ſinus Iſafiördi partem, qvantum libuerit, cædendi, & jus omnis generis pecora non lactaria ibidem paſcendi; Omnia emolumenta littoris inde ab amne Geiradalſaa, uſqve ad amnem primarium in intimam ſinus Iſafiordi partem delabentem; Fundi ad ſementem faciendum in Reykianeſo, qvantum libuerit, ſimul cum alga in uſus vertenda; Jus turfam effodiendi in fundo Halshuſienſi, qvantum libuerit; Tria octogepondia piſcium areſactorum qvotannis de Skalavika; Jus ſex arietes in Ruteya uſqve

ad ollum nytium. reki under eyarhömrum. heimel ſelueidi i ſkerſundi. kolgierd i iokuls kielldü ſköghi. ſkogarhógg í ſkeidarmüla ſem uill: ſtod Roſſahagi i berſadal laxueidur hit þridia huert ſumár i laughardals äa.

Litr. D.

(d) Ollum gódum maunnum þeim ſem þetta bref ſiá edr heyra ſendir Snorri preſtr Þórleifsſon Officialis í Skálhollti qvediu guds ok ſína. Saker þeſs at Einar Eireksſon kærdi fyrir mer at þeir fedgar í Ogri Þórdr ok Sigurdr. hefdi ei. viliat ala lamb. kirkiunni í Vazfirdi. á ſínum búgardum. Enn ſo læter máldaghi kirkiunnar í Vazfirdi. *at huerr búfaſtr madr ok ſá er af landi beſuer millum Iſafiardarár. ok Kleiſua í Seydisfirdi. ſkal ala lamb Vazfiardarkirkiu eda geſua ella* Þuí ſegher ek med fullum órſkurdi. alla þá menn. ſem búa. millum fyrrſagdra takmarka ſkyllduga at ala lamb nefndri kirkiu í Vazfirdi edr geſua ella. ok ſo þá alla ſem nockut haſua af landi. jamuel þá fedga Þórd kall. ok Sigurd af Oghri. ok odrum ſínum útiördum þeim ſem þeir haſua búnat á. ſem adra menn í greindum takmorkum. Ok til ſanninda ſetta ek officialatus innſighli fyrir

---

uſqve ad tempus admiſſionis, paſcendi, (ſimulqve) omnes de ſcopulis uſus; Ejectamenta maris ad rupes inſulæ; Jus phocas juſto titulo in freto Skersſund capiendi; Jus carbones in ſylva Jokulskelldenſi adurendi; Jus ligna in Skeidarmulo, qvantum libuerit, cædendi; Paſcua eqvariæ in Berſadalo; Jus ſalmones tertio qvovis anno in amne Laugardalſa capiendi.

(d) *Id eſt:* Omnibus viris bonis has literas viſuris vel audituris, Snorrius ſacerdos filius Thorleifi, Officialis Skalholtenſis, ſuam & Dei ſalutem mittit. Cum Einar filius Erici coram me conqveſtus ſit, qvod pater & filius (incolæ) in Ögur, Thordus & Sigurdus in eorum villis templo Vatnsfiordenſi agnum alere recuſaverint, rationarium autem templi Vatnsfiordenſis ita habeat; *In templi Vatnsfiordenſis gratiam qvilibet paterfamilias, & qvi fundum qvendam incolit, inter intimam ſinus Iſafiordi partem & Kleifas in Seidisfiordo, agnum alere, vel etiam expendere, tenetur*, hinc plena ſententia edico, omnes intra prædictos terminos villicantes, ut & omnes fundi qvoddam inhabitantes, tam patrem ſimul ac filium Thordum illum ſenem & Sigurdum, de Ögur & aliis illorum villis minoris nominis, in qvibus villicationem habent, qvam alios intra dictos limites habitantes, in templi nominati Vatnsfiordenſis gratiam agnum alere, vel etiam expendere debere. In qvorum teſtimonium ſigillum officialatus

fyrir þetta bref er gert var i Reykiahollti. pridie kalendas septembris Anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto.

Cap. VIII.

De Oddgeiro Thorsteini.

§. 1.

Oddgeirus Thorsteini, natione, ut videtur, Norvegus (a), Skalholtensem cathedram anno 1366 calcare cœpit; Eodemqve anno Ivarus Holm litteras a Pontifice Romano adferens, qvibus ipsi ad colligendum Denarium Petri potestas concedebatur, Islandiam intravit. Hunc in officii administratione non incuriosum aut frigidum fuisse, paucula qvæ exstant ejus acta satis probant. Nam anno 1368, Qvartam occidentalem visitavit, eodemqve anno festo Botolphi testimonium edi fecit a Snorrio Klinger, Flosio Jonæ, & Thorlako Narfii, sacerdotibus, de hospitio Episcopi ad templa minora dioeceseos Skalholtensis, tempore Episcoporum Jonæ Halthori, Jonæ Sigurdi, & Gyrderi. Anno 1370. 4 Id. Junii templum Hvalsnesense inauguravit, qvod in Qvarta australi situm est, eodemqve, Qvartam occidentalem iterum permeavit. Anno 1371. templum Lœkense in Provincia Fliotshlid constituit. Anno 1375. qvo tractum occidentalem visitavit, constitutionem fecit de decimis de prædiis, in qvibus sacella exstructa sunt, expendendis (b), & Olao Thorlaci filio, pensionem ex Præbenda Hytdalensi, pauperi cuidam solvendam, adjudicavit, codicillosqve de templi Krisevikensis possessionibus & reditibus confici curavit. Anno 1376 literas consecrationis templi Vallanesensis subsignavit, legavit etiam templo Kalfafellensi unam vaccam & sex

officialatus his literis apposui, scriptis Reykiahollti, pridie Kalendas Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto.

(a) Idem ille, ut videtur, Canonicus Bergensis, qvi loco Capituli Bergensis synodo nationali Nidrosiensi 1351 interfuit, Vid. supra Per. 3. Sect. 1. cap. 9. Litr. O. pag. 536.

(b) Vid. infra ad finem Capitis Litr. A.

& ſex agnas. Anno 1376, cum Nicolaus Thorſteini filius Presbyter ipſo Divi Petri feſto in templo Holtenſi a ſicariis occiſus fuiſſet, Oddgeirus illico advolans, templum denuo purgavit, ſimulqve de peculio qvodam templi Vatnsfiordenſis, litteras decretales edidit (a). Anno 1378 tractum occidentalem denuo viſitans, templum Eyrenſe, in tractu Arnarfiord 19 Cal. Septembr. conſecravit, & rationarium templi Hagenſis conſcripſit (b): anno 1379 templum Eingeyenſe, 4 Id. Maji, & mox poſtridie Laugarneſenſe conſecravit.

§. 2.

Cum itaqve occidentalem Qvartam qvinqvies viſitaverit, documento eſt, eum reliqvas etiam inviſiſſe (c). Interim tamen non ſemper intra diœceſin hæſit; Nam anno 1371 in Norvegiam, per integrum biennium abfuturus, prima vice tranſiit; iterumqve anno 1379. Sed anno 1381 in feſto Aſſumtionis B. Virginis, ſeu 18 Cal. Septembr. in Islandiam, ut videtur, reverſurus, a navis operculo ſeu foris ad imam usqve carinam præceps datus, cervicem fregit. In templo Salvatoris qvod Bergis eſt, cum annis 15 Skalholtenſium Præſul fuiſſet, ſepultus.

§. 3.

Ab ipſius diſceſſu ad ſucceſſoris adventum negotia diœceſeos Paulus Presbyter adminiſtravit; qvo tempore memorabile qvidqvam accidiſſe aut geſtum fuiſſe non legitur, præter inqvietudines, qvas Vigfuſus qvidam Floſii filius ſuſcitaſſe fertur, & teſtamentum Einari filii Erici, qvi templis munificum ſe præbuit (d).

(a) Vid. ibid. Litr. B. C.

(b) Vid. ibid. Litr. E.

(c) Exſtat in Codice pergameno Bibliothecæ Magnæanæ No. 175. Qvarto fragmentum Statuti, cui nullus certus annus adſcriptus eſt, a nobis ad finem hujus Capitis Lit. D. ſubnectendum, qvod, præter cætera, vigilantiam noſtri loqvitur.

(d) Vid. ad finem hujus Capitis Litr. F.

Litr. A.

(a) Ollum gódum mönnum sem þetta bref siá edr heyra heilsum ver Ottgeir med guds nád Biskup i Skálhollti med guds qvediu ok vorri. af því Ormur bónde Snorrason kærde fyrer oss sem ver vorum í vorre visitacione næst at Skarde. at um nockr ár hefdi ei lokizt tíund af Svíney til Skards kirkiu ok hefer feingit offur presturinn ok ei bóndinn fyrer prestfæde. Svo ok ei sídr at bændr þar í sökninne vilia ei med skylldu taka rúmhelga daga saung til bænhúsa, epter því sem vort skipunar bref svo þar sem annarstadar um allt biskups dæmit stendr. ok jafnvel þar sem bænhús eru nidrfallin, vilia þeir sem ábúa hvörke lúka presti offur ne fyrer kostnad. því giörum ver þá skipun á um fyrsagdar greiner at tíund lúkizt af Svíney til Skards kirkiu árliga hedan af svo sem hennar máldage vottar ok se á þeim löglig heimta er á iördu byr hverr sem land á. en slíka skipan görum ver á, um allar iarder adrar þær sem í Skards þíngum ero, æfinliga. at þángat lúkizt aull kirkiu tíund svo sem kirkiunnar máldage vottar þeim iördum undanteknum sem annat tveggia ero klaustra edr kirkna eigner, þar giörum ver öngva sierliga skipan á at sinne. Under samre grein skipum ver at bændur take med skylldu rúmhelga

---

(a) *Id est*: Omnibus bonis viris has literas visuris vel audituris, nos Ottgeirus Dei gratia Episcopus Skalholtensis, salutem Dei & nostram mittimus. Cum Ormus Colonus filius Snorrii coram nobis, in visitatione nostra Skardi pridem versantibus, conqvestus sit, decimas de Svineya per aliqvot retro annos templo Skardensi solutas non fuisse; & qvamvis sacerdos munus oblationis acceperit, Colonum tamen pensionem pro sacerdote alendo non recepisse; Nec minus patresfamilias parochiales sacra in sacellis diebus profestis ex (*) statuto nostro, tam hic qvam alibi per totam diœcesin observando, celebranda acceptare nolle; Qvid? qvod, incolas prædiorum, ubi sacella diruta sunt, nec sacerdoti oblationem dare, nec impensas rependere velle. Hinc constitutionem de prædictis articulis sancimus, ut decimæ de Svineya, templo Skardensi, prout ejus liber daticus fert, qvotannis exhinc solvantur, qvarum juste postulare incolam fundi licet qvisqvis demum fundi possessor fuerit. Sed de omnibus aliis prædiis intra parœciam Skardensem sitis, talem constitutionem in perpetuum observandam edimus, ut templo integræ decimæ illi cessuræ ex præscripto libri datici ejusdem templi solvantur, exceptis tamen prædiis, qvæ vel a cœnobiis vel templis possidentur, de qvibus nullam specialem decisionem hac vice statuimus. Similiter & præcipimus, ut patresfamilias diebus pro

(*) *Hinc patet Statutum infra sub* Litr. D. *adferendum, anno 1375 recentius non esse.*

rúmhelga daga saung þar sem prestr má ei löghelga daga sýngia at bænhúsum svo sem er í úteyum er ei má iafnan framkoma er menn villdu edr þar sem prestur hefur fleire kirkiur til saungs enn eina. en þar sem eigi er bænhúsum uppehalldit. segium ver þá skylldugа er á búa iördunum lúka söknarpreste fullt offur svo framt sem hann seger á heimiles kirkiunne iafnmargar messur sem bænhúse til heyra. appá þess kostnad at lýsingu oc ordrum lutum sem á bænhús iördu býr. ok þó at þeir vili ei sem skylldunne eiga at svara þessar messur at sækia ok kostnad fyrer hafa. þá er prestur býdr sig til at segia. segium ver prestinum iafnfullt offur sem han hefdi sagt ádrgreindar messur. ok heimiliskirkiu bónda fullan kostnad fyrer prests fæde svo mikit sem því svarar ok vane er til gódra manna í millum. En þeir sem iarder eiga þar sem bænhús ero nidrfallin se til skylldader af kirkiunnar umbods mönnum aptur at giöra innan ánefnds tíma. finnez ok nockurer þeir er ei vilia þessar vorar skipaner giöra. bióðum ver skyllduliga prófostum vorum at þeir fare fram í móte þeim med maklegre strídu epter heilagrar kirkiu lögum. En saker þess at þat er ei heyrilegt at þar skere nockur sem hann sár ecki til: vilium ver at prestarner sege at heimilis kirkiunne átta messur fyrer hvert bænhús þar sem nidr er fallit ok fáe siálfer vax til þó at þeir

 vili

---

professtis sacra in sacellis celebranda acceptare jure teneantur, ubi sacerdotes diebus festis illa celebrare neqveunt, exempli causa in insulis procul dissitis, qvo non semper pro lubitu iter fieri potest, vel ubi sacerdos in pluribus templis sacris operari debet. Ubicunqve vero sacella integra non conservantur, incolis prædiorum curioni plenam oblationem solvendam debere edicimus, si modo ille in templo suo domestico, tot missas, qvot in sacello dici debuerant, incolæ prædii, in qvo sacellum situm est, tam qvoad candelas, qvam reliqva, sumtibus, dixerit, qvamvis & illi qvi expensas subministrare tenentur, nec missæ interesse, nec sumtus suppeditare, voluerint; si modo sacerdos missam se dicturum profiteatur, æqvale sacerdoti jus ad oblationem reqvirendam & Colono, fundum templi incolenti, redemtionem victus sacerdotis pro rata & consvetudine inter bonos recepta integram addicimus, ac si sacerdos dictas missas dixisset. Villarum autem, in qvibus sacella diruta sunt, possessores, ad illa intra certum tempus reædificanda a procuratoribus ecclesiæ adiguntor. Qvod si qvi hæc nostra statuta negligere præsumserint, Præpositos nostros, ut merito rigore secundum sanctæ ecclesiæ leges iis obviam erant, stricte jubemus. Cum vero absonum sit, ut qvis metat ubi non seminavit, volumus, ut sacerdotes in templo domestico octo missas pro qvocunqve sacello diruto dicant, & qvamvis incola prædii in qvo sacellum situm erat, nec missam freqventare, nec sumtus subministrare velit, ipsi

vili ei sem á bænhús iördu búa tilsækia edr sinn kost tilleggia, ok odlezt prestarner svo fullt offur epter því sem bænhús skylldinne svarar. Ok til sanninda her um settum ver vort inncigle fyrer þetta bref skrifat at Skarde septem idus Augusti anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo qvinto.

Litr. B.

(b) Þeim gódum mönnum sem þetta bref seá edr heyra sender bróder Jón med gudz miskunn ábóti í Videy qvediu guds ok sína. Saker þess at minn virdulighr herra. herra Othgeirr med guds nád biskup í Skálhollti skipadi mer umbod yfuir ollum heilagrar kirkiu málefnum þeim sem ei eru serligha prófostum skiput í Vestfirdingafiórdungi medan ek færi í hans erendum til Vestfiarda framm ok aptr. en Einarr bóndi Eireksson kierdi fyrer mer at honum þickir kirkian í Vatzfirde uanhalldin af hvalskiptum þeim sem gior hafa verit á huolum þeim er komit hafua á almenningar nú í vár ok fyrri. medr þí at bændr þeir sem fyrstir koma til huals taka fyrst sinn lut af óskiptu suo mikinn ok þar af hualnum sem þeim líkar. en setia kirkiuna í sídarzsta skipti þuert í móti þí sem logh vátta okj medr þí at suo er látandi kirkiu máldaghi í Vatzfirdi at hún

---

ipsi (sacerdotes) ceram suppeditanto, & integram oblationem pro rata sacelli accipiunto. In qvorum testimonium nos sigillum nostrum his litteris appendimus, scriptis Skardi septimo idus Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo qvinto.

(b) *Id est:* Bonis viris has literas visuris vel audituris, Frater Jonas Dei gratia Abbas Videyensis salutem Dei & suam mittit. Cum Venerabilis meus Dominus, Dominus Othgeirus, Dei gratia Episcopus Skalholtensis, omnes sanctæ ecclesiæ causas, qvæ Præpositis per provinciam Vestfiordensem non sunt specialiter commissæ, mihi, dum ejus vice dictam provinciam eundo & retroeundo peragrarem, decidendas demandaverit, sed Einar Bondo filius Erici coram me conqvestus fuerit, templum Vatnsfiordense, sua ex sententia, divisione balænarum in litora universitatis hoc vere & antea ejectarum, defraudatum fuisse, cum coloni, qvi balænam primi deprehendunt, tantum sibi de balæna nondum divisa, & de qvacunqve ejus parte, qvantum, & unde illis placet, sumant, templo autem partem ultimam contra præscriptum legis relinqvant. Cum autem diploma daticum templi Vatnsfiordensis testetur, ad illud pertinere qvadraginta

hún á fióratighi vetta í huerium hual þeim sem kemr á almenníngar. en ein samt ef minna er. þá seghir ek í míns herra biskupsins umbode med lagha vrskurdi. at kirkian í Vatzfirdi á fyrst af ollum óskiptum hual þeim sem á almenningar komit hefuir edr koma kann hedan af fioratighi vetta í sinn lut óskerdan. ok eingi má retligha nockurn part fyrri ser eigna edr undanskióta rettu jafnadar skipti en vitath er at kirkian hefuir ádr sinn lut fullan. vtan huerr sem odru uiss gerer vili svara slíku sem heilagrar kirkiu logh seghia þeim á hendr er kirknanna gódzs grípa edr aflogligha vndir sik dragha. Ok til sannenda setta ek mitt inzsigli fyrer þetta bref skrifuat í Vatzfirdi in profesto sancti Basilii anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo.

Litr. C.

(c) Aullum gódum maunnum þeim sem þetta bref seá edr hæyra heilsum wer Othgeirr med guds nád biskup í Skálhollte med guds qvediu ok varre, Af þí at wer höfum glöggligha skyniat ok yfuerseed máldagha kirkiunnar í Vatzfirde insighladan med herra Thorarins Skálholltz biskups gódrar minninghar várs forverara inzsighle. sua váttanda at kirkia

---

ginta octogepondia (*120 libras*) de qvacunqve balæna qvam in litora universitatis ejici contigerit, sed unum tamen (*ad minimum*) si minor fuerit; Ego igitur, Domini mei Episcopi vice, sententia judiciali edico, templum Vatnsfiordense primum de balæna in litora communitatis ejecta, vel abhinc ejicienda, & nondum divisa, partem suam integram, octogepondia qvadraginta, habere debere, nec ulli partem qvandam sibi appropriare, vel justæ divisioni subducere jure licitum esse, prius qvam compertum fuerit, templum integram suam sortem accepisse, nisi qvicunqve secus fecerit, tantum luere malit, qvantum Leges sanctæ ecclesiæ raptoribus & defraudatoribus bonorum ecclesiarum minantur. In qvorum testimonium ego meum sigillum his literis appendi, scriptis Vatnsfiordi, in profesto Sancti Basilii, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo.

(c) *Id est:* Omnibus viris bonis has literas visuris vel audituris, nos Othgeirus Dei gratia Episcopus Skalholtensis salutem Dei & nostram mittimus. Cum diploma daticum (*) templi Vatnsfiordensis, sigillo Domini Thorarini bonæ memoriæ Episcopi Skalholtensis prædecessoris nostri obsignatum accurate perspexerimus & observaverimus, qvod templum

(*) *Vide supra pag 119.*

kirkia í Vatzfirde á fióratíghe vetta af öllum huölum þeim sem koma á almenninghar enn ein ef minna kemr. ok saker þess at oss sýnizt ei annat rett ne skynsamlight enn kirkian í Vatzfirde eighi fyrst sín part vskerdan at hafua at öllu ödru úskiptu medr þí at ei má vita fyrer víst huart meira er enn hennar lutr er afreiddr. Þí stadfestum wer ok styrkium med þessu váru brefui þat sama herra Jons ábótabref sem hann hefuer í váru serlighu umbode wtgefuit ok her er þessu varu brefui med bunndit. biódannde skylldulegha at þat se vbrigdiligha halldit ok einkannliga sakir þess at eptir gamalla manna fluttninghe hefuer sua at fornu skipt verit. Ok til sannenda her um settum wer várt insighle fyrer þetta bref skrifuat í Vatzfirde tertiio idus Julii anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo.

Litr. D.

(d) Vær Oddgeir &c. af þvi at vín hefer ecki &c. því er þeth vor skipan med gódra manna rádi, ath hver sóknarprestr, sá sem hefer tvær sóknarkirkiur at hallda sýngi sinn sunnudag ath hverri, ok löghelga daga, þá sem ber sunnudaga í millum, sýngi til útkirkna þeirra sem liggia í hvörum tveggium þíngunum at iafnadi epter tiltöldu, utan stærstu

templum Vatnsfiordense qvadraginta octogepondia omnium balenarum qvas in littora communia ejici contigerit, si vero minor ejecta fuerit, unum octogepondium possidere, testatur, cumqve nobis aliud justum & rationabile non videatur, qvam ut templum Vatnsfiordense suam partem integram de tota balæna nondum divisa sortiatur, cum nec certo constare possit num balæna major sit, prius qvam demta templi parte, qvare his nostris literis easdem Domini Jonæ Abbatis literas (**), qvas speciali nostro mandato conscripsit, & his nostris literis appensæ sunt, approbamus & confirmamus, stricte jubentes, ut illæ inviolabiliter observentur, præprimis cum ex virorum ætate provectorum traditione divisio ita olim obtinuerit. In qvorum testimonium nos sigillum nostrum his literis appendimus, scriptis Vatnsfiordi tertio idus Julii, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo.

(d) *Id est:* Nos Oddgeirus &c. Cum vini copia non &c. Hinc e bonorum virorum consilio præcipimus, ut qvicunqve curio cui duo templa parochialia curæ sunt, alternis diebus solis sacra in iis celebret, sed in templis minoribus, in utravis parochia

(**) *Vid. supra pag. 126.*

stærstu hátíder þær sem í sextán daga halldi eru. þá skulu þeir sýngia at sóknar kirkiu, enn þeir sem eina sóknarkirkiu hafa. sýngia hvern sunnudag at sóknarkirkiunne. en messodaga adra ok hátíder sem fyrr greinir.

Litr. E.

(e) Þá er lidit var frá híngatburd vors Herra Jesu Christi 1358 ár Petursmessu ad vincula þá er virduligr Herra Oddgeír med gudz nád Biskup í Skálhollti visiteradi um Vestfiördu ok var á Haga á Bardaströnd. reiknadist sva fallinn kyrkiunnar máldagi í Haga. Inprimis hún á Haga hinn minna. Múlaland allt. hálft Hollt. ok slíkt í rekum ok skógum sem hún hefr at fornu haft. Skógr í Vatnzdal í ámótum &c. Kirkian í Haga á Bardaströnd á Sandeyar allar med hólmum ok útskerium sem til hafa legid at fornu ok nýiu ok svo heita: Heimey. Háey. Rif. Skarfey. Þóriseyar. Kidhólmar tveir. Flataskær er liggr í Drápsskerium sudr ok út frá Kidhólmum. Duratindr. Raudsdalshólmar tveir. Ædarsker þridiúngr. Item eigr kyrkian í Haga á Bardaströnd allan skóg í Laugarhvammi í Mórudal frá Ölldugile ok fram at Hagagardi uppá fiall oc ofan at

chia sitis, justo ordine pro rata diebus festis cum die solis non coïncidentibus, sacris operetur, exceptis tamen festis maximæ observantiæ, qvæ sanctitate sedecim festorum celebranda sunt, tum sacra in templo parochiali peraguntor. Qvi vero unico templo parochiali præsunt, in illo qvovis die solis, aliis vero diebus feriatis & festis ex prædicto, sacra celebranto.

(e) *Id est:* Annis a nativitate Domini nostri Jesu Christi 1358 translapsis, festo Petri ad vincula, cum Venerabilis Dominus Oddgeir, Dei gratia Episcopus Skalholtensis qvartam occidentalem visitaret, tale erat templi Hagensis in Bardaströnda rationarium: Inprimis illud Hagium minorem possidet, totum fundum Mulensem, Holltum dimidium, & tantum ejectamentorum maris & sylvarum, qvantum olim habuit. Sylvam (scilicet) in Vatnsdalo ad confluvia &c. Templum Hagense in Bardaströnda omnes insulas Sandeyas cum minoribus insulis & scopulis maritimis, qvi illis & nunc & olim subjacebant, possidet, en illorum nomina: Heimey, Háey, Rif, Skarfey, insulæ Thoriseyæ, binæ insulæ Kidholmi, Flatasker inter Drapsskeros a libanoto Kidholmorum situs, Duratindus, duæ insulæ Raudsdalsholmi, triens Ædarskeri. Templum præterea Hagense in Bardaströnda totam sylvam Laugarhvammi in Morudalo, inde ab Ölldugilo usqve ad Hagagardum, jugum montis & amnem inter; sylvam

at á. Skóg í Arnarbýlesdaltúnga Múlamegin frá Algile ok fram í Geitarmúla sem skógr vex uppá fiall ok ofan at á. Skógarpart í Trostransfirdi í Otrárdals kirkiusókn í Surtdal.

Litr. F.

(f) In nomine Domini Amen. Gerum ver Skeggi Elldjárnsson, Helghi Einarsson Prestar. Þórvalldr Snartarson, Þórvardr Gudmundarson, leikmenn kunnikt ath sub anno gratie MCCCLXXXII í Watzfirde fimta dagin næsta epter pháskaviku sám ver testamentum Einars bónda Eirikssonar godrar minningar med hanns secreto insigle ok sídan iferlásum sua uattanda ord efter ord sem her seger.

Ek Einarr Eiriksson gerir sua fellt testamentum sem her seger. kiósandi líkam mínum legstad at kirkiu heilaghs Olafs í Vatzfirde. gefande þar til jord á Hálshúsum, ok í Wágum, Miþhúsum, ok eyri hálfua í Mióuafirdi. ok þuílík hvalgiedi sem prófuaz at ek ok fader minn hafua átt í fliótе, ok her til kalek gylldan er vegr tuær merkur, skal sá madr sem kirkiunnar góz helldr láta gefua her fyrer árliga á minn ártídardagh. fátekum mönnum hundrat í koste ok láta segia sálumessu fyrir minni sál.

---

sylvam in Arnarbylesdalstunga, inde ab Algilo, usqve ad Geitarmulium, supremam montis sylvam inter & amnem; partem sylvæ in Trostransfiordo intra parœciam Otrardalensem in Surtdalo, possidet.

(f) *Id est:* In nomine Domini Amen. Nos Skeggius filius Elldjarnis, Helgius filius Einaris, sacerdotes; Thorvalldus filius Snörti, Thorvardus filius Gudmundi, laïci; notum facimus, nos sub anno gratiæ millesimo trecentesimo octogesimo secundo, Vatnsfiordi; die Jovis proximo post hebdomadam Paschatos, Einari Bondonis filii Erici, bonæ memoriæ, testamentum cum ejus sigillo vidisse & perlegisse, ita verbotenus sonans, ac seqvitur.

Ego Einarus filius Erici tale testamentum scribo, ac seqvitur: Corpori meo conditorium ad templum Sancti Olai in Vatnsfiordo eligo, cui fundos Halshus, Vagos, Midhusa, & dimidium Eyræ in Miofafiördo, ut & tanta de balænis emolumenta, qvanta patrem meum in Flioto possedisse probari poterit, calicem insuper deauratum duas marcas pendentem, dono. Qvi templi bona procurat, qvotannis in mea anniversaria inopibus victum hundredæ æqvivalentem erogabit, & pro anima mea inferias

fál. Kirkiu Heilags Laurencii á Grund gefr ek. fimm hundraht. Hrafnagils kirkiu tvö hundrat. Til Múnkaþverár tvö hundrut. Til Hólaftadar fimm hundrut. Til Reynisnes ftadar hundrat. Til Þíngeyra tvö hundrut. Til Kirkiubeiar klauftrs þriú hundrut. Til Helgafellz hundrat. Til Gufudals kirkiu hundrat. Til Stadar kirkiu í Steingrímsfirdi hundrat. Til Skálholltz kirkiu tíu hundrut. Arnefs kirkiu tvö hundrut. Adalvíkr kirkiu fettúng í hvalreka í Hofn. Til Grunnavíkr kirkiu fiórdúngh hvalreka í Hlöduvík. Kirkiunne at Sniófiöllum þriú hundrut. Kirkiubóls kirkiu í Lángadal hundrat. Kirkiu í Augre hundrat. Kirkiu á Eyre í Skutilsfirdi hundrat. Kirkiu á Hóle hundrat. Kirkiu á Stad í Súgandafirdi hundrat. Kirkiu í Holte í Onundarfirdi. tólftúngh í reka í Sigluvík. land á Draungum ok tvá hlute í reka fkal taka Biorn fon minn til eignar. ok fkal hann feda þar fyrir einn ölmöfu mann mer fkylldan efinnliga ok á því góze odru fem ek hefer honum gefit. Prefti þeim er mik fýngr til molldar gefr ek tvö hundrut. Preftum til fálumeffna tíu hundrut. Skal fira Eindridi Kópe taka þar af tvö hundrat. Fátækum mönnum fimm hundrut í kofte. ok fe gefit í fiö náttum frá andláti mínu. Fátækum frendum gefr ek tuttugu hundrud. Skal

R 2 Valgerdr

---

inferias dici curabit. Templo Sancti Laurentii in Grunda qvinqve hundredas lego; templo Hrafnagilensi duas hundredas; (monasterio in) Munkatl vero duas hundredas; cathedræ Holensi qvinqve hundredas, (monasterio) in Reynisnes hundredam; (monasterio) Thingeyrensi duas hundredas; monasterio Kirkiubærensi tres hundredas; (monasterio) Helgafellensi hundredam; templo Gufudalensi hundredam; templo Stadensi in Steingrimsfiordo hundredam; templo Skalholtensi decem hundredas; templo Arnesensi duas hundredas; templo Adalvikensi sextantem balænarum in Höfnam ejectitiarum; templo Grunnavikensi qvartam balænarum in Hlöduvikam ejectitiarum partem; templo Snæfiallensi tres hundredas; templo Kirkiubolensi in Langadalo hundredam; templo Ögrensi hundredam; templo Eyrensi in Seidisfiördo hundredam; templo Eyrensi in Skutulsfiördo hundredam; templo Holensi hundredam; templo Stadensi in Sugandafiördo hundredam; templo Holtensi in Önundarfiördo unciam ejectamentorum in Sigluvika, fundum Drangensem, sed ejectamentorum bessem filius meus Biörn possidebit, eumqve & alia bona, qvæ illi dedi, ad sustentationem egeni unius cognatione me tangentis in perpetuum adhib[illegible]t. Sacerdoti, qvi mihi justa persolverit, duas hundredas lego; sacerdotibus ad i[illegible]rias dicendum decem hundredas, qvarum duæ Domino Eindridio Kopio cedent; Pauperibus qvinqve hundredas edulium, qvæ intra septiduum a meo obitu erogantor. Cognatis meis egenis viginti hundredas legó, qvarum qvinqve Valgerdæ filiæ Nicolai, sorori ejus Ceciliæ tres, Ingigerdæ

duæ

Valgerdr Nicholasdótter eiga þar af fimm hundrut. Cecilia syster hennar þriú hundrut. Ingigerdr tvö hundrut. ef Brigith módir þeirra erbir mik eige ella take þeir er meirr þurba af mínum frendum. Ok til sannynda her um settum ver fyrr sagder menn vór insigle firer þetta utskriptum er gior var sunnudaginn næsta post festum Sancti Ambrosii Confessoris í sogdum stad ok áre.

Cap. IX.

De Michaele.

§. 1.

Michaël, natione Danus, qvi Romæ Pænitentiarum egerat, ibidem Episcopus Skalholtensium ordinatus, anno 1383, in Islandiam venit (a). Sed ipso in continentem una cum decem aliis scapha delato, navis cum reliqvis & universo pondere in altum rejecta, inter Færejas & Hetlandiam periisse creditur, ut ex reliqviis seu rejectamentis ad utriusqve provinciæ littora compulsis, colligi potuit. Eadem etiam tempestas qvatuor alia navigia in Grönlandiam propulit, qvorum uno Biörnus Hierosolymipeta vehebatur, unde post biennium tandem reversa sunt.

§. 2.

Anno 1384 Michaël omnia mutare & miscere cæpit, multosqve melioris notæ Clericos ab officio removit, & anno seqventi in ordinaria per

---

duæ hundredæ, nisi Brigitha ejus mater in hæreditatem meam successerit, tum illis meorum consangvineorum cedunto, qvi magis indigebunt. In qvorum testimonium nos prædicti viri sigilla nostra huic Transscripto apposuimus, facto Dominica proxima post festum Sancti Ambrosii Confessoris, dicto loco & anno.

(a) *Annal. Breviores* adventum ejus anno 1383, ut & *TORFÆUS Hist. Norv.* Tom. 4 pag. 51. & *PONTOPPIDAN.* in *Annal. Eccles. Dipl.* Tom. 2. pag. 228. adscribunt, *Flateyenses* vero eum in annum 1385 rejiciunt.

per Qvadrantem orientalem visitatione, Thorgerdam Antistitam Kirkiubajensem honore privavit, substituta in ejus locum Haldora Runolfi filia, qvæ & mox eandem pœnam subire coacta est. Hinc anno 1388 in Comitiis Generalibus, multæ gravesqve de eo qverelæ, multaqve indigna Episcopo vitia ipsi exprobrabantur, qvæ ut audivit, relicto vicario, Ario Gunnlogi filio sacerdote Reykholtensi, peregre abiit. Sed Ario, anno 1389 ad plures congregato, nemineqve negotia diœceseos curante, status & conditio Ecclesiæ valde tristis & turbata apparuit. Qvidam enim sacri ordinis viri in exilium acti, qvidam officio privati, qvidam etiam morte absumti fuerant: Nam his annis gravis provinciam morbus vexavit, magnamqve incolarum partem abstulit, sed pecora & jumenta, ex nivium & frigoris insveta & continua magnitudine orta fames consumsit: Præterea inundationes ex pluviarum assiduitate, multos, in qveis Rafnum Nomophylacem cum familia & habitatione Launguhlid Horgdalensium absorbserunt, adeo ut in nostram perniciem universa malorum Ilias conspirasse videretur.

§. 3.

Anno demum 1391, Thorsteinus Snorronis, qvi cum Michaële abierat, in Dania ab ipso Abbas Helgafellensis ordinatus & Skalholtinæ diœceseos officialis constitutus, in patriam revertitur, qvi, qvantum in ipso fuit, parœciis a sacerdotibus vacantibus de idoneis Ministris prospicere conatus est, qvos Petrus Holensium Præsul sacris initiavit. Eodem qvo Thorsteinus rediit anno, Roma etiam, qvam religionis ergo inviserant Haldorus Lopti, Thordus Runolfi sacerdotes, Biornus Einari & Thordus Sigmundi, reversi sunt. Nobilitavit etiam tempora Michaëlis Archiepiscopus Nidarosiensis, mittendo in Islandiam 1384 sacrificulum qvendam Thorkillum Sæl, seu *felicem*, & Hallum Magni, qvi pro ipso subsidium Pallii exorarent aut extorqverent. Qvando vitæ aut episcopatui Michaël renuntiaverit, incertum est. Ipsum autem omnium Skalholtensis curiæ, cui septennium circiter præfuit, Episcoporum inutilissimum fuisse, certum est. (a).

(a) *Annales Breviores* statuunt Michaëlem cathedram resignasse anno 1390, sed num eodem anno etiam mundo valedixerit, incertum est.



CAP. X.

De Vilchino, seu *Vilhelmo*.

§. 1.

Vilhelmus gente Danus, e Priore qvodam Episcopus Skalholtensis factus, cathedram anno 1394 adscendit (a). Hic, ubi more majorum non minus freqvens qvam sumtuosum convivium Skalholti celebraverat (b), primaqve vice, 18 Calend. Octobris, seu festo Exaltationis Sanctæ Crucis, sacra fecerat, sub autumnum, primam visitationem per tractum occidentalem instituit, alteram anno 1395, qvotannisqve inde eodem modo continuans, non tantum hominum mores correxit, & religionis usum exercitiumqve inculcavit & confirmavit, sed etiam diœcesi a doctis viris evacuatæ, qvosdam a Michaële extrusos restituit.

§. 2.

Codicem, qvi ab ipso *Vilchinianus* vocatur, omnes omnium totius diœceseos templorum possessiones, ædificia, prædia, fundos, prata, sylvas, pascua, piscinas, littora oceani rejectamentorum exceptionibus apta, decimas, mercedes prædiorum, jumenta, agnas, vaccas, adhæc ornamenta, calices, patinas, vestes, libros, atqve id genus alia; deniqve etiam ad candelas sacras aliasqve annuas expensas rationes comprehendentem, primus confici curavit. Statutum etiam anno 1396 de bonorum templorum, ab eorum patronis, rationibus reddendis, & variis aliis

(a) Sunt, qvi eum Romæ ordinatum fuisse, sunt &, qvi a Vinaldo Norvegorum Archiepiscopo consecratum tradunt; sed parum refert utrum verius sit, & si lubet, conciliatio in promtu est; Nam si statuimus eum pro more seculi collationem seu confirmationem Episcopatus Roma attulisse, sed ab Archiepiscopo ordinatum fuisse, res in vado est.

(b) Ad hoc convivium, integram septimanam duraturum, Petrum Holensem & totius Insulæ Magnates convocavit, tantaqve fuisse Præsulis largitas & comitas dicitur, ut unumqvemqve vini & cerevisiæ nobilioris, qvantum liberet, promere jusserit.

aliis sanxit (a), & alia etiam non silenda opera perfecit, ut reparationem templi Skalholtini, cujus anteriorem partem a fundamentis excitavit, qvod deinde pretiosis vestibus & nave oneraria donavit. Arculam ex argento defœcato ad condendum Sancti Thorlaci caput fabricari fecit: Simulacro B. Virginis & Divi Olai templum ornavit: Antiqva prædecessorum nomina penitus dissolvit: Pretiosissimos etiam tapetes templo Kyrkiubajensi donavit, & anteqvam in Islandiam venit, turriculum monasterii cujusdam in Norvegia ædificasse fertur (b).

§. 3.

Anno 1402, atrox Islandiam pestilentia pervagari cœpit, qva multi mortales ita subite exstincti sunt, ut qvidam dicto citius perirent, puerique, adulti, & senes, indifferenter animam efflarent, tantusqve fuit contagionis furor, ut sæpe ex 12 vel 15 qvi unum mortuum sepultum ibant, vix duo aut tres domum incolumes redirent. Qvod primo statim autumno partem australem ad solitudinem redegit, ita ut sub initium novi anni, Skalholti, præter Præsulem & duos laïcos superstes nemo esset. Unde ad cæleste auxilium implorandum transitum est, Deoqve de tribus Missis, cum precatiunculis & crebris luminibus, præterea jejuniis, Psalteriorum recitationibus & B. Virginis salutationibus, tandemqve de 1280 Joachimicis in ornationem scrinii seu sandapilæ Divi Gudmundi erogandis, votum nuncupatur. Qvo facto, complures coram sacerdote peccata ante mortem confitendi facultatem nactos fuisse, creditum est.

§. 4.

Anno 1403, lues in occidentalem & orientalem Qvadrantes non minus furiose grassabatur, omnesqve Abbates, Canonicos, Clericos, Primates,

(a) Vid. ad finem hujus capitis Litr. A. Cui sub Litr. B. subjungimus sententiam ab Olao filio Svarthöfdii sub hujus auspiciis anno 1399 latam de balænis templo Vatnsfiordensi competentibus.

(b) Vid. *Annal. Recent.* unde colligitur, eum, anteqvam cathedram Skalholtensem adscendit, fuisse Priorem Monasterii cujusdam in Norvegia, forte Nidarosiensis.

mates, & utriusqve sexus melioris notæ plurimos misere sustulit, tantaqve in parœcia Kyrkebajensi fuit mali labes, ut 1675 funera in rationem libitinæ venirent, in cœnobio autem Thyckvabajensi duo tantum monachi cum uno servulo in vivis essent. Anno 1404 pestis hæc maxime qvidem partem borealem vastavit, Skalholtum tamen non omnino reliqverat; nam hoc anno sedem episcopalem ita denuo vexavit, ut episcopus cum binis tantum sacerdotibus superesset; sed in universa diœcesi vix 50 residui presbyteri numerarentur.

§. 5.

Hanc humani generis insolitam cladem, tanta pecudum strages subsecuta est, ut vix decima pars relicta putaretur. Cujus mali causa, frigoris vis & nivium altitudo fuere, qvæ anno 1405 inciderunt. Hæc autem omnia Islandiam ita afflixerunt, ut nunqvam posthac pristinum splendorem aut vires recuperare potuerit. Non enim tantum integri Tractus & Parœciæ ad perpetuam solitudinem redactæ sunt, sed etiam studia & artes liberales, ut & opera & exercitia qvædam summe necessaria nunqvam posthac instaurata, ut agricultura salisqve fabrica & id genus alia, obsoleverunt.

§. 6.

Vilchinus vero tot tantisqve pressus malis, non tamen animum despondit, sed pro virili obviam eundo, rem ecclesiasticam erexit & sustentavit. Qvem in finem Vermundum Abbatem Helgafellensem & Biarnum Videyensem consecravit. Totius Skalholtinæ diœceseos tres in proximum triennium constituit officiales; Vermundum Abbatem occidentis usqve ad amnem Botnsa, Oddum Jonæ qvartæ australis, usqve ad Lomagnups sand, cui etiam rei œconomicæ ad sedem episcopalem pertinentis dispensationem concredidit; sed Thorarinum Andreæ orienti præposuit. Qvo facto, in Norvegiam enavigavit, ubi inseqvente hyeme, cum diœceseos Skalholtinæ moderatorem non sine laude, per 12 annos egisset, vitam cum morte commutavit. Exeqvias ipsi fecit Bergis, Biörnus Einari Hierosolymipeta sat splendidas, viro, nisi superis

aliter

aliter placuisset, longiore vita digno; Nam omnium alienigenarum qvi Skalholtinam dioecesin rexerunt, utilissimus & vigilantissimus fuisse videtur.

Litr. A.

(a) Anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto. tueim nátt-um firer petrsmesso í Skálhollte in synodo vóru þessi bod sett af virduligum herra Vilkin medr guds nád biskup í Skálhollte oc í sam-þykt tekin af öllum lærdum mönnum. Inprimis at þær constituciones er giort hafua gódrar áminningar Skálhollts biskupar. Magnús. Arne Þór-láksson. oc Jón Sigurdarson sýnaz oss skynsamligar oc vel halldandi. Serliga at prestar láti í brottu sínar opinberar barnamödur oc frillur af síno heimile oc þíngum innan hálfs mánadar nesta. Item at prestar uande alla lute sem reinligaz til gudz þiónostu. vín oc bakstr oc adra lute. oc geymi heilaga krismu oc evcaristiam í hreinligri hirdzlu læstri. oc halldi hrein corporalia messoklædi oc sacrarium. handklædi. lesi dags-tíder heima forfallalaust í kirkiu dagliga. en sýngi helga dagha oc hátíd-is allar tíder. oc halldi hver prestr sinne vist tólf mánudi forfallalaust. Item at aller prestar predike alla þá daga sem í sextán daga halldi ero. oc

---

(1) *Id est:* Anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, duabus noctibus ante festum Petri, Skalholti in synodo, hæc mandata a reverendo domino Vilkino dei gratia episcopo Skalholtino lata, & ab omnibus clericis approbata, erant. Inprimis qvod illæ constitutiones, qvas bonæ memoriæ episcopi Skalholtini, Magnus, Arnas Thorlaci filius, & Jonas Sigurdi filius tulere, nobis videntur sapientes & probe observandæ, imprimis qvod sacerdotes dimittant de suo domicilio & parochia mulieres, de qvibus liberos susceperunt, & concubinas, intra dimidium mensis. Item ut sacerdotes omnes res ad dei cultum (pertinentes), vinum & panem, aliasqve res, sollicite tractent, & sanctum chrisma & evcharistiam in mundo resecrato (qve) repositorio conservent, mundaqve servent corporalia, vestes sacras, & sacrarium, ac tersorium. Diurna sacra in templo qvotidie legant, dum nulla prohibent impedimenta, sacris vero diebus & festis omnia sacra celebranto, nec suum domicilium ullus sacerdos qvolibet duodecim mensium spatio, sine urgente necessitate migrato. Item ut omnes sacerdotes omnibus illis diebus concionentur, qvi sanctitate sedecim dierum observandi sunt, & in priori parte jejunii Adventus atqve jejunio qvadragesimali & circa festum paschatos.

oc í öndverdri iölaföstu. oc lángaföstu. oc í móti páskum. Heyri innvirduliga skriptamál oc gódfúsliga oc kenni sínum sóknarmönnum hverso þeim berr at skriptaz innvirduliga med allri gódfýsi oc sannri einord med vidrkomningu hiartans oc fullum huga til vid at skiliaz syndirnar. segi til vikuhalldz hvern sunnodag sva hátt oc skilit. at tída sóknarmenn heyre. Leggi prestar af alla lausúng oc leikaraskap bædi í klædabúnadi oc vapnaburdi. Taki prestar saman róma skatt oc geyme trúligha. oc afhendi prófastinum allan óskerdan. oc umskipte hann ecki oc fordiz sva þá píno er páfui leggr þar medr. Item at aller prestar þeir sem tuær sóknarkirkiur hafua sýngi rúmhelga daga at útkirkium oc bönhúsum. Item at aller prestar oc böndr þeir sem sóknarkirkiur hallda taki med biskupstíundum oc afhendi sua prófastinum edr þeim sem hann tilskipar. halldi kirkiur oc bönhús sæmiligha oc vel geymd svo at eigi megi fenadr innkomaz. giörizt upp kirkiur oc bönhús innan tólf mánada. ella lúki þriár merkr firer hálfkirkiu en tólf aura firer bönhús. Item at böndr þeir sem kirkiur hallda se skylldugir at giöra reikning prófóstum af öllum eignum þeim er þeirra kirkiur eiga. tíundum oc öllum ödrum þeirra eignum oc afhendi tíunder kirknanna þá er þeir medskiliaz oc sýni eigi sídr allt kirkiunnar gódz þá er þeir skiliaz med iörd. Sva ei sídr þeir sem

paschatos. Diligenter & benevole confessiones audiunto, & suos parochianos, qvomodo exqvisite cum omni animi bonitate & vera sinceritate resipiscentia cordis & pleno proposito a peccatis desistendi confiteri oporteat, docento, & die qvolibet Solis observationem hebdomadis tam alte & distincte, ut parochiani intelligant, proclamanto. Sacerdotes omnem levitatem & futilitatem tum in vestitu, tum portatione armorum deponunto, sacerdotes qvoqve denarium Petri colligunto & fideliter custodiunto, & præposito integrum tradunto, nec eum commutanto, atqve ita pœnam qvam minatus est Papa evitanto. Item omnes sacerdotes qvi duo habent templa parochialia, diebus profestis in templis, juxta qvæ non habitant, & sacellis, sacra peragunto. Item omnes sacerdotes & coloni, qvi templa parochialia (administranda) tenent, decimas episcopales colligunto, & præposito dein, vel alteri, qvem in suum locum constituit (præpositus), tradunto. Templa & sacella decenter & bene conservari curanto, ne pecora illa introgredi possint. Templa & sacella intra duodecim menses exstruuntor, alias tres marcæ pro templo annexo, duodecim vero oræ pro sacellis erogantor. Item coloni qvi templa administrant, præposito omnium bonorum, qvæ eorum templa possident, ad decimarum & omnium reliqvarum illorum possessionum rationes reddendas obligati sint, tradantqve decimas templorum, cum illorum (administratione) decedunt, & nihilominus monstrent omnia templi bona cum prædium deserunt. Nec minus qvi

ſem útkirkiur hallda leggi efter kirkiutíunder. oc ſe ſýnt kirkiunnar umbodsmanne edr þeim ſem hann tilſkipar. Item at firer launfeſting ſetiz þviiik ſkript ſem firer opinberan hórdóm. Item at opinberum ſrillulífuismönnum gefuiz ei guds líkami utan þeir ſkiliz vid oc böti yfer. Item at þeir menn ſem hlaupaz prófaſtdóma í millum. ſtefnizt aftr af þeim profaſti. í hvers umbodi þeir brutu. oc retti ſá yfuer þeim.

Litr. B.

(b) Ollum monnum þeim ſem þetta bref ſea edr heyra ſender ſira Oli Suarthöfdaſon officialis heilagrar ſkálholz kirkiu (qvediu guds oc ſina. kunnigt giorandi) ath ſub anno gracie milleſimo trecenteſimo nonageſimo (*male* cx) nono i vazfirde næſta dagh epter natifitatem beati (beate) virginis kom aa ſtefnnu fyrir mik biornn einarſſon af einne alfu ok kiærdi til Illhuga gudmundz ſonar ok marteins peturſſonar ath þeir hefde ath ſer tekith hual kirkiunar i vazfirde ſem rekith hafdi aa almenningha en æſinligh eign er kirkiunar i uazfirde fiorer tiger vætta af ollum haulum (*rectius* huaulum) ſem rekur aa almennigha ein ef minne kemr kiærdi biorn ath einghi lagha ſkiipte hefde aa geingit ſagdann hual ok þeir ólagum brott ſært ok eingi aa hanns vegna edr kirkiunar til lagha ſkipptis


qvi templa annexa tenent relinqvant templi decimas, monſtrenturqve vel templi curatori, vel ei qvem ille (ſui loco) conſtituit. Item pro ſponſaliis clandeſtinis talis conſtituatur pœna condigna, qvalis pro manifeſto adulterio. Item notoriis concubinis corpus dei non dator, niſi (concubinatum) relinqvant atqve expient. Item homines, ex unus præpoſiti ditione in alterius vagantes, ab eo præpoſito, in cujus ditione peccatum commiſerunt, citentur, illeqve de iis ſententiam dicat.

(b) *Id eſt:* Omnibus has literas viſuris vel audituris, Dominus Olaus filius Svarthöfdi officialis ſanctæ eccleſiæ Skalholltenſis, Dei & ſuam ſalutem mittit, notum faciens, qvod ſub anno gratiæ milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono, Vatnsfiordi, poſtridie nativitatem beatæ Virginis, coram me comparuit Biörn filius Einaris ex una parte, qvi Illugium filium Gudmundi, & Martinum filium Petri inſimulavit, qvod balænam templi Vatnsfiordenſis in littora univerſitatis ejectam, arripuerint, ſed templum Vatnsfiordenſe perpetua poſſeſſione gaudet qvadraginta octogepondiorum de omnibus balænis, qvas in littora communia ejici contigerit, ſed unius octogepondii ſi minor fuerit balæna; Biörn actionem inſtituit, eo qvod nulla diviſio legitima dictæ balænæ, qvum illi aſportarunt, peracta fuerat, nec ullus ejus vel templi vice, qvi legitimam perageret

ſkipptis verid. Hafdi oc laghligur umbodzmadr kirkiunar beitt ok kraft nefnda menn lagha ſkipptis oc feingit eghi. Þy i guds nafnni amen ſagda ek med fullum domi oc lagha urſkurde kirkiune i vazfirde fiora tighe vætta til eignar af adr greindum hual oc nefnda menn Illhuga oc martein eppter reittum reikninks ſkap ſkylldugha ath luka apptr kirkiune i vazfirde greint huals uerd fiorar vætter til hundraz. utan þeir profi med fullu ſkilrike ath heim hafi komit til vazfiardar fyrir fardagha. oc her til i rett kirkiune i vazfirde firer vlaghligha medferd ok rangligha brottfærſlu hualſins þrettan merckr ſkal allt þetta goz lukazſt aa næſtum fardaugum heima i vazfirde eppter ifirſion þerra godra manna ſem ek þar til nefnir. Ok til ſannyda her vm ſette ek officiolotor (*rectius* officialatus) inzſigli firir þetta mitt vrſkurdar bref ſkrifad ſtad oc ari deghi ſidar en fyrer ſeger.

---

perageret diviſionem, præſto fuerat, templi præterea procurator competens dictos viros diviſionem legitimam expoſtulaverat & rogaverat, ſed fruſtra; Hinc in nomine Dei amen. Ego plena ſententia & legitima deciſione edixi, templum Vatnsfiordenſe qvadraginta octogepondia prædictæ balænæ poſſidere, & dictos viros Illhugium & Martinum ex juſta computatione templo Vatnsfiordenſi dictæ balænæ pretium, ſingula qvatuor octogepondia una hundreda, rependere, niſi plena probatione, illa Vatnsfiördum ante tempus habitacula mutandi devecta fuiſſe, evincere qveant; templo præterea, ob jus ejus, illegitima balænæ tractatione & injuſta ablatione, violatum, tredecim marcas expendere debere; Qvæ omnia bona proximo habitacula mutandi tempore, domum in Vatnsfiordo, ex virorum integrorum, qvos ego ad hoc negotium denominabo, æſtimatione perſolvuntor. In qvorum teſtimonium ego ſigillum officialatus his literis deciſionis appendo, ſcriptis loco & anno, ſed poſtridie, ac ſupra.



HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ ISLANDIÆ

PERIODUS III.

SECTIO IV.

Continens gesta Episcoporum Holensium.

Cap. I.

De Jorundo Thorsteini filio.

§. 1.

De natalibus Jörundi Thorsteinidæ, qvod tanqvam certum exploratumqve scribam, non habeo: Ambigi enim potest, cui Qvadrantum, boreali an meridionali ejus origo adscribenda sit. Nondum enim ephebis egresso, in consortium Brandi Abbatis Verensis, literis operam navatum adscisci contigit, unde talis evasit, ut Præceptor neminem tam tenacis egregiæqve memoriæ se unqvam expertum esse confiteretur. Paulo post sacerdotio initiatus, in familiam Sigurdi Episcopi Skalholtensis receptus est.

§. 2.

Anno 1258, relicto Episcopo, itinereqve in toparchiam Ejafiord, ubi se navigio (dicto Grábullá) commissurus erat, suscepto, in finibus Mælefellensibus seu Mælefellsdal, crus eqvi qvo vehebatur comminutum est. Qva propter mutato profectionis consilio, in ostio Kolbeinsárós

 navem

navem conſcendit, oportunamqve nactus tempeſtatem in Norvegiam fauſtis avibus transfretavit. Navis autem Grábuſſa, qva prius uti conſtituerat, itidem in altum provecta eſt, ſed pelagi fluctibus, ne uno qvidem ſuperſtite, abſorpta fuit.

§. 3.

Anno 1255, defuncto Brando Epiſcopo, iter in Norvegiam, epiſcopalem dignitatem ambiturus, denuo ingreditur, Holanæqve Cathedræ, in feſto Pentecoſtes anni 1267, miniſterio Haqvini Archiepiſcopi Nidaroſienſis, qvi paulo ante, ſc. die viridium Archikathedram adſcenderat, præficitur (a). Ex Norvegia diſcedens, ab Archiepiſcopo totius Inſulæ, ob Sigurdi Epiſcopi ſeneſcentis debilitatem Inſpector conſtitutus, eademqve æſtate in patriam redux, Arnam Thorlaci filium Skalholtenſi coadjutorem miſit, eundemqve anno 1268, Sigurdo e vivis ſublato, literis diœceſeos Skalholtinæ, ſuisqve præmunitum, ad exteros inſulam accepturum ablegavit. Seqvente anno, acceptis Archiepiſcopi literis, ut qvæcunqve iisdem de ſtatu eccleſiaſtico emendando continebantur, publicaret, freqventes egit conventus (b).

§. 4.

Anno 1273, in Norvegiam tranſiit, conſumtaqve ibidem hyeme, ſeqvente æſtate 1274 a Jona Archiepiſcopo nuper e concilio Lugdunenſi, (vel, ut noſtri ſcribunt, Leontino) reverſo, Pontificis literas accepit, qvibus omnes ſignum crucis ſuſcipere, ſacramqve militiam ſanctam terram ex poteſtate Saracenorum liberatum, jubebantur; Illisqve, qvi eandem propriis perficerent impenſis, plena delictorum prævia confeſſione, abſolutio a Pontifice, meritumqve æternæ compenſationis promittebatur, publico edicto addito, ut Epiſcopi, qva late pateret orbis chriſtianus, iisdem injuſte preſſis, ſine perſonarum reſpectu patrocinarentur, clerici

(a) Huc pertinet permiſſio Jörundo anno 1267 data, & *TORFÆO Hiſtor. Norveg.* Tom. 4. pag. 347 memorata, de Capitulo & ordine Canonicorum Holis inſtituendo, qvamvis talis ordinis mentionem actu fieri, priusqvam ſub ſeqventi Periodo, nobis non occurrerit.

(b) Conf. Sect. præced. cap. 1. §. 4. pag. 3.

clerici vero sexennii decimatione ex universis reditibus solvenda, sanctam expeditionem occupaturis subvenirent (a). Seqvente autem anno, Jörundus *Jus Ecclesiasticum* a Skalholtensi concinnatum, suæ dioeceseos incolis observandum obtulit, qva de re Regem mox certiorem fecit, penes qvem legum ferendarum potestatem esse scivit (b).

§. 5.

Anno 1277, uterqve Episcoporum literis Archiepiscopi definito ad comparendum biennio, Bergas, ubi Concilium Nationale habere statuerat, evocantur; simulqve iis in mandatis datur, ut reliqvias Oddi Thorarini, qvi duplici anathemate percussus, anno 1255 sublatus erat, absolverent. Ipse enim primum ab Henrico Episcopo ob pecuniæ in templis Liosavatnensi Grimseyensiqve depositæ ablationem, & publicationem bonorum Thorsteini Hvammensis, qvæ proscripserat, qvibus & accessit, qvod cete ejectitium, Episcopi alioqvin peculium, in suos usus convertisset, excommunicatus fuerat. Deinde, cum Episcopum vi arreptum, & munimento Flugumyrensi inclusum, priusqvam clerus Holanæ dioeceseos inde extractum secum abduxit, affligere non destitisset, eandem denuo poenam promeruerat. Cum autem moriens, oblata satisfactione, promissaqve poenitentia, absolutionem, sed frustra, petiisset, prout oculati & auriti testes juramento confirmarunt, Sighvatus Canonicus Nidarosiensis, rogatu Thorvardi fratris Oddi, ipsius reliqviis absolutionis veniam a Pontifice Romano impetraverat, ejusqve negotii exsecutionem Archiepiscopus utriqve Præsulum mandaverat (c).

§. 6.

Proxima itaqve æstate hac de re Episcopi per literas consultantes, in diversa trahebantur. Arnas enim rei accelerandæ studiosus, Jörundum, ut causæ in ejus dioecesi enatæ decisorem, testium juramenta, qva

---

(a) Conf. qvæ supra scripsimus Per. 3. cap. 1. pag. 9.

(b) De literis Episcoporum, Magnatum & vulgi ad Regem datis 1275, deqve Regis ad eos responsis per Adalbrandum qvendam 1276 transmissis. Vide supra pag. 10. 11.

(c) Vid. supra Tom. 1. pag. 365. 356. 403. Tom. 2. pag. 14.

qva valerent, enuntiare oportere contendit. Jörundus vero differendi cupidus, Arnæ, ut gravioris qvæstionis arbitro, decisionem competere asseveravit. Deinde Reykiavallis in tractu Skagafiord convenerunt, ubi deliberatione ejusdem rei habita, non idem utriqve placuit. Timebat enim Jörundus, ut pecunia, qvæ cathedræ Holensi ex Oddi facultatibus debebatur, bona fide solveretur. Arnas autem talem ex Collegæ animo dubitationem eximere studens parum profecit. Præsules itaqve hac vice re infecta digrediuntur. Holensis provincias visitaturus domum, Arnas vero Skalholtum, indictamqve pecuniæ summam a vidua Oddi, reliqvisqve consangvineorum, non sine magna in Præsulem Holensem, ob acta Henrici Episcopi, offensa, coëgit. Vidua autem ab Arna Episcopo petebat, ut ossa defuncti mariti Skalholtinæ cathedræ advehenda curaret, qvam, etiam pecuniæ participem fieri præoptans, insigni donario pro concesso sepulturæ loco se ornaturam promisit. Anno 1279, circa initium veris, cum uterqve Episcoporum peregrinationi se accingeret, Arnas Jörundo per litteras significavit, velle se mandato Archiepiscopi de ossibus Oddi resecrandis prius satisfieri, qvam peregre abirent. Qvi nuntio accepto, protinus ordinariam visitationem ingreditur. Qvo Arnas cognito, alias denuo literas per Audunum cognomine Siole, Jörundo perferendas dedit, qvibus se Seilam, 8 id. Julii, voluntatem Archiepiscopi exseqvendi gratia venturum prædixit. Tabellarius repentino itinere Jörundo Skinnastadis obviam factus, epistolam ipsi tradidit, nihil vero literularum domino reportavit, qvi cum nobili comitatu profectus, priusqvam definito loco & tempore non substitit.

§. 7.

Hic duo sacerdotes ab Episcopo Holensi, qvi illum ad convivium invitarent, occurrebant; sed oblatam benevolentiam declinans, se ibidem Collegam exspectaturum dixit. Mane præstitutæ diei, ossa effodienda curavit, aqvaqve scrupulose diluta, & novo, qvem secum advexerat, capulo inclusa, in australi templi sepimento collocari præcepit. Hinc brevi, Episcopi non sine mutuæ humanitatis officiis convenientes, multum diei inter varia deliberandi consilia, neutro, qvod alter voluit, affirmante, consumserunt, usqvedum Arnas, Decreto Pontificiali publice recitato, consensum Jörundi impetravit. Qvo facto, clericorum grege circum

circumfusi, templum intravere, & debita celebritate reliqvias Oddi anathemati olim addictas in pacem Ecclesiasticam revocarunt. Postqvam ita convenit, ambo Holas digressi, biduum epulis impendebant, mulctam autem 280 Joachimicorum ab Arna numeratam, proprio æri addere nolens, Cœnobiis Jorundus distribuit, Collegamqve donis ornatum honorifice dimisit (a).

§. 8.

Posthæc Præsul navigationi sese committens, proximam hyemem in Norvegia transegit, ibiqve seqventi anno, qvi fuit Magno Regi emortualis, in festo Vilhelmi, ɔ: 5 Calend. Junii, cum Ericus Magni filius, Regalis

(a) Anno 1255, sedente Holis Henrico, ut supra notavimus, occisus fuit Oddus Thorarini, plus una vice ab Henrico diris devotus. Thorvardus autem Oddi frater, per Sighvatum Landum Canonicum Nidarosiensem, Pontificis Diploma acqvisiverat, qvo Episcopis Islandiæ, auspiciis Archiepiscopi Nidarosiensis, ut Oddi reliqvias absolverent, & in templo aliqvo honeste sepeliendas curarent, injungebatur, ea tamen conditione, ut facultates & possessiones Oddi, qvas moriens habuerat, templo Holano, in qvod præcipue peccavisse videbatur, bona fide restituerentur, qvæ 240 imperialium valorem efficiebant. Jörundus itaqve, qvi Oddi viduam & cognatos, in Holanos, ob ipsi parum juste inflictam devotionis pœnam, iniqviore esse animo probe cognovit, de solutione dubitavit, qvam sine fraude futuram Arnas in se recepit. Interim hic etiam observandum, diversas Oddi causas diversis Episcopis commendatas fuisse, Jörundo, ut Holanæ diœceseos Præsuli, gravior illa de Antecessoris sui Henrici captivitate & templorum expilatione dijudicanda erat. Arnæ autem, qvanto qvævis expianda, & qvo loco Oddi morientis absolutionis petitio habenda esset. Hic etiam, qvasi ἐν παρόδῳ notandum, nostros omnes, qvotqvot inspicere licuit, & hac de re aliqvid scripserunt, multum a veritate aberrasse in denominatione Pontificis, qvi Diploma de Oddi absolutione edidisse perhibetur. Id enim tribuunt Innocentio 4, sed immerito; nam is 1254. 7 id. Decembr. æternitatem ingressus est; Oddus autem vita privatus fuit anno 1255 prid. id. Januarii, vel, ut alii volunt, biduo post, id est, integro plus mense post Innocentii fata. Referenda itaqve hæc constitutio, aut ad Innocentium 5 qvi anno 1276 qvinqve tantum menses sedit, aut ad alium aliqvem, qvi hoc temporis intervallo Romanæ præfuit Ecclesiæ. Siqvid conjectare valeo, ad Gregorium 10 istud referendum dixero, cujus tempore Sighvatus Lande, cui Thorvardus Oddi frater valde familiaris fuit, sæpius ad Curiam Romanam commeavit, qvi etiam in amici gratiam hocce de Oddi cinerum absolutione Diploma acqvisivisse fertur. Conf. supra pag. 14. & Tom. 1. pag. 365 sqq.

Regalis faſtigii hæres a Jona Archiepiſcopo publice eſt declaratus & coronatus, præſenti Epiſcoporum ogdoadi interfuit. Cumqve in Nationali Synodo, qvæ Bergis hoc anno celebrata fuit (a), comparuiſſet, in patriam reverſus eſt, eademqve æſtate, cum Lodinus, cognomento Leppr, & Jonas Nomophylax codicem legum in Islandiam adferrent, illis qvidem reſtitit, ſed ita ut collegæ locum principem lubens concederet (b).

§. 9.

Anno 1283, Rafno Oddi & Erlendo Nomophylace cum edicto Regio e Norvegia revertentibus, controverſiæ de præbendis Eccleſiaſticis, qvas epiſcopi ad clericos juſſu Archiepiſcopi transtulerant, inprimis in diœceſi Skálholtina recruduere. Hoc enim anno Jonas Archiepiſcopus (ut & plures Epiſcoporum e Norvegia) expulſus in fata conceſſit, qvod Proprietariis de novo ad amiſſa Patronatus jura repoſcenda, animos addidiſſe videtur. Cum ergo Jörundus tantæ multitudini ſe imparem cerneret, Regia voluntate & impetu proteſtantium adactus, ex priſtino ardore aliqvid remiſit, in tantumqve cum Rafno, totius tunc Inſulæ Præfecto, & ſectæ adverſantis Coryphæo conſenſit, ut citra apertas inimicitias res gereretur. Super his etiam Jörundus Regi ſcripſit, promittens ſe dictas Præbendas, qvæ in ſua Provincia eſſent, & ſub Epiſcopi poteſtate non fuiſſent priusqvam Inſula Regi ſubjiciebatur, Rafno & Laïcis conceſſurum, idemqve Jus Eccleſiaſticum fore, qvod Hacone Rege & Sigurdo Archiepiſcopo ad regni gubernacula ſedentibns viguerat, donec ipſe Rex & Archiepiſcopus has contentiones certum qvid ſtatuendo ſopiverint.

§. 10.

Hinc factum eſt, ut Epiſcopus Holenſis ejusqve domeſtici libertatem, cathedris anteqvam inſula Regiæ poteſtati ceſſit, uſitatam obtinerent, & a cenſu comitiis tribuendo, publicaqve vectigalium lege immunes

---

(a) Vid. ſupra Tom. 1. pag. 455.

(b) De illis illorumqve in Islandia geſtis, vide ſupra, pag. 16. ſqq.

nes essent. Nec minus emolumentum inde ad templum Holense redundavit; Nam Margareta Alexandri Scotiæ Regis filia, prior Erici Magnæi Norvegiæ Regis Regina, pretiosam illi, qva utebatur, togam dono misit, unde Jörundus togam episcopalem confici curavit, " Drottningar naut ", ɔ: *Reginæ munus* postea appellatam.

§. 11.

In plerisqve præterea Jörundus parti adversæ cessit, ne in aperta odia diffidium erumperet, Theodoroqve Halli portionem fundi Mödruvallensis, qvam cathedra possidebat, concessit. Qvam ob rem, novennio post, cum laïci Regio edicto præbendas aliqva ex parte recuperarent; Sigurdus Hlidensis Mödruvallas Hörgadalensium hæreditatis titulo occupavit, cui, cum multoties discessum svadendo Præsul, nihil profecisset, Laurentium postea Holensem Episcopum Mödruvallas misit; Sigurdo redditionem detrectanti anathema dicturum. Id ut audiit Sigurdus, freqventi satellitio Holas processit, & licet hac de re initio acrior esset disceptatio, eo tamen res deducta est, ut Episcopus, qvod in fundo parti cathedrali supererat, pecunia numerata redimeret, id qvod Laïci ipsi laudi & æqvitati duxere, prædia Ecclesiastica a laica magis, qvam clerica manu regi, ut sibi persvaserunt, juste indignati. Sed Præsul tempori serviens, majori arte qvam crediderunt Proprietarii, rem tractabat, ut postea eventus docuit. Nihil enim de Privilegiis Ecclesiasticis nisi sub conditione, concordibus Regis & Archiepiscopi suffragiis, remisit. Qvidam vero Sacerdotum, imprimis qvi Arnæ favebant, cui ne latum qvidem ungvem cedenti, crebræ altercationes diffidiaqve cum Laïcis intercessere; Jörundo hoc, ut ecclesiasticæ juxta ac clericorum libertatis parum studioso, vitio dederunt.

§. 12.

Ipse autem Arnas, intentione collegæ perspecta, aliter explicans dixit: *Hac tam atroci tempestate cuiqve majus minore redimere licet: Bona mobilia, qvæ facile comparari qveunt, expendendo, latifundia, qvæ moveri neqveunt, obtinere, proinde acsi sicarius in qvendam innocuum incidens, ejusdem pedem manumve securi subjicit, ictumqve ni pecuniam pro arbitrio*

prædonis solvat, minatur. Si vero insons in sicarium temporis beneficio jure agere posset, lytron qvod illi prædator expresserat reposcere integrum, est. Pariter Jörundus, qvæ invitus nunc amittit bona, oportunitate ferente repetiturus erit. Rafnus hæc audiens, pedibus manibusqve in Episcopi sententiam ivit, addens, Arnam Skalholtinum & Jörundum Holensem, qvamvis pari essent affectu in retinendo jure Patronatus, eodemqvè consilia dirigerent, diversa tamen ratione adniti. Arnam qvidem aperta qvadam simplicitate, nil indulgendo, leonis instar grassari, Jörundum autem astutia plusqvam vulpina, retrusis ambagum offuciis, qvo minore labore ad propositi finem attingat, eadem moliri.

§. 13.

Anno 1286, e Norvegia revertitur Gudmundus Halli Skridensis, cum literis Eirici Regis, qvosdam Islandorum ad expeditionem obeundam evocantibus, una afferens vestes holosericas, Dalmaticam (a) & templi Holensis materiem, qvæ Rex muneri Divo Jonæ Holensi qvondam Episcopo dederat, persvasu ejusdem Gudmundi impulsus, qvi in satellitio Erici ad Regum conventum accelerantis constitutus, dum vota Sanctis pro felicitate navigandi suscepta incassum caderent, Jonam ut votorum observantissimum in subsidium vocandum contendit; Regem animans, ut vestimenta, qvæ pretiosissima habebat, ipsi promitteret. Qvod ubi factum est, tranqvillitate protinus reddita, vela pandi jussit, flatuqve

---

(a) *Dalmadika* est vestimenti nomen, sæpius in antiqvis templorum codicillis occurrens, sed nostro ævo fere ignotum, & adeo insolitum, ut nobis unicum tantum inter antiqvitates templi Skalholtini videre contigerit, qvod undiqve nisi inferne clausum est, superne foramen habens, qvo caput exeritur, adstrictum & ad genua tantum aut paulo plus mediocris staturæ viro pertingit; manicas habens per breves. Materia ex lino & lana mixta. Fuit autem *Dalmadica*, seu *Dalmata*, vestis candida cum clavis purpureis, qvæ primum in Dalmatia Græciæ Provincia texta & adornata fuit, fæminis primo in usu, crescente autem luxu, ad effæminatos Imperatores usus abiit. Hinc est, qvod scribit *LAMPRIDIUS* in *vita Commodi & Heliogabali*, qvod Dalmadicati non raro apparuerint. Et *JULIUS CAPITOLINUS* in *Vita Pertinacis* mentionem facit Chiridotæ Dalmatarum. Tandem vero hujus vestis usus etiam ad clericos pervenit, non tamen nisi ad episcopos, idqve in summis rerum sacrarum solennitatibus. Sed qvam dissimilis illa nostra fuerit, constat ex descriptione *ISIDORI*, qvi eam dicit esse tunicam candidam, clavis purpureis.

qve secundissimo in optatum portum intra qvadriduum provehebatur, nomen Jonæ Holensis exinde culturus (a).

§. 14.

Anno 1286, tertium ab accepta infula iter in Norvegiam Jörundus ingressurus, per literas Arnæ Skalholtensi curam sacerdotum ordinandorum, olei chrismatisqve consecrandi, templa majora lustrandi, & casus graviores dijudicandi, ad reditum usqve suum usu postulante commisit; Subseqventemqve hyemem Thrundhiemi cum Jörundo Præsule qvondam Hamarensi, jam vero Archiepiscopo designato exegit, qvi tamen Sighvatum Landum Roma Pallium allaturum exspectans, Archicathedram nondum calcare cœperat. Hinc proxima solventem æstate, inter diversas judicantium censuras, qvod Regem ne semel qvidem adiisset, patria recepit (b). Mödruvallas Hörgadalensium delatus, Arnam Skalholtensem Norvegico itineri accinctum obviam habuit. Anno autem 1289, literis Archiepiscopi & Arnæ Skalholtensis admonitus, Jörundus iter per diœcesin Skalholtinam, prædia ecclesiastica recuperaturus, suscepit, eaqve in diœcesi Skalholtina gessit, qvæ supra Sect. 3. cap. 1. pag. 37. sq. notata sunt.

(a) Si nusqvam aliunde patet, tamen hinc, Ericum Regem non fuisse *Misocleron*; Et, si vera dicere licet, bona cum venia optimi Regis diffamatorum, fuit haud pœnitendus, & suo tempori, in qvod supremum numen eum incidere fecit, aptissimus, qvi Regium fastigium clericorum vestigiis conculcatum aut conspurcatum videre non sustinuit. Et, si non aliud, certe hocce & talia exempla ipsum ab imputato crimine vindicant. Hinc etiam Margareta Regis Erici conjux, sed Alexandri 3 Scotorum Regis filia, togam suam pretiosissimam Cathedræ Holanæ donavit, qvam in speciosissimum episcopalem habitum Episcopus transmutari curavit, qvod factum puto circa annum 1283. vid. supra pag. 147.

(b) Qvis credat Jörundum, sui seculi Episcoporum humanissimum & mansvetissimum hoc in contemtum Regis fecisse? Verisimilius est illum ipsius congressum & arctiorem familiaritatem eo respectu vitasse, ne Archiepiscopi offensam incurreret, qvemadmodum tali facilitate qvondam fecerat ipsius collega Arnas Skalholtensis. Vid. supra Sect. 3. cap. 1. pag. 16.

§. 15.

Anno 1290, in Norvegiam evocatus Jorundus, seqventem hyemem ibidem transacturus, Halthorum qvendam Grimi filium rebus ecclesiasticis, Haflidum vero Stenonis, qvi olim Regi Erico Reginæqve in Norvegia a concionibus fuerat, Oeconomicis, præfecit (a). Biennio autem extra patriam consumto revertens, literas Pontificis Archiepiscopiqve attulit, qvæ clericis, eodemqve fere tempore, Theodorus Halli, Christophorus Vilhelmi & Petrus Moënsis, mandatis Regiis instructi, qvæ laïcis, eodem modo qvo priusqvam Regi Norvegiæ Islandia paruisset, prædia ecclesiastica adjudicarunt, unde controversiæ de præbendis de novo retractari cœperunt. Eadem vice Jorundus secum apportavit Bullam Pontificis & Acta Synodi Bergensis (b) hoc anno celebratæ, de expeditione cruciata seu bello sacro denuo suscipiendo, qvæ pleriqve jam surdis prætermiserant auribus, pauci autem cruce signari sibi persvaderi passi sunt, nunqvam tamen militatum abierunt, nec hac vice multum in hanc militiam contribuerunt, usu enim, qvid sibi vellent tales petitiones, discere cœperunt.

§. 16.

Anno circiter 1295, Cænobio Reinestadensi magnifice fundato, Jörundus amplissimas possessiones & latifundia adjecit, qvorum catalogum Tabulæ, qvas successor ejus Audinus in hujus rei confirmationem edidit, exhibent, redituumqve inde qvot annis provenientium summam, si prædium, ubi monasterium constitutum fuit, exceperis, 144 Joachimicorum æqvamentum faciunt. Persvasit præterea Halberæ Thorsteini filiæ (ejusdem postea cœnobii Antistitæ) nec non aliis mulieribus ab opibus paratissimis, ut ad vitam monialem ibidem promovendam, pro re nata pecuniam erogarent. Prima autem hujus Cænobii Abbatissa fuit Catharina, anno 1298, Vestalium societati præposita, qvæ Episcopum Holensem

(a) Hoc etiam anno testimonium una cum Collega edidit nobis memoratum supra Sect. 2. cap. 1. §. 17. not. pag. 36.

(b) Vide supra Tom. 1. pag. 472.

Holensem pro Abbate agnoscerent (a). Exiguo tempore interjecto, Jörundus Cœnobium Mödruvallense, qvod a Priore regeretur, erigi curavit, eidemqve divitiis magnifice ornato, se cum successoribus Abbatis vices sustenturum promisit, qvi solus cultui monastico Priores, rebus vero Oeconomicis Procuratores præficeret. Huic Monasterio affixum egregiæ structuræ templum anno 1303 ejus opera sacris personare cœpit, qvo ipse Præsul, Runolfus Verensis, aliiqve utriusqve sortis homines peregre evocati sunt. Peregrinationem tamen ipse Episcopus nunqvam suscepit.

§. 17.

Anno 1302, in Islandiam missus est Alfus de Kroke, qvadrantum borealis & orientalis Præfectus, qvi proxima æstate, cum Norvegiam repetiisset, Regi promiscua sublesta fide de Islandis narravit. Qvare biennio post, eadem qva prius dignitate notabilis, Islandiam cum literis Regiis revisit, gravem adeo exactorem agens, ut unicuiqve laïcorum, unam ulnam Islandicam seu centesimam partem ex qvovis assis magni pretio Regi solvendam indiceret, plurimaqve supra fas postulans, multos popularium exules denunciavit. Id qvod diœceseos Holanæ cives ægre ferentes, Alfum in comitiis Hegranesensibus adoriebantur, ubi circulatorum qvorundam fremitu, clypeos tumultuose pulsantium, adeo perterritus est, ut qvo se verteret nescius, opera Theodori Halli Modruvallensis, clanculum discederet.

§. 18.

Eodem tempore Haqvinus Rex per literas declaravit Svenonem Thoreri, qvi se ad pauperum in territorio Skagafiordensi patrocinium contulerat, Jörundum repetundarum accusasse, qvippe qvi contra Jus Ecclesiasticum Antiqvum ex portione balænarum, festis diebus opera rusticorum continenti advectarum, qvæ pauperum sustentationi cederet, ad

56

(a) Literas de Cœnobio Reinestadensi, qvas edidit Jörundi successor anno 1315, vide infra ad finem cap. seqv. Litr. A. ex qvibus nostri pro seculi genio pietatem, & in sacros usus liberalitatem dignoscere licet.

56 Joachimicorum summam detraxerit, sibiqve qvintam partem balænæ, *Reidur* dictæ, cujus arvina circiter 50 imperialium pretium adæqvasset, vendicaverit. Factum ministerio ecclesiastico plane indignum. Horum restitutionem ei Rex injunxit ultra diem a publicatione Diplomatis decimum qvartum nullo modo differendam, si autem detrectaverit, Præfecti Regii tantum e facultatibus ejus auferrent, qvanto pauperes antea defraudaverat, observato itidem fœnore ex communi temporis lege, justaqve æstimatione persolvendo (a).

§. 19.

Anno 1307 Archiepiscopus Jörundus in Islandiam legatos amandavit, Biornum qvendam ex ordine Prædicatorum Nidarosiensium, & Laurentium Kalfi filium Jörundi Holensis olim alumnum, qvem Norvegia, in mandatis Archiepiscopi non sine favore exseqvendis, per tredecim annos occupatum detinuerat. Hi utramqve diœcesin Holanam & Skalholtensem peragrare jussi, visitationem in Qvadrante australi ordiebantur, eandemqve cum continuis itineribus nulla re offensi per occidentalem peragrassent, Holas adventante hyeme concesserunt, qvam Biornus ab Episcopo summa qvidem humanitate exceptus ibidem transegit, sed Laurentius Mödruvallis apud Theodorum Halli hyemavit, cui cognati episcopi non sine irrisione pristinam fortunam exprobravere, qvod Præsul ipsum omnibus rebus egentem erudiendum suscepisset, jam vero sibi potestatem eundem Episcopatu deponendi, auctoritate Archiepiscopi suffultus, arrogaret.

§. 20.

Auxit dissidium mors & sepultura Solveigæ cujusdam Lopti filiæ, qvam maritus contra legis ecclesiasticæ morem, præterito templo Bajesaënsi

(a) Ipsissimum Regiæ Majestatis rescriptum in nostra de *Jure Ecclesiast. Islandorum Dissert. Hist. Critic.* & supra Sect. 1. cap. 4. §. 2. Tom. 1. pag. 417 legi potest, Jörundum autem immerito apud Regem diffamatum fuisse, non tantum ipsius in egenos & sacros usus erogationes evincunt, sed & *Annalium* fides testatur, Alfum de Kroke, aliosqve, Regi multa ex Islandia falsa & meram spirantia calumniam retulisse. Vid. supra Tom. 1. pag. 544.

ensi in cœmiterio Munkathveraaënsi sepelivit, qvod Laurentius prohibuit, Episcopus autem permisit, tandemqve eam ob causam Visitator nomine Archiepiscopi Monasterio Thveraaënsi sacris interdixit. Qvod interdictum Præsul, assentiente Biörno Laurentii Collega contemsit & rescidit. Qvi etiam in Episcopi gratiam ulteriorem per Holensem diœcesin visitationem omisit Laurentius autem imperata peragere volens, multa scandalosa, malos mores, incestus, adulteria, illicita connubia, taliaqve invenisse sibi visus est, qvæ senescentis Episcopi aut vigilantiam effugerant, aut in amicorum & cognatorum gratiam dissimulata fuerant, qvæ omnia, priusqvam abiret, eidem publice exprobravit. Præsul itaqve, Gudmundum qvendam, cum literis & ingenti pecunia, ut Laurentii acta traduceret, ipsumqve summopere diffamaret, sibi amicos pararet, illum vero everteret, in Norvegiam ablegavit. Qvi Laurentium antevertens, rem ex voto confecit. Nam qvam primum Laurentius Nidarosiam appulit, ferreis ligatus catenis, in teterrimum conjicitur carcerem, & ex vinculis causam dicere coactus, tandem ad ipsum Jörundum, qvem adeo offenderat, vinctus remittitur, ut ex ejus arbitrio pœnas daret. Qvi, tantum ab inimici adversa pressi fortuna, insultatione aut graviore ulla pœna abhorruit, ut eundem statim absolveret, offensasqve condonaret; & ubicunqve locorum, sive in sua sive in Skalholtina diœcesi manere placeret, liberum fecit, ex qvo ille litterario otio semet reficiens aliosqve informans, ab anno 1313. in Monasterio Thingörensi, suscepto cucullo ad annum 1322, plerumqve delituit.

§. 21.

Coenobio Thingörensi Jörundus, præsidente ibidem Vermundo Abbate decimas Episcopo debitas, qvas Monasterio Jonas Ogmundi addiderat, ademit, sed earum vice prædium Hialltabackam Monasterio adjecit, qvod postea Audinus Rufus revocavit, unde inter ipsum Abbatemqve Gudmundum dissensiones exortæ sunt. Erat Jörundus plerisqve id temporis conterraneorum sagacior, in rebus dignoscendis perspicacior, a dissidiis alienus, cujusvis sortis adversariis, cum res judicio esset experienda, palmam facile præripiens, qvem fortuna & communis mortalium favor constanter adjuverunt, munificentia vero & qvam in ædificia sacra fecerat impensarum magnitudo commendarunt. Disciplinam ecclesiasti-

cam ſub Gudmundo, Botolpho, & Henrico Epiſcopis collapſam in diœceſi Holana erexit (a). Cœnobia Reineſtadenſe & Mödruvallenſe magno ſumtu latifundiorumqve adjectione fundavit. Templum cathedrale ſumtuoſe magnificeqve Holis exſtruxit. Templo Skalholtenſi incendio conſumto omnia veſtimenta Pontificalia dono miſit. Scholam præterea Holis aperuit, unde multi prodiere, Rectore Oblaudo Sacerdote, qvi olim in Norvegia Archi Præſuli, nunc autem Jörundo cognationis jure in intimis fuit, Laurentio Kalfi filio, aliisqve.

§. 22.

Extremo ætatis tempore, cum Jörundus ob ingraveſcententem ſenectam viſitandæ diœceſi non ſufficeret, pluraqve creſcente licentia in deterius ruerent, Kodranus Sacerdos Rani filius illi ab Eilifo Archiepiſcopo coadjutor adjunctus fuit. Ipſe vero morti vicinus, Thorſteinum qvendam Illugonis, vulgo Skardenſem dictum, Officialem conſtituit. Tandemqve ipſis calend. Februarii anno 1313, cum 46 annos in epiſcopatu conſumſiſſet, vitam cum morte commutavit. Poſt cujus mortem maxima qvæqve Kodranus ſibi arrogans, gratia & favore Archiepiſcopi fretus, regimen eccleſiaſticum in diœceſi Holana, ſpreto Thorſteino & Jörundi conſtitutione arripuit. Cumqve Thorſteinus & Kodranus diverſa ſpirarent, & ex animorum & affectuum diverſitate nil boni evenire poſſet, Thorſteinus Norvegiam Archiepiſcopum conſulturus abiit, qvi anno ſeqvente rediens, Archipræſulis votum retulit, Holanæ diœceſeos Inſpectorem usqve ad ſubſeqventis Epiſcopi adventum acturus.

CAP. II.

De Audino Ruſo, Thorbergi filio.

§. I.

Audinus Ruſus, natione Norvegus, ex antiqviſſimæ nobilitatis familia ortus, inter Canonicos Nidaroſienſes principe loco ponendus, diu

(a) Ejus ſtatutum ad hanc rem pertinens, vid. infra cap. 3 ad finem.

diu Thrundhiemi Haconis Regis Magnæi Qvæstorem egit, ipsiqve semper fuit carissimus, patrocinio templi Thrundnesensis, qvod Matri Virgini dicatum erat, rerum affluentia, & communi Nobilium veneratione spectabilis. Anno 1291, inter Jörundum Archipræsulem cæterosqve Canonicos Nidarosienses discordiæ primum enasci cœperunt, qvæ sub auspiciis Coryphæorum, Eilifi postea Archiepiscopi, Sighvati Landi & Audini Rufi tandem in odium plusqvam vatinianum excrevere. Illi enim, jugi provocatione ad Papam facta, e Roma literas Archiepiscopo officientes accersiverunt, eo rem deducentes, ut Jörundus a Bonifacio Pontifice, ejus nominis 8 anno 1297 ab officio suspenderetur. Qvi iter ad Pontificem ingressus, Parisiis subitanea morbi vi ulteriorem profectionis facultatem præripiente subsistens, per Legatos ad Papam missos, pristina dignitate recuperata, post integri anni absentiam domum rediit.

§. 2.

Mutuas hasce dissensiones licet Hacon Magnæus in festo omnium sanctorum anni 1299, cum diademate ornaretur, ad pactionem perduxerit, ea tamen diuturnitatis impatiens, brevi exspiravit; nam cum Archiepiscopus admonitionibus & minis obseqvium illis extorqvere conatus frustra esset, tandem in eorum partes Abbas Holmensis & oppidani cum scholasticis abierunt, eo successu, ut, qvi mandata Archiepiscopi sectæ adversanti inimica exseqvi auderet, inter Laïcos Clericosve inventus esset nemo, eaqve propter Jörundus per Laurentium Islandum sibi amicissimum, solenni qvodam die in templo Nidarosiensi, dum sacra peragerentur, anathematismos in Canonicos profundi curavit, qvo sibi Laurentius ad futuras calamitates & infortunium viam stravit. Qvoniam autem summa gratia apud Regem fuit Jorundus, per literas ei simultates & injurias, qvibus se a turba monastica lacessi conqvestus est, declarat, ejus auctoritatem qva ipsorum furor coërceri posset, expetens. Rex votis annuens, cum ingenti utriusqve status satellitio profectus est, Thrundhiemiqve, qvo Archiepiscopum & Canonicos conciverat, conventum agitavit, optione illis delata, aut ultra, non solum Norvegiam, sed etiam totius regni limites, cum asseclis exulandi, aut Archiepiscopi se fidei committendi, qvem ductu & consilio Regis optimatumqve arbitrum

agnoſcerent, qvod potius ducentes, ad pactas inducias aliqvantiſper qvieſcebant (a).

§. 3.

Anno 1308, cum Jörundum Archiepiſcopum gravior valetudo e lecto ſurgere prohiberet, ſectæ adverſariæ Coryphæi Eilifus & Audinus (nam interjectu temporis Sighvatus in fata conceſſerat) ſummam regiminis arripuere. Eilifus enim partam mox Officialis dignitatem, defuncto postea Jörundo, cum Archipræſulatu permutavit. Hic vero ab Eilifo & Canonicis in Jörundi Epiſcopi Holenſis locum delectus, 4 Calend. Decembr. anno 1313 infulam accepit. Proximo hinc anno Thorſtanus Skardenſis & Sniolfus, ſacerdotes, qvi procurationem diœceſeos Holanæ in adventum Audini, gererent, Decreta Pontificis ſecum adportarunt, qvibus decimas a bonis Eccleſiaſticis publice ſolvendas, redimendæ Paleſtinæ ergo, exegit. Ipſe vero Audinus eodem anno paulo poſt, vel ut alii (b) 1315 ad lingulam Seleyre in ſinu Borgarfiordenſi delatus, Islandiam ingreditur, unde per teſqva, vulgo Sand, recta ad Cathedram profectus eſt, qvo cum adventum eſſet, a Clero eminentioris notæ ibidem congregato, nulla pompa aut honore excipitur, ſed ob itineris moleſtiam gravis, dicteriis qvorundam, Kodrani præprimis & Sniolfi laceſſitur. Hic totius diœceſeos Clerum ad obſeqvii juramentum adegit (c).

§. 4.

Erant in eo multæ virtutes, præter magnificentiam ſumma liberalitas. Hic primus hypocauſtum, qvod fornace caleret, Holis exſtruendum

---

(a) Conf. ſupra Sect. 1. cap. 9. §. 9. not. Tom. 1. pag. 448.

(b) Secundum *Annales Flateyenſes* Audinus in Iſlandiam venit anno 1314. Sed ſecundum *Vitam Laurentii* & *Annal. Skalholtenſes* anno 1315, qvod etiam verum eſſe probat Diploma, Audini Nidaroſiæ anno 1315 agentis mentionem faciens, qvod invenitur in Celeberr. *SCHÖNINGS* Beſkrivelſe over Trondhiems Domkirke. Anhang pag. 59. No. 69.

(c) *Annal. Flateyenſes.* Tantus jam fuit faſtus clericalis, tantaqve Audini auctoritas, ut a clero juramentum fidelitatis ſeu homagium, non ſecus ac Reges, exigeret.

dum curavit (a). Ille etiam ſaxa viva, in monte qvodam, dicto Raftahlid, ab Holis auſtrum verſus primus invenit, domumqve comportari fecit, ex qvibus officinæ lapidariæ, qvam ſecum advexerat, beneficio elaboratis, altare concavum, addita janua ferrea ædificari curavit, in qvo pretioſa Cathedræ & ornamenta templi, tutius ab incendiis, ſi forte graſſarentur, ſervari poſſent. Ex eadem materia, gradus circa altare contiguos, mænia templi & caminum hypocauſti confici juſſit. Supremum altare exqviſita pictoris arte decoravit, cujus ſigna hodiedum conſpici dicuntur. Superiorem ædium partem, ubi Epiſcopi ſedem haberent, tanta magnificentia exornari curabat, ut omnes ſtructuras in Islandia excellentiæ laude ſuperaret. Cathedram inſuper ſacris veſtibus & ſuperhumerali magni ſplendoris dotavit. Qvæ omnia, licet citra bonorum Cathedralium detrimentum acqviri non potuerint, ejus tamen generoſitatem & magnificentiam deprædicant. Qvibus acceſſit ſingularis hoſpitalitas; Nam non ſolum amicos, ſed etiam inimicos convictu dignatus eſt. Sæpe enim adverſarios ſuos Holis ob cauſas tractandas comparentes, cum prandendi aut cænandi tempus inſtaret, his verbis compellaſſe fertur: *Menſam accedamus, nec offenſionem mei in eſcas transferte.* Taliqve munificentia & hoſpitalitate multorum animos demulſit, ut arbitrium rei obtineret.

§. 5.

Cætera officio rite ſatisfecit, vir adeo religioſus, ut qvotidie tertiam partem Pſalterii Mariæ & Davidis perlegeret. Feſtis Mariæ & Apoſtolorum, & diebus qvibusdam Epiſcoporum memoriæ dicatis, ab omni ciborum genere, præter aqvam, abſtinuit. Tempore Qvadrageſimali, & Adventus jejunio, pariter ac in feſtis cardinalibus, ſacra freqventavit, tantaqve erat vocis majeſtas, ut auditorum ſenſus canendi dulcedine moveret. Primo epiſcopatus anno, ſvaſu Regis Haconis, ſepulchrum Gudmundi Epiſcopi inveſtigavit, ſed cum inqviſitio in interiore templi parte

(a) Hoc Cœnaculum, idem qvod ab initio accepit ſchema, hodie adhuc retinere perhibetur, præter trabem ferream, qvam noſtra ætate, circa annum 1710, cum mercatores ob bellum Dano-Svecicum Islandiam non freqventarent, Biörno Thorlevius ſuſtulit. Eſtqve ſine dubio omnium in Islandia ædificiorum vetuſtiſſimum.

facta incassum caderet, Kolli fabri opera, qvi ex relatione Jörundi, sepulturæ locum demonstrabat, ossa ejus in anteriore templo reperta sunt, tibiarum nodis & fracturis, qvas passus fuerat, veritatem indicantibus. Qvæ novo capulo inclusa, ante crucem, qvæ dicitur Major, collocari, clathrisqve circumdari curavit. Hinc postea Die Translocationis Gudmundi, 6. scil. Cal. Novembris, magnus mortalium confluxus Holis apparuit, ipsissimo Episcopo inferias celebrante, qvi Gudmundum semper exinde veneratus est. Hactenus autem memoria Gudmundi pari ac reliqvorum Episcoporum oblivione usqve ad neglectum tumuli exoleverat.

§. 6.

Audinus etiam, Divi Jonæ Diem e sepulchro subblati, qvi ante ejus tempora sacrorum tantum exercitio colebatur, inter majoris notæ festa numerari jussit. Anno 1320, magna incolas annonæ penuria cum affligeret, qvam hyems tempestatibus fœda & glacies Grönlandica, vulgo *Hafis* terræ nostræ advoluta exasperavit. Auctor erat Audinus, votis Jonæ Holensi Episcopo in ipso festo Paschatis nuncupandis, qvibus coloni tributarii per tractum Skagafiordensem ad pendendum pellem seu vellus ovile, unde simulacrum ejus conficeretur, se obstringerent. Qvo facto actutum in processione, dum scrinium Jonæ exportaretur, turbida aqvilonis rabies in commodam aëris temperationem transmutata est; exactaqve missa, zephyris blande adspirantibus, nix resolvi cœpit, tellusqve aggesta glacierum strue paulatim liberata, ver seqvens rara agrorum fertilitate nobilitavit.

§. 7.

Canit insuper Audini encomia ludus literarius qvem Holis habuit, Egillo Ejulfi & Jona Kodrani moderatoribus a multis freqventatus, unde inter complures alios Einarus Haflidinus, Thorsteinus Halli, Jonas Kodrani, Paulus Thorstanides, & Thormodus Ketilli, non sine eruditionis laude prodierunt (a). Ille qvoqve fundationem Monasterii Reinestadensis a Jörundo factam confirmavit (b).

§. 8.

(a) Vid supra Tom. I. pag. 591. sq.

(b) Hoc Diploma vid. ad finem Cap. Litr. A. De qvo non abs re esse putamus monere, illud

§. 8.

Qvanqvam Audinus multa probitate conſpicuus erat, tamen conſvetudinis provincialis ignarus, nimium ſermoni qvorundam indulſit, faces illi ad diſcordias adverſus alios ſuſcipiendas præferentium. Domum enim reverſus e viſitatione prima, qvam fecit per occidentales diœceſeos tractus, circa autumnum ejusdem, qvo cathedram adiit, anni, in qvo templum Thingeyrenſe conſecravit, ſacerdotem Skulonem Illugonis Procuratione depoſitum, non ſine bonorum jactura expulit; inſtantiqve mox hyeme, diſcordiæ illi cum Sniolfo & Kodrano ſacerdotibus intercedentes eo creverunt, ut Sniolfus eandem cum Kodrano exauctorationis pœnam ſubiiſſet, niſi obſeqvii maturitate declinaſſet. Qvam tamen reconciliationem Præbenda Grenjadarſtadenſi ſtabilitam, diu Sniolfus non retinuit. Nam paucis poſt annis, Epiſcopus ob ſuſtentationem, qvam viro cuidam, e bonis iisdem eccleſiaſticis adſignaverat, denegatam ſtimulatus, non ſolum præbendæ beneficio Sniolfum privavit, ſed etiam cum jurejurando ſeptem Sacerdotes, e penu eccleſiaſtico Grenjadarſtadis gratis alendos eſſe probatum dediſſet, conſortio chriſtianorum excluſit, qva ille pæna haut multum commotus, anno 1319, ad exteros abiit.

§. 9.

Prima epiſcopatus hyeme, Clerus melioris notæ Holis, Die Gregorii comparuit, ab Epiſcopo in plerisqve alienus, excepto Haflido Sacerdote Breidabolſtadenſi ei amiciſſimo, ideoqve non ſine muneribus dimittendo. Simul his qvoqve adfuit Kodranus ſacerdos, cujus cauſa factum eſt, ut cum eam partem miſſæ abſolviſſet, qvam Evangelium exciperet, ſacris ulterius peragendis deſiſteret. Illum enim triplici crimine excommunicationis mulctam ſibi contraxiſſe judicabat. 1) Qvod Canonicis Monaſterii Mödruvallenſis, non ſine bonorum

---

illud omnium antiqviſſimum eſſe qvæ nobis videre contigit, qvod annum ſalutis, locum, & diem, adſcriptum habet. Unde ſuſpicati ſumus, Audinum hunc morem primum in Iſlandia uſurpaſſe & indigenas eundem docuiſſe. Et, ſi annus & dies hujus Documenti recte ſe habent, neceſſe eſt Audinum in Iſlandiam veniſſe anno 1314. Confer ſupra §. 3. pag. 156.

rum profusione, administrationem civilem concessisset. 2) Officialis dignitatem post mortem Jörundi, præter fas, arripuisset. 3) In sui contemtum conspirasset. Hic igitur Audinus & Kodranus, nulla pacis conditione adhibita, ultima vice se invicem adspiciebant. Nam Kodranus in Norvegiam delatus, anno 1319, supremum diem obiit, sui ordinis, complurium testimonio, decus.

§. 10.

Anno 1319, qvo Audinus Thorerum Abbatem Munkathveraaënsem exauctoravit, templum & monasterium Mödruvallense, una cum campanis & cultu religioso, communi incendio deflagrarunt. In causa fuit incuria Canonicorum, qvi noctu domum e Gaseyra reversi, lumina, probe adpoti, incaute vibrabant, unde scrinium, qvo ornamenta templi servabantur, flammam primum avide excipiens, latius ignem diffudit. Episcopus tanta forte impulsus, sodales monasticos in diversum expulit, alios parœciis præficiens, alios Holas deducens, Thorbiörnum nempe & Jörundum, qvos ad extrema ibi vitæ sustentavit. Ingemundus autem in Norvegiam trajecit, canonicis Helgasetrensibus ad tempus adjungendus. Reditus autem universos e bonis Monasterii in usus cathedræ Præsul convertit.

§. 11.

Eodem anno prædium Hialtabacka, cui sacerdotem Jongeirum præfecit, retractat (a), magna cum offensione Abbatis Thingörensis, restitutionem decimarum ex territoriis ultra amnem Vatnsdalsa sitis, pendendarum frustra urgentis, qvas ex constitutione primi fundatoris Sancti Jonæ Holensis Episcopi, cœnobio neqvaqvam adimendas contendit, omniaqve arbitrio Archiepiscopi commissurus, iter ad exteros anno 1318 ingreditur; seqvens biennium in Norvegia consumere coactus, ab Archiepiscopo,

(a) Causa hujus retractationis mera erat avaritia, nam Jörundus Audini antecessor decimis monasterium privaverat; & rationibus suis œconomicis prospiciens, prædium Hialltabacka redhostimenti loco monasterio dederat (Vid. supra pag. 153). Sed Audinus monasterio, nec decimas ex primi fundatoris voluntate, nec redhostimentum ex antecessoris contractu, concedere voluit.

episcopo, qvi absente Audino, in paucis amicissimo, causarum transactionem differebat. Episcopus vero post discessum Gudmundi Abbatis, ordinariam per occidentales Qvartæ angulos visitationem exorsus, cum Thingeyras perveniret, nulla processione a Canonicis, januas templi monasteriiqve occludentibus, excipitur, nec colloqvio dignatur. Biornus id temporis Cœnobiarcha cum sociis turmam rusticorum congregaverat, qvæ illum a monasterio potiundo, si forte audacius aggrederetur, prohiberet. Sed tanti conatus indicia non fecit. Cibus tantum in promtu erat, potus vero negabatur.

§. 12.

Circa eundem annum, Episcopi & nomophylaces, una cum primatibus & popularibus qvibusdam, peregrinari jussi sunt, qvapropter Egillus Ejulfi, uno socio, qvi fuit Grimus Ofeigi, contentus, vices Episcopi Audini expeditum, patria egredi statuit, sed itineris prosperitate destitutus remansit. Idem temporis Audinus libellos daticos seu rationaria omnium in diœcesi Holana templorum conscribi curavit, qvæ Holis adhuc conspiciuntur (a). Anno 1319 magnum denuo strepitum in Qvarta boreali, exactiones Audini, svasu qvorundam decimas qvadripartitas ex qvovis asse postulantis excitaverunt. Qvibus effectum est, ut circulatorum turma, qvæ angusta viarum, vulgo Hofdahóla obsepserat, in Episcopum ferme irruisset, nisi Rafnus Glaumbajensis pacificorum opera adjutus supervenisset, efferatosqve animos sponsione demulsisset, Episcopum novitate pensionum eos neqvaqvam vexaturum. In Comitiis universalibus ejusdem anni, laici diœceseos Holanæ in reprobationem novitatum Audini consentiebant. Grimusqve Nomophylax cum Nobili Procerum satellitio Holas profectus, de eadem re coram disputavit, Episcopo nil prorsus concedente, qvi illum offenderant, pacem obseqvio redimentibus.

§. 13.

(a) Regia auctoritate confirmata. Vide Regis gloriosiss. *Christiani* VI *Instructionem* (ut loqvi amant) *Episcopis Islandiæ* anno 1746 d. 1 Julii datam, Art. 16, in qva tamen conscriptio hujus *rationarii* ad 1398 refertur, qvod ad nostrum calculum corrigendum esse nemo non videt.

§. 13.

Hac æstate, Arnas Skalholtensis, Ketillus & Snorro Nomophylaces, cum multis aliis, superioris anni evocationi morem gesturi, patriam reliqvere. Audinus vero circa autumnum pari necessitate Norvegiam visurus, adversa tempestate rejicitur. Per hos, ut puto, literæ qvadrantis septentrionalis civium, qvibus insolentiam Audini conqvesti erant, Haconi Regi deferendæ fuerunt (a). Iisdem autem aspectum Haqvini Regis, accelerans fatum, cui anno 1319 ad 8 idus Maji concesserat, interclusit, qvod etiam Magno Erici, ejus e filia nepoti Regiam dignitatem, qva qvatrimulus affectus est, detulit, Erlendo vero Vidkunni filio, svasu Archiepiscopi & concordi popularium suffragio, administrationem regni, donec Rex ad justam ætatem perveniret, acqvisivit. Seqvente autem anno, qvo Snorro Nomophylax & Ketillus Regi ab Insulanis homagium exegerunt, alias sub ejusdem nomine literas, diœceseos Holanæ alumnos responsi loco accepisse, verosimile est (b).

§. 14.

Circa hæc Egillus Sacerdos Audino Præsuli amicissimus, cum Episcopo probasset qvantum opera Laurentii, qvi tunc cucullum Thingeyris susceperat, in suas partes deducti, auctoritati ejus adderet, eo Præsulem compulit, ut eadem hyeme Egillum Thingeyras mitteret, qvi Laurentium Holas ab Episcopo honorifice accipiendum secum adduxit. Cujus amicitiam obseqvii sponsione comparatam, ut Laurentius firmiorem efficeret, Eysteinum Episcopi ex filia nepotem secum abduxit, literis probe imbuendum, qvæ postero tempore eum adeo nobilitarunt, ut præbenda templi Thrundnesensis, qva avus qvondam fruitus fuerat, longo tempore gavisus sit.

§. 15.

(a) Norvegis suis Rex Hacon anno 1316 ad reprimendam Episcoporum insolentiam & avaritiam edictum proposuerat, qvod in Islandiam circa annum 1318 seu 1319 perlatum, Audinus rejecit, ut in hoc anno ad Regem datis literis Holanæ diœceseos incolæ conqveruntur. Vide ad finem hujus Cap. Lit. B.

(b) Vide *Dissert. de Jure Eccl. Island.* part. 1. cap. 4. & supra Tom. 1. pag. 545.

§. 15.

Anno 1320. Audinus Archiepiscopi literis evocatus, eadem æstate Egilli Sacerdotis, Ormiqve Thorstanidæ sodalitio stipatus, Norvegiam petiit, Thrundhiemumqve delatus, ab Archiepiscopo summa cum hilaritate excipiebatur. Hic toto tempore Natalitiorum (a) Audinus magnificum celebravit convivium, in qvo Archiepiscopus complures dies contrivit. Qva ineunte festivitate, ipse hospes dolorem circa poplitem sensit, qvi magis magisqve ingravescens, medicorum tandem opem omnino respuit, & per totum corpus diffusus, ad remediorum usum vehementius exarsit. Qvæ tamen ægritudo ne qvicqvam de singulari, qva pollebat, animi præsentia & in convivas lautitia, detrahere valuit. Ipse enim qvotidie sua præsentia eos exhilaravit, usqve dum tandem, epoto Beatæ Virginis scypho, gratiis Deo & Matri Virgini impense actis, præsentibus, ut preces pro se ad Deum funderent, expostulatis, se intra paucos dies e vivis excessurum prædixit. Cumqve optimates donis magnifice cumulasset, orans, ne a convivali festivitate sua fata deterrere paterentur, lectum male firmus petiit, supremaqve constitutione exanime corpus, cum in templo Beatæ Matri sacro, cui præfuerat, condi neqviret, ad ædem ejusdem nomini dicatam Thrundhiemi sitam sepeliendum flagitabat.

§. 16.

Hic, cum extremam unctionem accepisset ab Archiepiscopo, qvem episcopali successione dignissimum censeat, interrogatus respondit: Islandiam qvidem penuria bonorum sacerdotum non laborare, sed coram Deo se testari, neminem æqve ac Laurentium Kalfi filium, muneri suscipiendo esse idoneum, qvem, præter vitam monasticam & religionis observationem, peritia Juris Ecclesiastici magnopere commendet. Pollere præterea ætatis judicii maturitate, non solum ad privilegia ecclesiastica tuenda, sed & ad dioeceseos Holanæ contumaces refrenandos

 aptissi-

(a) Hinc etiam nostri divitiæ & magnificentia intelliguntur. Nam tempus Natalitiorum usqve ad festum Purificationis extendendum esse, inde colligitur, qvod ipse nondum finito convivii tempore decesserit, qvod tamen 9 cal. Februarii accidit. Ipso autem mortuo id in ejusdem parentalia mutarunt amici.

aptiſſimum, qvorum licentia Præſulem, qvi eis non minus ſcienter qvam ſevere imperet, reqvirat. Et qvanqvam Archipræſul priſtinam Laurentii adverſus ipſos pertinaciam, qvam in anathematiſmis declarandis exſeruerit, multum exagitaret, illam tamen offenſionem neceſſitati eccleſiæ cedere debere Audinus aſſeveravit, decereqve, ſiqvam ab illis injuriam expertus fuerit, eandem hac dignitate repenſam deprehendat, nec illi vitio vertendum, qvod ab obſeqvio domini non receſſerit. Hæc magno adſtantium applauſu, & largo utrinqve fletu elocutus, anno 1321, 6. Cal. Februarii, animam exhalavit, cum 7. aut ad ſummum 8. annos in epiſcopatu tranſegiſſet.

Litr. A.

(a) In nomine Domini Amen. Þat ſe öllum mönnum kunnigt. at þá er lidit var frá hingatburdi vors herra Jeſu Chriſti 1315 ár prófudum ver Audun med guds miſkunn biſkup á Hólum fyrir ſiálfra vorra raun ok margra dugandis manna framſögn. hvörſu fagrliga ok heidrliga forſió virduligr herra gódrar minningar Jörundr er næſt var fyrir oſſ biſkup H. Hólakirkiu heſr henne veitt. ok ſiálfa hana ok hennar dætur marg-falldliga prýdt med vitrligri fyrerhyggiu hvadan af er hann ſetti Syſtra-klauſtr at Stad í Reinisneſi fyrr enn Mödruvallaklauſtr. geſande þar til þeſſar eigner medr fullu ſkilriki. Hálfan ſtadinn heima. Haſſteinſtade. Grafer

---

(*) Mortem ejus ad annum 1322 referunt, *Vita Laurentii* Manuſcr. & *Annales Flateyenſes* *Annales* vero *Breviores* ad 1321. Unicam habuit Audinus filiam nomine Oluſam, qvæ primum nupſit Thorſteino, ex qvo Eyſteinum & Thorſteinum, Rufos etiam cognominatos, filios habuit; deinde eam Clemens duxit, & ex ea Vigleikum ſuſcepit. Conf. *Laurentii Vita* Manuſcr.

(a) *Id eſt:* In nomine Domini, amen. Innoteſcat ſingulis nos Audinum divina miſericordia Holanæ cathedræ Præſidem, anno poſt Chriſtum natum 1315, non minus propria experientia qvam frugi hominum teſtimonio compertos fuiſſe; qvanta cum laude & ratione venerabilis noſter prædeceſſor, Jörundus, bonæ memoriæ, Holenſis Eccleſiæ Epiſcopus, curam ejus geſſerit, eandemqve æqve ac filias ejus proſpicienter ornaverit. Non enim tantum Cœnobium Sororibus dictum Stadi Reeneneſenſium fundavit, ſed aliud Mödruvallis erigi fecit, cui, ſc. Reeneſtadenſi latifundia qvæ ſeqvens recenſet Catalogus, adjecit. Dimidium fundi monaſtici, *Haſſteinsſtade*, duo prædia communi

Grafer tvær. Pávastade. Vermslaland hálft. Hiallaland. Skardsá. Hólstöpul. Dadastade. Hóla. Foss hálfan. Brókarlæk hálfan. Hundsnes. Selá hálfa. Hof. Feriuhamar. Kárastade. Hróarsdal. Kelldudal. Backa. Skaurdugil ytra. gekk landsleiga af þessum iördum utan heima ok Haffteinsstödum in summa þriátío ok sex hundrud. So leiddi hann til. med heilum fortölum ok fögrum kenningum Frú Hallberu er sídan vard Abbadís sagds klaustrs oc margar adrar ríkar konur medr miklu gótze at styrkia stadinn ok heilaga reglu ok prýda medr fögrum lifnade. Nú af því at oss sýnest þesse hanns skipan sva hiálpsamlig sem nytsamlig. bæde til sálu ok sæmdar honum ok oss ok vorum löglígum epterkomendum. þó at í nokkrum greinum sýnist hann framarr gefit hafa af Hólastadargótzi enn heilagrar kirkiu lög votta. þá stadfestum ver þessa hanns skipan ok giöf æfinliga. úbrigdanliga halldnum rette sæmd ok lögum heilagrar Hóla kirkiu um biskupstíunder af eignum optnefnds klaustrs. Vitit ok fyrir víst at ver skulum vera þeirra formadr ok áböte þeim ok stad þeirra ok gótze til verndar ok hagenda. Bidium ver vora lögliga epterkomendr Hólabiskupa at þer vendit gódvilia til klaustrsins ok systranna medr ástsemd ok födrligri umhyggiu. fyrirbiódandi hverium manni at kallsa þær edr únáda. hindra edr tálma yfer sogdu gótze af sínum rettindum.

X 3 Væntum

---

muni nomine *Gröf*, *Pavastade*, *Vermslaland* dimidiatum, *Fiallsland*, *Skardsá*, *Holstöpul*, *Dadastade*, *Hóla*, *Hundnes*, *Hof*, *Feriuhamar*, *Kárastade*, *Hroarsdal*, *Kiellduda*l, *Backa*, *Skordugil* ulterius, *Sela*, *Brokarlak* & *Foss*, sed tria postrema e parte dimidia, ex qvorum locatione 144 Joachimicorum summa redibat, si *Haffteinsstade* & portionem in prædio *Stadensi* assignatam de serie expunxeris. Movit itidem speciosis argumentis & pia exhortatione Halthoræ, ejusdem Cœnobii postea Antistitæ, assentionem, una cum aliis, qvas præmio proposito allexerat, fæminis, ad vitam monasticam ibidem suscipiendam, qvæ ceremonias & cultum religiosum, honesta morum integritate perornarent. Hanc igitur ejus tam necessariam qvam utilem dispensationem, qvoniam ipsius pariter ac nostri, nobisqve legitime succedentium famæ ac saluti profuturam videamus, qvamvis cathedræ, præter leges Ecclesiasticas circumscriptæ speciem præbeat, perpetuo ratam & inviolabilem declaramus, salvo jure honore & privilegio Cathedræ Basilicæ Holanæ, decimas ex universis facultatibus laudati Cœnobii Episcopo pendendas exigentis. Et pro certo habebitis nosmet eorundem prædiis possessionibusqve tutandis, Procuratorem & Abbatem fore, simul orantes vos, qvi justo ordine nobis in Cathedram Holensem successuri estis Episcopi, ut Cœnobium cum monialibus benigno favore & paterna cura amplectemini, omnibus prohibentes earum qvietem interrumpere dicteriisve lacessere, sive a jure in concessa bona deterrere. Speramus

Væntum ver ok treystum fastliga at aller þeir góder menn sem til þeirra giöra vel ok vináttusamliga, ödlest af gude siálfum í himnaríke sæmd ok sáluhiálp. enn þeir skulu fá af oss þökk ok afuso. Ok at aller menn verande ok epterkomande viti fyrir víst ok trúi stadfastliga þessa vora skipan settum ver fyrir þetta bref vort inncigli. Datum anno domini prædicto. loco præfato. qvarto nonas Aprilis. ordinationis nostræ anno tertio.

Litr. B.

(b) Virdugligum herra sínum Hákoni med guds nád Noregskóngi hinum korónada senda bændr ok almúgi úr Hólabiskupsdæmi á Islandi kvediu gudz ok vora med audmiúkri þiónustu.

Jesus Christus ambuni ydr fyrer margar ok fagrar rettarbætur sem þer hafit oss gefit ok einkannliga þær sem í því brefi stódu sem Gunnar Rádsveinn ydar hafde til Islands. þó ver hefdum þar minni letta af enn ydar góðvilld hafdi grundvallat. saker þess at virduligr herra Audun Biskup vill þeim med aungu móte samþykkr verda. so sem þat Lögmadr sege lög um sesekter í Kristindómsbálki. ei vill hann ok at sesekternar minnkest í Kristindómsrette sem ydar bref býdr. Her med hefr hann nokkr nýmæli á oss þegnum ydrum þau sem ver vilium ei undergánga. Er þat fyrsta at hann seger

---

ramus & confidimus futurum, ut qvicunqve illis se fautores & amicos exhibuerint, a Deo in regno cælorum compensationem salutis & gloriæ accipiant, a nobis vero gratiam & commendationem; Deniqve qvo universi sive in præsenti sive in futuris seculis hanc nostram constitutionem certam firmamqve retineant, sigillum nostrum appendimus. Datum anno Domini prædicto, loco præfato, qvarto nonas Aprilis, ordinationis nostræ anno tertio.

(b) *Id est:* Venerabili Domino suo Haconi, divina clementia Norvegiæ Regi coronato, diœceseos in Islandia Holanæ incolæ & populares; salutem & obseqvium! compensationem vobis a Jesu Christo pro tot tantisqve in nostram gratiam editis constitutionibus exoptamus. Illis speciatim, qvæ literis per consiliarium vestrum Gunnarum in Islandiam allatis comprehensæ sunt, etiamsi nostræ levationi benigna vestra intentione minus servierint, eo qvod honorificus Episcopus Audinus iisdem adversatur, indignans mulctas in Jure Ecclesiastico definitas juxta mandatum vestrum minui & ad sententiam Nomophylacis distribui, qvi novis præterea indictionibus subditos vestros onerat, qvas admittere nolumus. Prima enim ejus instantia est, qva bonorum ecclesia-

ſeger biſkupinn ráda ega öllu því gótze ſem til kirknanna er gefit eda golldit. ſvo ok tíundum ok ſálugiöfum ok offre. í móti fornum landſins vana. þvíat kirkiubóndinn hefer æfinliga haft allt þat offur ſem minna er enn hundrat. med biſkupanna ſamþykt. kirkiunum til upphelldes ok kennemönnum til koſtar. ok ſvo tíunder allar. Enn ver ſegium at tíundar offret ok ſálugiafernar hafe ſelſt kirkiubændunum til matarverds preſtenum ok til tídakaups er bóndinn greider hvarttveggia. ok þat æfinliga haft ok halldit. ok því vilium ver eigi biſkupanna áform ſamþykkia. Sú er önnr grein at biſkupinn ſeger at kirkiubóndinn ege at ſýna med lögligum vitnum at kirkiunnar ſkullder hafe lagſt í lauſafe ok útiarder. elligar ſeger hann kirkiuna ega fimmtiger hundrud í þá iörd er hún áſtendr. enn ver vilium þat eigi ſamþykkia. Þegar ok at nokkut er kirkiu eignat ſem hún ſtendr á. hefer æfinliga kirkiubóndinn einn vardveitt. þat vill hann preſtum ſínum til hallds veita. Allar þær ſmátíunder adrar ſem at fornu hafa fátæker haft. ok minna er enn evristíund. vill hann parta ſem adrar tíunder í fióra ſtade. verdr þat guds ölmuſum mikell ſkade ok bændum einnin ok þat vilium ver ei þola. Þer hafit fyrerbodit í ydrum brefum at prófaſtar uppdikte nokkrar feſekter med útſetningu af heilagre kirkiu edr ödrum forbodunum. enn vilia ei lögmanns úrſkurdi hlýda.

---

eccleſiaſticorum diſpenſationem ſibi arrogat, ſive decimæ ſive legata ſint, ſive oblationes, ſive deniqve qvocunqve titulo templis obtigerint. Contra atqve ex priſca conſvetudine & Epiſcoporum conſenſu fieri ſolebat, qvasvis oblationes infra 4 imperialium valorem Patrono templorum ad eadem reſtauranda & Perſonas Eccleſiaſticas ſuſtendandas cum univerſis decimis condonantium. Nos vero aſſeveramus decimas, legata, donariaqve Procuratoribus expenſæ loco ceſſiſſe, qvam in alimoniam ſacerdotum & mercedem pro ſacrorum operatione ſolvendam facerent, qvapropter Epiſcoporum decretum recuſamus. Altera eſt, qva beneficia nos oportere contendit, ut idoneis convincant teſtimoniis bona mobilia aut rura procul ſita, pecunia, qvam templa in nominibus habuerint, comparata fuiſſe, ſin minus, eadem in fundo cui affixa ſunt, L. portiones poſſidere. Similiter etiam, cum aliqva pars, ubi templa locata ſunt, ad eorundem uſum pertineat, qvæ curatorum tutelæ ſemper paruit, eandem ſacerdotibus contribuere ſtudet. Decimas minores, qvæ ſicilicl pretium non æqviparant, pauperum ſuſtentationi ante hac deputatas, non ſine eleemoſynarum diſpendio qvadripartionis legi ſubjiciens, qvas novitates cum colonorum damno conjunctas nulli approbamus. Vos præterea literis prohibuiſtis, ne præpoſiti proſcriptione eccleſiaſtica aliarumve interdictionum titulo mulctas pecuniarias in nos contingant, qvi tamen decretum Nomophylacis ſusqve deqve habentes, pro lubitu in nos agere non verentur,

hlýda utan sekta oss ok sækia epter sinne villd. eru slíkar sókner bæde í móti lögum ok landsins vana. þeim sem her hefer gengit í lande med oss. Góde herra Hákon Kóngr! Þat hefer her lítt ok óheiriliga ordit ok tiltekist þá útlender biskupar hafa her þreyngdir verit inní landit í móti landsins vana sem at fornu hefer yferstadit. ok í þeirri samþykt ok ásetninge er skiput var þá heilagr Jón biskup var kosinn af lærdum ok leikum á Islandi. Þat til teikns at biskupar skylldu svo æ kiósast her í landit sídan. bidium ver ydr miúkliga at þer siáit svo til med guds miskunn at ei se lengi saman ágiarn höfdinge ok heimskt fólk. því þar af hefer opt mikil óhæfa sket. Siáum ver ok fyrer at á sárra vetra freste hefr kóngdómrinn her ekki utan erside ok kostnad. enn kirkian allt gótz í landinu med at giöra. Ok því bióðum ver oss ok öll vor málefne í guds valld ok ydvart. bidiande at þer hallder oss vid fornan ok nýan rett þann sem her hefer verit samþyktr at rettu samtake ok styrkia oss til at ver hölldum voru frelse ok födrleifdum. skipande oss öruggt traust svo at ver megum vandrædalaust vors rettar niotande verda.

Gefe þat vor herra Jesus Christus at þer siáet svo fyrer. at allsvalldande gud hafe lof ok dýrd. enn þer sæmd ok heidr. ver ydrer þenarar nád ok nytsemd bæde nú ok at eylífu. Amen.

---

tur, multisqve sanciendis tam consvetudinis huc usqve receptæ qvam legum terminos transiliunt. Rex optime Hacqvine! Extra ordinem & successu e republica alieno factum est, cum exteri Episcopi contra prisca instituta regioni nostræ obtrusi fuerunt, neglecta pactione jam olim confecta, cum Jonas sanctissimus Præsul unanimi clericorum laicorumqve calculo in Episcopum eligeretur, qva conclusum est, ne successio Episcopalis ab indigenis ad extraneos in posterum transiret. Rogamus igitur, qva par est veneratione, divina suffulti gratia providere dignemini, ne avarus princeps in rudem plebeculam diuturna obtineat imperia, ut qvo nefarium sæpiuscule irrepserit malum, probe scientes aliqvot hyemum decursu, bonis per universam regionem censu Ecclesiastico descriptis, nil præter laborem impensasqve Regiæ potestati reliqvum fore, qva de causa res nostras vestræ cum Deo prospicientiæ committimus, orantes, ut leges, tam recentioribus qvam antiqvis legitima approbatione receptas, sartas tectasqve nobis reservetis, & ad libertatem patrimoniumqve nostrum tuendum retinendumqve concurratis, nec non suppetias detis, ut jure concesso frui possimus.

Faxit Dominus Jesus Christus, ut omnia in laudem & gloriam Dei omnipotentis, vestri honorem & commendationem, subditorum vero temporalem & æternam gratiam & emolumentum dirigatis. Amen.



CAP.

Cap. III.

De Laurentio Kalfi filio.

§. 1.

Laurentius Kalfi, natus 1267 (a), usqve ad annum 1283 a Thorarino Sacerdote Vallensi educatus, annum ætatis 16 agens, a Jörundo Episcopo, ludi, qvem Holis aperuerat, literarii alumnis annumerari cœpit, in qvo brevi tantum fecit profectum, ut coætaneis doctrinæ & morum integritatis palmam facile præripiens, aliis informandis præficeretur. Anno 1289, sacerdotio cathedrali initiatus, ita volente Præsule, fasces scholasticos suscepit. Hinc triennio parœciæ Halsensi præponitur, sed rei œconomicæ insvetus, anno vertente Holas ad pristinum vitæ genus lubens remigravit.

§. 2.

Eadem tempestate Sigurdus Hlidensis, Modruvallis occupatis, a Præsule qvantumvis admonitus, renunciare tergiversans, tantam apud eum offensam incurrit, ut Laurentium anathematis in illum fulmen vibraturum, ni statim resipisceret, ad ipsum amandaret, qvi non sine magno labore, tempore hyemali Mödruvallas pedes delatus, Sigurdum post oblatam & ab ipso rejectam pacificationem solenniter nomine Episcopi excommunicavit. Qva de causa minaciter appellatus, vix illæsus

---

(a) *Laurentii Vitam* Islandice satis prolixam & non inconcinne a viro qvodam Ecclesiastici ordinis non indocto, neqve longe post Laurentii mortem conscriptam habemus, ex qva seqventia excerpere visum fuit: Natus est Laurentius, non sine miraculo, ut vult Auctor indigitatus ad 4 idus Augusti, qvi est dies Laurentio sacer, ideoqve infanti Laurentii nomen inditum fuit. Paternum genus ab Helga sorore Snorronis Sturlæsonii celeberrimi Historici, maternum autem ab Illugio, qvi primus Holas sedem episcopalem fecit, derivare videtur. Hicce autem Thorarinus est Kuggus ille cognominatus, qvi Henrico Episcopo fidum qvondam Achatem semet præstitit. Conf. *Sturlunga* lib. 2. cap. 2. *Hist. Jonæ Holens.* & *Arnæ Episc.* cap. 12.

ſus elabitur. Qvo facto Sigurdus via compendioſiori Laurentium antevertens Holas advolat, apud Præſulem contendens, ex ipſius dignitate & officii haut eſſe, Regios ab ipſo taliter exagitari. Qvo Præſulis mentem ita vertit, ut culpa in Laurentium conjecta, qvi ſecus ac imperatum fuiſſet, feciſſet, Sigurdum reconciliatum domum dimiſit. Laurentius autem ſuſcepti itineris moleſtiam, Sigurdi conviciis & Præſulis indignatione compenſatam videns, accedente præterea Jörundi cognatorum & familiarium exagitatione, & indigna, qva qvotidie laceſcebatur invidia, ab ipſo mente alienior, Petri Heidenſis, qvi anno 1293 Holis hyemaverat, comitibus adſcriptus, bona cum Præſulis venia peregre abire cogitavit. Sed anteqvam ſolveret, Skalholtum ad ſalutandum Arnam Thorlaci proficiſcitur, a qvo perhonorifice accipitur, & ut ſemet Juris Eccleſiaſtici, tanqvam ſumme neceſſario ſtudio conſecraret, admonitus, addito de futuro vitæ curſu non vano præſagio, ſumma cum benevolentia dimittitur.

§ 3.

In Norvegiam delatus, per Heidenſem Regi innotuit, qvi doctrina viri captus, menſæ ſacris adhibitum Aulicorum numero inſerere voluit. Ipſe autem gratiis impenſe actis, oblatam benevolentiam, qvo minus hac vice amplecti poſſet, religioſæ peregrinationis neceſitate, qvam Sancto Olao Nidaroſienſi promiſiſſet, excuſavit (a). Hinc anno 1295. Nidaroſiam

(a) Haud minor ad ſalutandum Sanctum Olaum Nidaroſienſem a Norvegis, Iſlandis, aliisqve, concurſus fiebat, qvam ab aliis nationibus ad limina Apoſtolorum, Jacobum Compoſtellanum &c. Hinc illæ divitiæ ſuperbaqve templi cathedralis Nidroſienſis ædificatio, qvæ paſſim in Hiſtoriis ad ſidera usqve tollitur. Laurentius in aula Erici Regis verſans, amicitiam cum qvodam, natione Flandro, nomine *Fyſilier* contraxit, qvi in feſtivitate, qvam Rex in celebratione feſti Natalitiorum inſtituit, ſpecimen dedit ludi, qvem tum temporis *Herbreſt*, ɔ: Strepitum militarem vocabant, cujus nominis ratio ita exponitur: *Ludus ille ideo ſic nominatur, qvia in bello inimici eo territi, ſi ex improviſo edatur, late diſſugiunt, tantum edit ſtrepitum, ut perpauci conſiſtere poſſint; Prægnantes ad ejusdem ſonitum abortum faciunt, ſed viri ex ſedilibus proni ſternuntur, aut ad minimum qvaſi attoniti deficiunt.* A Fyſiliero expiſcari Laurentius potuit, qvatuor rerum ſpecies tantum ſonitum efficere, ſcilicet, *ignem*, *ſulphur*, *ſtupam* & *membranam* ſeu chartaceum qvid, qvod noſtra lingva, *bókfell* inſigniutur.

osiam veniens, exhibitis Archiepiscopo, qvas ab Holensi Præsule acceperat, literis commendatiis, datoqve scribendi peritiæ, eruditionis & poëseos studii specimine, cui magnopere deditus fuit (a), Jurisprudentiæ Ecclesiasticæ ut diligentem posthac operam daret, admonitus, inqve ejusdem domesticorum & satellitum album inscriptus, Johanni natione Flandro, celebri Juris studioso, informandus traditur. Eadem tempestate odia Archiepiscopi & Capituli Nidarosiensis adeo exardere cæperunt, ut ille tandem Laurentii ministerio usus, ipsos solenniter excommunicandos duceret. Qvo Laurentius plusqvam vatinianum sibi apud eos odium contraxit. Archiepiscopus autem præstiti officii memor, ipsum non tantum templo Divi Olai, qvod Nidarosiæ est, præfecit, sed etiam ejusdem Thesaurarium & isthic religiose peregrinantium Pœnitentiarium constituit.

§. 4.

Anno 1307, cum ab Archiepiscopo & Consistorio Nidarosiensi constitutum esset, ut Visitator Archiepiscopali præmunitus auctoritate in Islandiam mitteretur, Laurentius a consultantibus unanimiter,

gnitur. Hæc *Vita Laurentii* Manusc. refert, sed licet scriptor ejusdem ex ipsius Laurentii ore sua hauserit, statimqve post ejus mortem litteris mandaverit, ut ex ipsa historia concludi potest, in eo forte erravit, (nisi artificium qvoddam pyrotechnicum hic saltem intelligatur) qvod papyrum & stupam ad hunc *strepitum militarem* edendum reqviri dicat, cum altero tantum farturæ loco opus sit, sed nitrum omnino excludat, qvod ejus oblivioni & oscitantiæ adscribendum putamus. Nihilominus validum hinc sumi potest argumentum, pulverem pyrium in Europa, imo in Norvegia notum fuisse anno 1294, qvod haudqvaqvam mirandum, cum nunqvam nimis laudatus *GRAMMIUS* in *Act. Societat. Reg. Scient. Havn.* Tom. I. pag. 228. *FELICIS MALLEOLI*, qvi 1456 obiit, testimonium adferat, qvi dicit artem tormentariam infra spatium ducentorum (ut concludi potest) annorum primitus inventum, sive circa annum 1250. Huc etiam facit nomen *Fysilier*, qvod scriptor Vitæ Laurentii nomen proprii Flandri istius fuisse putat, cum revera sit appellativum sclopetarii, cum Gallico hodierno *Fusilier* sono & sensu conveniens.

(a) Tantus fuit versificator, ut ex tempore de qvovis objecto versus pro more seculi fundere posset; cujus specimen dedit cum Jörundo Archiepiscopo certans. Hic enim Laurentium a Poëseos ad Juris Ecclesiastici studium traducturus, talem protulit versiculum: Scisne, qvod *Versificatura nihil est nisi falsa figura?* Cui Laurentius alterum ejusdem farris ex tempore opposuit, dicens: Id qvidem non nego, sed scire puto vestram Excellentiam, qvod *Versificatura nihil est nisi maxima cura.*

iter, utpote ipse Islandus, eruditione & auctoritate pollens, eidem muneri destinatur. Qvi, licet omnem moveret lapidem, ut hoc onus in alium devolveretur, frustra tamen fuit. Qvapropter Biörnum qvendam ex ordine Prædicatorum, pari præditum auctoritate, Archiepiscopo tantum non invito, & ex diviso imperio, nil boni sibi illive pollicente, reliqvis vero Canonicis odio magis qvam amore Laurentii inductis, strenue suffragantibus, comitem sibi elegit. Qvos literis & mandatis Archiepiscopus instruxit. In Laurentium tamen multo pronior, ternas ei chartas seu membranas puras, suo munitas sigillo, qvibus, prout casus aut necessitas exigeret, ex lubitu inscriberet, modo ne id Archiepiscopi ejusdemve officio & auctoritati officeret, ad qvod præsentibus tantum binis ex intimo amicorum collegio jurejurando Laurentium obstrinxerat, clam Biorno tradidit. Qvas ipsum aut adulterasse aut ementitum fuisse, inimici postea calumniati sunt.

§. 5.

In Islandiam translati, Skalholtensem dioecesin sine insigni ulla offensa visitarunt (a); Paucos enim indoctos sacerdotes ab officio removerunt, qvod Arnas Helgonis, tum temporis dioeceseos Præsul, aut patienter tulit, aut omnino dissimulavit. Sed Holanam ingredientes, non eodem modo accipiuntur. Biornum qvidem Jörundus Episcopus peramice, Laurentium vero obliqvo valde vultu aspexit, qvasi is Episcopi nuper cliens, ab ipso educatus & e luto elevatus, eidem jam imperare & insultare gestiret. Qvo factum est, ut Biornus Holis apud Episcopum, Laurentius vero Mödruvallis apud Thordum Halli hyemarent. Igniculum autem in favillis latentem, casus Solveigæ Lopti filiæ, heræ Lönguhlidensis maxime excitavit. Hanc & maritum Thorvaldum Geiri filium invicem dissentientes, sacerdos tribuarius ut connubialem amorem colerent, multoties, sed frustra, monuerat. Hac vero hyeme Die Viridium Solveiga una sui sexus comitata in templo Bajesaënsi sacris ausculta-

(a) Hæc inter primas, si non omnino prima ecclesiastica visitatio per Islandiam instituta, nil boni qvod recitari possit, protulit, & pleræqve eam subseqventes eundem finem sortitæ esse videntur. Plurimi enim proprio magis emolumento qvam publicis necessitatibus velificarunt. Non tamen diffiteor, qvasdam suos habuisse haud contemnendos usus, sed rariores hæ sunt, nigroqve cygno similes.

auſcultatura, inter iter faciendum in amne Hörga ſubmergitur, cujus cadaver Thorvaldus Muncha-Thverá deportari curavit (a), qvo etiam magni pretii legata tranſtulit, non tamen neglecto tetradrachmæ æqvamento templo Bajeſaënſi ex Juris Eccleſiaſtici præſcripto, loco ſepulturæ ſolvendo. Hoc Hildebrandus ſacerdos primum Epiſcopo, ſed fruſtra, & deinde Laurentio detulit, ad ſe munus pertinere, corpusqve in Bajesaënſi cœmiterio condendum eſſe contendens. Laurentius Thorvaldum multum de ea re hortatus, Cadaver Bajesa remittendum aſſeruit, niſi a curione ſepulturam in cœmiterio Munka-Thveraaënſi paciſceretur. Ille autem ejus deciſionem reſpuens, Jörundum arbitrum appellavit. Hildebrandus itaqve, cum omnia fruſtra eſſe cerneret, Laurentium ut Archiepiſcopi vicarium eo ſua ſollicitatione impulit, ut poſtqvam admonitione Thorero Abbati, cætuiqve monachorum de corpore reſtituendo vel parocho placando facta nihil effici vidiſſet, feſto qvodam die in Munka-Thvera præſens, ſententiam, qva cadaver Bajesai terræ mandandum affirmavit, publice pronuntiaret, templumqve Munka-Thveraaënſe ſacris indignum, qvamdiu tale corpus ibidem qvieſceret, judicavit. Abbas confeſtim nil interera de cæremoniis remittens, Jörundo per literas litem expoſuit. Qvi miſſo Sniolfo ſacerdote veniam miſſas, in adventum ſui cauſam cognituri, celebrandi conceſſit. Cum vero Sniolfus Thveraa perveniſſet, Laurentium protinus accerſit, libellumqve, qvo deciſio perſcripta fuiſſet, popoſcit, qvem Laurentius cum nondum recitare abſolviſſet, Abbas aliiqve eundem e manibus ejus ereptum, rupto ſigillo diſcerpſerunt. Ipſum autem cum comitibus e templo limitibusqve ſacris exturbarunt. Theodorus vero Mödruvallenſis, graviori qvod imminere videbatur periculo, eum eripuit.

(a) Qvid Thorvaldum ad hanc legis transgreſſionem, ut uxoris corpus in alieno & legibus vetito ſepulcreto conderet, inconſultis Magiſtratibus Eccleſiaſticis, non facile dicitur. Non improbabilis conjectura eſt, cogitaſſe eum, animam defunctæ, qvæ in notorio & ſcandaloſo diſſidio conjugali, morte repentina perierat, ob ſanctitatem monaſterii & aſſiduas inferias, qvas ab Abbate & Monachis, ingenti illa pecunia ſtipulatus fuerat, mitiorem purgatorii cruciatum habituram, qvam ſi ad vulgare illud templum Bajesaënſe ſepulta fuiſſet. Sed factum ejus contra *Jus Eccleſiaſticum* fuiſſe, patet ex ejusdem Cap. II.

§. 6.

Ineunte vere, Jörundus Biörno comitatus Mödruvallas proficiscitur, ubi inter Thordum Abbatem & Hildebrandum sacerdotem exigua pecuniæ summa delinitum de cineribus Solveigæ eadem, qva recepti sunt, tellure qviete continendis fœdus feriendum curavit. Tanta enim auctoritate erat Jörundus, ut universi diœceseos incolæ ipsius arbitrio lubentissime semet submitterent. Laurentii autem ibidem præsentis nec sententia hac de re reqvirebatur, nec Collega Biörnus jam ipsi, sed Episcopo assentiebatur, in cujus gratiam visitationem per Provinciam Jörundi continuaturum se pernegavit. Consilio itaqve Episcopi, æstate nondum adulta, ab eodem donis mactatus, Norvegiam revisurus discessit, & Nidarosiam 6 id. Septembr. delatus, cum literas, qvas illi Præsul Holensis Archiepiscopo cæterisqve Canonicis perferendas credidit, tradidisset, acta Laurentii non leviter exagitavit, multa eum in Islandia nomine Archiepiscopi promulgasse referens, qvorum authorem nesciverit. Hac ipsa æstate, Gudmundum qvendam sacerdotali dignitate in Norvegiam Jörundus amandat, qvi grandi nummorum pondere ad Archiepiscopum & Canonicos Nidarosienses deferendo instructus, literas de Laurentio acerbe loqventes secum adportat, qvæ fidem minus suspectam fecerunt, utpote ab ipso Episcopo profectæ.

§. 7.

Post discessum Biorni, majoribus difficultatibus Laurentius semet implicitum sentiens, qvod ea qvæ in mandatis intra diœcesin Holanam peragenda habuerat, nondum expedita cerneret. Culpam autem in Jorundum transferre optans, cui nil gratius accidere posse cognovit, qvam ut visitatores ejus Provincia inexplorata redirent, dubius hæsit. Nonnulli amicorum, inter qvos fuit Haflidus Steini, vir spectatissimæ fidei, authores ei fuerunt, ut Biornum socio itinere in Norvegiam comitaretur, caveretqve ne qvicqvam is Archiepiscopo, ipso insciente aut absente referret, neqve ipse, qvamvis nulli Palliatorum secundus esset, Jorundum Holensem vel in minimis læderet. Qvam admonitionem, ut a contrariæ partis studio promanantem, mandata Archiepiscopi deserere nefas ratus, eorum consiliis postposuit, qvi ipsum ad omnia ex præscripto exseqvenda

exseqvenda concitarunt. Qvare visitationem exorsus, cum nihil commode efficere posset, plerisqve Episcopum appellentibus, ejus vero dispensationem respuentibus, Holas se contulit, ab Episcopo flagitans, ut publico Edicto jus hospitii sibi decerneret, ad qvod præstandum se Jörundus nulla officii ratione teneri respondit, cum in discessu Biörni auctoritas ejus exspiraverit.

§. 8.

His talibus utrinqve peractis, festo qvodam die Laurentius templum Cathedrale intrans, ex pulpito, fervido dicendi genere, in perversos Episcopi domesticorum mores, libidine & incestu impurissimum pecus invehitur, consangvineos præsertim Episcopi, qvi ejusdem turpitudinis labem animadversione ecclesiastica non expiaverant, haud obliqve pungens, orationemqve obsecratione conclusit, ut singuli turpi & flagitiosa consvetudine rejecta, honestoris vitæ tenorem ordirentur. Qvam, cum vix absoluta esset, tumultus adstantium excepit, cognatiqve Præsulis eum fœdissimis conviciis protelarunt. Complures præterea inter ipsum Episcopumqve lites hostilis in posterum odii materies accesserunt. Qvibus impulsus, cum sibi nullum amplius successum polliceretur; Norvegiam cogitans, priusqvam solvit, Holas denuo profectus, Episcopum, qvi jam senio langvescens visitandi laborem domestica permutarat qviete, convenit, coram qvo libellum, vitiorum ab incuria & illegitima Episcopi in matrimoniis contrahendis dispensatione profectorum iliadem prolixe exponentem, recitavit, addens, se eosdem Holanæ diœceseos nævos Archiepiscopo detecturum. Qvibus Jörundus perceptis, amice rogavit, positis discordiis, libellum discindat, literasqve mutuæ benevolentiæ indices a se Archiepiscopo perferendas accipiat. Qvæ cum Laurentium majorem jurisjurandi, qvo Archiepiscopo vera de Islandiæ Episcoporum officii administratione relaturum firmaverat, qvam ipsius opum & auctoritatis rationem habentem, nil movere cerneret, confestim prosiliens, occasionem de his ulterius disqvirendi abrupit. Laurentius itaqve destinatum iter exorsus, post longam tandem navigationem, pelagi insvetus, prope festum Michaëlis in Norvegiam venit.

§. 9.

§. 9.

Qvæ dum in Islandia geruntur, Jörundus Archiepiscopus adeo gravi correptus est morbo, ut lecto affixus, omnem rei tam ecclesiasticæ qvam politicæ administrationem in Canonicos Nidarosienses, Eilifum scilicet Kortum postea Archiepiscopum, & Audinum Rufum Holensis diœceseos olim Præsulem, nolens volens devolutam cerneret. Hi rerum potiti, omnibus Archipræsulis amicis servisqve expulsis, unius tantum coqvi & duorum servorum famulitio ægrotanti gratificabantur; pristinæ Laurentii Archiepiscopo in anathematismis sibi denunciandis præstitæ operæ indignabundi, illum ex Islandia in Norvegiam transvectum, scaphaqve egredientem, actutum comprehendendum curant, miserrimeqve exagitatum, ad infamem urbis custodiam, vulgo *Gulskitne* dictam, tenebris, algore & graveolentia abominabilem, inter verbera abripiunt, eademqve foribus ferrea janua munitis includunt, bona autem publicata fisco ecclesiastico Nidarosiensi adjudicarunt. Nec qvicqvam præter libros, prætextu qvorundam ex Clero Islando, eosdem sibi vendicantjum servatos, ultorum manus effugit. Cuncta etiam testimonia, & literarum qvas habuit subsidia ad se transtulerunt. Biduo in carcere absumto, ad se Laurentium in conclave qvoddam compedibus vinctum & sqvalore obsitum deduci jubent, dupliciqve crimine accusant; Primo qvod oblationes Divi Olai Regis, qvas olim procurandas susceperit, turpiter profudisset; Deinde, qvod literis Jörundi Archiepiscopi nomine & sigillo adulteratis usus fuisset, qvibus additi sunt Codicilli Jörundi Holensis eum non leviter diffamantes. Qvam vitiorum seriem ut citra tormenta libenter confiteatur, cum frustra tentassent, aut in Norvegia ab Officiali indictum censuræ genus sufferendi, aut in Islandiam revertendi, Præsule Holano agenda dictitante, optionem illi permittunt. Posterius autem amplexus, in custodiam reducitur.

§. 10.

Seqventi æstate, catenis onustus cum literis Jörundo Holensi adferendis, in Islandiam remittitur. Qvi ut primum Holas devenit, Episcopum adiens, in genua procubuit. Præsul vero totius tragediæ ex literis præmissis gnarus, illi confestim assurgens, proxima sibi sede receptum,

tum, ut illic triduum recreationi impenderet, amicissime invitabat. Qvo transacto, Laurentium & qvosdam sacerdotes publicationi mandatorum, qvæ ab Eilifo & Nidarosiensibus acceperat, interfaturos, in Vestiarium templi convocavit, illiqve, qvid sibi sperandum esset, sciscitanti respondit, dispensationem Collegii monastici obstare, qvo minus sacerdotii functionem ei concredere auderet, utrum vero in suo comitatu morari, an alibi in diœcesi Holana Skalholtensive domicilium sibi constituere vellet, eruditione, qva haud vulgari pollebat, multis profuturo, libenter permisit.

A qvo tempore, seu anno 1309 usqve ad 1313, qvi fuit Jörundo emortualis, partim in Skalholtensi, partim vero Holensi diœcesi, variorum, præsertim monachorum Thyckvabajensium informationi operam impendens, tempus trivit. Tandem anno 1313 Thingeyris sedem fixit, scholæqve, auspiciis Gudmundi Abbatis apertæ præficitur (a), ubi non Abbatem tantum, sed & totum monachorum gregem, multosqve alios egregios viros, ad studia excitavit. Anno 1316. in Ordinis Benedictini, qvi Thingeyris fuit, fratrum numerum cooptatus, ejus Regulas tanto obseqvio & honore coluit, ut ne in minimo qvidem deficeret (b).

§. 11.

(a) Abbas Thingeyrensis Gudmundus fuit eqvidem vir non malus, & licet indoctus, literarum tamen cupidus & amans, ideoqve Laurentium virum doctum, qvi timore chori Nidarosiensis nusqvam tutus agebat, ambabus ulnis accepit; Neqve spes eum de illo concepta omnino fefellit; Nam non solum ipsum Abbatem & monasterii alumnos multo doctiores reliqvit, sed plurimos etiam alios, qvi literarum dulcedine capti, hinc inde ad eum confluebant, iisdem probe imbuit. Qvorum celebriores fuerunt Thordus, Gudmundi Nomophylacis filius, Olaus Hialti, Egillus Ejulfi, Bergus Sokki, aliiqve, de qvibus suo loco dicendum. Conf. supra Tom. 1. pag. 550.

(b) Thingeyrensis monasterii alumnus factus Laurentius Regulæ a Sancto Benedicto suis asseclis præscriptæ semet præbuit observantissimum, nunqvam sine Abbatis venia ex monasterio exiens; nunqvam, ne ipsi qvidem Abbati, tempore summi silentii interpellanti respondit, omnibusqve numeris absolutum monachum præstitit; tantumqve hoc vitæ instituto delectatus fuit, ut filium Arnam duodecennem ad se accersitum, eidem mancipandum curaverit.

§. 11.

Circa hæc tempora Egillus Ejulfi, Laurentii qvondam discipulus, Pastor Cathedralis & Rector scholæ Holanæ factus, Audino Episcopo in paucis carus, ipsi Laurentium reconciliavit. Qvo factum fuit, ut moriens Laurentium successorem nominaret. Qvam Præsulis electionem, prisca seponentis dissidia, Archiepiscopus Chorusqve Nidarosiensis ægre tandem persvasi, ratam esse jusserunt (a), Egillumqve Ejulfi, qvi tum in Norvegia agebat, binas ab Archiepiscopo adferentem literas in Islandiam ad Laurentium miserunt, unas, qvibus ipsi & culpa & pæna antiqvarum offensionum penitus remittebatur; Alteras, qvibus ut rite electo Holanæ dioeceseos Episcopo, qvam primum ad sacram ordinationem accipiendam in Norvegiam se conferret, injungebatur. His acceptis, gratiisqve Deo amplissime actis, Ketillum Satrapam Regium, & Thorsteinum tum temporis dioeceseos Officialem ad se accersivit, qvibus stipatus, Holas advolat, inqve ipso Laurentii festo electionem solenniter proclamari curat. Rebus deinde Oeconomicis maxime ad methodum & modum qvem tenuerat Jorundus ordinatis, visitationem borealis dioeceseos partis auspicatur, & sub autumnum Holas revertens, scholam ibidem aperuit, cui Olaum Hialti filium præfecit. Ineunte autem vere anni 1323 versus occidentem visitationem instituens, omnia qvæcunqve ei a recto aberrare visa sunt, emendare coepit. Vergente tandem æstate, navigium ingreditur. Sed ad Halogalandiam appellens, naufragium qvidem passus est, sociis tamen & magna parte impedimentorum salvis, unde se Nidarosiam ab Archiepiscopo peramanter excipiendus contulit, hyemeqve ibidem in convictu Archiepiscopi transacta 8. Calend. Julii, seu ad festum nativitatis Baptistæ, adstantibus Audfinno Bergensi & Vilhelmo Orcadensi Episcopis af Eilifo ordinatus, eadem æstate domum revertitur, demandatumqve sibi munus summa diligentia administrare aggreditur.

§. 12.

Reliqverat Audinus moriens varias, easqve magni momenti tricas & controversias, ad ipsius enodationem seu jurisdictionem pertinentes, aut

(a) Vid. supra pag. 164.

aut semisopitas, aut omnino intactas, qvas Laurentius sibi in patriam reduci decidendas prævidens, omnia ex Archiepiscopi sententia acturus, de his consuluit. Præcipua harum videbatur incendium cœnobii Mödruvallensis, qvod cum Episcopus monachorum incuriæ imputaret, monasteriiqve restaurationem detractaret, Archiepiscopus vero ne hilum qvidem in prima fundatione mutare volens, monasterium ab Holano, modo inventarium Cathedræ cessisset, reædificandum esse censuit. Sed de hac controversia delegatos judices daturum se promisit, qvod tandem anno 1326 perfecit. Tunc enim Ingemundus Skuti filius, monachus qvondam Mödruvallensis, Norvegia in Islandiam transiens, Archiepiscopi literas adtulit, qvæ Jonæ Halthori filio, Episcopo Skalholtino & Thorlaco Abbati Verensi causam Mödruvallensem, aut legitimo judicio aut pactione terminandi potestatem demandarunt. Qvi extemplo partes litigantes Mödruvallas convocarunt, & post causæ in utramqve partem disceptationem, tandem in conditiones, qvas Fratribus obtulit Laurentius, pactionem literis & sigillis munitam fieri curarunt (a). Cujus præcipua erant contenta, ut exstructo & pro re nata ornato monasterio, additisqve omnibus ad victum & amictum necessariis, Præsul tot fratres ibidem sustendandos curaret, qvot Jörundi primi Fundatoris Constitutio alendos præscriberet, Prioreqve imposito, ipse Abbatem ageret. Qvæ omnia Laurentius magna cura neqve minoribus impendiis sine mora exsecutioni dedit.

§. 13.

Sed non diu duravit hæc pactio, nam anno 1327 fratres acceptæ conditionis pœnitentes, per Ingemundum Skuti filium Shalholtum ablegatum, Jonæ Episcopo Laurentium pactis non stetisse persvaserunt. Qvi Collegam confestim hac de re certiorem faciens, proxima æstate Mödruvallis præsens, controversiam sententia judiciali discreturum minabatur. Qvo accepto, Laurentius, nuntio, mittit cum epistolio excusationis pleno Legatum, qvi semet amicissime purgaret. Capita autem excusationis talia fuisse accepimus: Collegam plus nimis credulum alteri parti aures dedisse. Prius utramqve audiendam, qvam sententiam definitivam pro-

 nuntiandam.

(a) Vid. supra pag. 63.

nuntiandam Archiepiſcopalem illi Collegæqve conceſſam auctoritatem cum prima cauſæ transactione exſpiraſſe. Præterea a pactis nihil a bono & honeſto aberrantibus ſemel unanimiter initis minime reſiliendum eſſe. His Jonas auditis, tantum a gradu ſiſtendo abfuit, ut paullo commotior, venturum ſe nec officio hac in re defuturum minaretur, minarumqve non immemor, binos e Clero Skalholtino rei perficiendæ aptiſſimos Diaconos, qvorum primus tulit Thordus Gudmundi Nomophylacis filius, Laurentii, cum Thingeyris ageret, diſcipulus, Holas miſit. Qvi ipſiſſimo Trinitatis feſto dum Laurentius ſacrorum operatione abſoluta Pontificales veſtes exuit, ſanctum ingrediens veſtiarium, codicillos a Jona Skalholtenſi ſcriptos ipſi exhibendos habere ſe confeſſus eſt. Præſul vero, tanti momenti negotio in aliud talibus tantisqve rebus aptius audiendis tempus rejecto, legatos blanditiis menſæ aliisqve honoribus delinitos dimiſit. Sed Epiſcopo in ſolio poſtridie conſtituto, anniverſariis in templo Holenſi ſacris auſcultanti, præter ſpem ad ſupremum altare apparuit Thordus, ſanctitate loci ſemet tuens, ſatisqve ſonore dicam intonans, qvam præſens herus priſtino ſcripſerat. Qvapropter tantum non attonitus Laurentius ſanctiſſimi miſſatici officii interpellationem prohibere non contentus, ſed abitum parans, ſatellitum in Provocatorem paratiſſimum impetum, qvantum ſua auctoritate temperari potuit, maxime temperavit.

§. 14.

Judices autem in loco & tempore comparentes, Laurentio ſe non ſtatim ſiſtenti, officii abrogationem minabantur, tandemqve præſenti legatorum tractationem objiciens Epiſcopus, ipſius communionem dedignatus eſt. Ille vero ſuam in conventis prioris anni ſervandis integritatem commemorans, Collegam ſententiam contrariam tanto verborum ornatu propugnantem, ut nemini ab æqvo & bono aliena eſſe videretur, minime movere potuit. Deliberatione itaqve cum ſuis habita, ex Præſidum & contrariæ partis ſententia, cœnobii ejusqve poſſeſſionum diſpenſationem, ſtudio pacis & incerti cauſæ eventus, timore, prioris anni pactione abolita, monachis tradidit, niſi Archiepiſcopo aliter viſum foret. Egillo autem Grenjadarſtadenſi, ſibi fidiſſimo & amiciſſimo, legationem ad ipſum obeundam injungit, qvi donis & literis inſtructus in Norvegiam tranſiit. Qvo delatus Laurentii innocentia optimatum Ho-

lenſium

lensium testimoniis probata, ad priorem pactionem confirmandam, posteriore rejecta, Archipræsulem impulit. Skalholtensis vero legatus re infecta non sine domini rubore & stomacho reversus est. Sed dum hi in Norvegia agunt, de monachorum Mödruvallensium prodigalitate certior factus Laurentius, Mödruvallas advolans, armatis impletum monasterium reperit; qvare hac vice discedens, sed biduo post, dispersa rusticorum turba revertens, Thorgeirum Priorem monasterii facultatum rationem reddere denegantem, Steinthoro Sokki filio Dispensatore constituto, omnibusqve pro lubitu ordinatis, Holas, secum adduxit.

§. 15.

Altera ei ab Audino relicta de decimis Thingeyrensibus cum Gudmundo Abbate controversia intercessit. Hanc Electus, nondum autem infula potitus, ea conditione, ut monasterium prædium Hialtabackam, qvod Jörundus addiderat, Audinus vero retractaverat, retineret, transegerat. Sed lite deinde recrudescente, duorum prædiorum Hvammi & Hunstadi adjectione, contrariæ parti satisfecit, qvod etiam suis literis Archiepiscopus confirmavit (a). Idem deinde monasterium Kalfi fratris sui hæredem ex asse scripsit, qvo facto aliisqve ejusmodi in sacros usus expensis, liberalitatis laudem adeptus est. Laurentius præterea qvadringentos octoginta imperiales, ab Auduno monasterio Munkathveraënsi mutuo datos, reqvirere debebat (b). Habuit etiam cum aliis, sed viliores, controversias, qvales fuerunt: Illa cum Sniolfo (c) Sacerdote, qvi Præsulem diu dedignatus, tandem necessitate adactus, ipsi se submittere cogebatur;

(a) Literas ad hanc rem pertinentes calci capitis sub Litr. A. B. C. subjungemus. Primas qvidem, subscriptas a Grimo Skuti filio, qvi tandem trimestrem Episcopum Skalholtensem egit, dictusqve fuit Skurd-Grimus, seu *Lanio*, forte Ingemundi Skuti filii, qvi causæ Mödruvallensis fax & tuba fuit, frater. Conf. supra pag. 58.

(b) Vid. infra ad finem Capitis Litr. D.

(c) Principium harum rixarum a Generali Laurentii visitatione repetendum est (vid. supra §. 5. pag. 173.), qvæ simultates eo usqve processerunt, ut Sniolfus Laurentium Electum osculo salutare dedignaretur, & dudum factum Episcopum in convivio qvodam dicteriis invaderet.

batur; & cum Celebri viro Giſſuro Galle, qvem falſæ poſſeſſionum decimationis examine objecto, ad ſaniorem mentem revocavit (a).

§. 16.

Poſtqvam Cathedram aſcendit, idem vitæ, qvod, dum in monaſterio Thingeyrenſi degit, habuerat; inſtitutum retinuit, nihil fere in qvotidiano victu & amictu mutans aut innovans, ſacrorum ſemper obſervantiſſimus, diſciplinæ Eccleſiaſticæ exactor ſeveriſſimus, morumqve cenſor incorruptus, literarum & literatorum amantiſſimus, in pauperes vero & egenos largus & benignus ſemper manſit, qvo tamen non obſtante, providum ſemper ſe œconomum geſſit. Hinc factum eſt, ut ipſo ſedente omnibus ejus exemplo & admonitionibus ad pietatis & honeſtatis ſtudium accenſis, res eccleſiaſticæ in diœceſi Holana majorem in modum florere inciperent. Poſt reconciliationem cum Eilifo Archiepiſcopo, flagrantiſſima ſemper ejus gratia uſus eſt, qvi anno 1330 Laurentio infulam qvæ Holis pretioſiſſima eſt, duoqve alabaſtra dono dedit, qvæ ille 30 mercium Islandicarum faſcibus compenſavit. Holanum præterea templum & cathedram variis magni pretii donariis ornavit; qvalia fuerunt. Patera Sancti Jonæ Holenſis, Gudmundi effigies, calix, ſcrinium, Textus duo (b), & id genus alia. Anno 1330 morti vicinus Egillo Ejulfi ſucceſſore

(a) Multæ qvidem notæ ſingularis pœnitentiæ & pœnæ eccleſiaſticæ ſignorum ab Epiſcopis diſciplinæ tenacioribus indictorum occurrunt, qvorum coryphæus fuit Thorlacus Thorhalli, Sanctus & ante & poſt mortem vocatus, cujus *Skriftabod*, ſeu leges de pœnis competentibus exſtant. Singulare, autem qvid & non ubiqve obvium legitur in *Hiſt. Laurentii*, qvi indurato urſi corio die cinerum & Viridium inceſtuoſos ſuperinduxit, taliqve affectos contumelia aut exinanitos, affabilitatis ſtatim & menſæ commercio honoravit. Exſtant adhuc in Bibliothecæ A. Magnæi libro pergameno No. 175 in Qvarto Statuta Jörundi, Laurentii & Egillis hac de re, qvæ inde exſcripta vid. ad finem Capitis Litr. E. Giſſurus autem Galle, cum qvo Laurentio fuit de decimatione lis, idem certe eſt, ac cujus mentionem facit *Chron. Norveg.* pag. 834 (rectius 833) ut legati ab Hacone Rege Norvagico ad Fennos miſſi, qvem, ad tributum ipſi diu denegatum expoſcendum, Regia ornatum auctoritate & ſatellitio præmunitum amandavit. Hic eſt ille Giſſurus Galle, qvi Jonæ Calvo ſedecim prædiorum littora donavit, & tandem ad annum ætatis 101 devenit, Giſſuri comitis cognatus & eponymus.

(b) *Textus*, & *Texta* qvid proprie notent pueris etiam notum eſt; ſed hic aliud qvid ſignificare

cessore nominato, & Archiepiscopo literis impensissime commendato, indigenam Episcopum peregrino multo esse utiliorem dicens, conditoqvė testamento, anno ætatis 63, officii 6, ad 16 Kalend. Maji placide obdormivit (a).

Litr. A.

Nostrum Thoreri Abbatis & Grimi Holmensis hoc est testimonium: Thorkillus Trandill sacerdos Thingoris Vatnsdalensium in septentrionali Islandia, ea intentione, ut inibi Cœnobium fundaretur, primus omnium ædificia exstrui curavit, conditoqve mox templo, inaugurationem a Jona primo Holensi Episcopo impetravit. Cumqve nulla, præter fundum in qvo cœnobium constitutum fuit, bona illi adessent, Venerabilis idem Sanctusqve Episcopus in perpetuam Monasterii templiqve conservationem,

---

ficare manifestum videtur; Est autem *Textus* apud Scriptores Histor. Eccl. Rom. 1) Liber seu codex Evangeliorum, auro gemmisqve ut plurimum exornatus, interdum etiam aureis literis exaratus, juxta versus:

Codex auratus, conscripto grammate scriptus,
Auctus evangelicum servans in corpore Textum.

Qvi Pontifici apertus, reliqvis vero clausus, ad osculandum offerri solult, & super qvo, altari imposito, jurare consveverunt; unde forte originem habet jurandi formulæ initium qvod in antiqvis nostris legibus præscribitur, ita incipiens; " Hier legg eg " hönd a helga bók, og sege þad gudi &c. id est: *Hic manum sacro codici imponens, Deo confiteor*, &c. Vid. supra Tom. I. pag. 578. 2) Scriptum qvod fundamenti loco habetur, seu ipsius authoris verba, ita ut hoc sensu *Textus & glossa* seu interpretatio invicem opponantur. 3) Hinc per Metaphoram transferebatur etiam ad alia, ut pictas, sculptas, aut fusas rerum aut corporum imagines, scilicet hanc vel illam Historiam, sæpissime vero aut semper Christum in cruce pendentem, vel etiam librum Evangeliorum & Evangelistas, repræsentantes, qvæ meditabundis aut perorantibus manu contentæ, *Textus* loco inserviebant, & super iisdem qvandoqve etiam jurasse non est vero dissimile; qvales tres ex argento fusæ in templo cathedrali Skalholtino asservantur, qvarum una affabre facta cæteris longe præstat & haud contemnendi pretii est; qvibus similes, aut ejusdem farinæ fuisse *Textus* a Laurentio confectos, non improbabile videtur.

(a) Talis vivens & moriens fuit Episcoporum, qvos intra hanc periodum perpessa est diœcesis Holana, optimus vir, utramqve fortunam expertus, semper pius, obseqvens, paratus, patiens, & ni fata filium vitæ abrupissent, multo longiore vita dignus. Qvi zelum in Generali visitatione nimium ei tribuunt, attendant qvoqve fidum viri ingenium, mandata perfunctorie peragere & dominum fallere nescium.

ſervationem, tantas, qvantæ a 13. parœciis ultra amnem Vatnsdalenſem ſitis redirent, decimas dicavit, easdemqve octo Holenſium Epiſcoporum ſine controverſia Monaſterio ceſſerunt, usqve dum Jörundus Præſul Holenſis nulla legitima actione, ſed propria auctoritate easdem retractavit, nec Abbate Biarno neqve Hoſkuldo ob violentiæ timorem ad Archiepiſcopum deferre audentibus. Ne vero uſucapione cænobium aliqvid damni contraheret, coram viſitatoribus proxime hinc Islandiam intrantibus, accuſatio demum inſtituta eſt, nullo qvidem ſucceſſu ob mutuum eorundem diſſidium. Vidimus itidem decimarum harunce in gratiam cœnobii colligendarum exactores, ipſorumqve hac de re verba audivimus. Ego inſuper Grimus Holmenſis Abbas jurejurando religioſe teſtatus ſum, Dominum meum Archiepiſcopum hoc idem in cœnobium injuriam, Audinum vero ſacerdotem cognomine Bratt publicum latrocinium pronunciaſſe, ideoqve ſigilla noſtra præſenti teſtimonio appendimus. Scriptum apud Vigg feria tertia ebdomade pentecoſtes. Anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo.

Litr. B.

(b) I gudz nafne. Amen. giörum ver bróder Laurentius med gudz miſkunn biſkup at Hólum oc ver bróder Gudmund med ſamre miſkunn Abóti at Þingeyrum þat öllum mönnum kunnigt at þá er lidit var frá burd vars herra 1326 ár þrem nóttum epter Kroſſmeſſu á vorid á Hólum í Hialltadal tókum vid höndum ſaman á þenna hátt. at ek Abóti fyrrſagdr lagdi ok uppgaf fyrir klauſtrit at Þingeyrum fyrer mik ok mina epterkomendr í valld ok ſkipan mins herra Laurentii biſkups um biſkups tíunda mál þat er í millum hafdi farit um ſtund Hólakirkiu ok Þingeyra klauſtrs. ok allar adrar málagreiner. þær ſem ſagdra Stada hafa millum gengit frá upphafe ok til þeſſa dags. under ſlíka gratiam ſem hann villde

(b) *Id eſt:* In nomine Domini amen. Nos Laurentius Dei clementia Holenſis Epiſcopus, & nos Gudmundus eadem gratia Abbas Thingörenſis, ſingulis notum facimus, qvod Holis Anno Domini 1326 pridie nonas Majas, conjunctis dextris; ego prædictus Abbas, cœnobii Thingörenſis, omniumqve mihi in ejusdem præfecturam ſuccedentium nomine, cauſam de decimis epiſcopalibus inter cathedram Holenſem & cœnobium Thingörenſe diu controverſis, cæterasqve qvæ hactenus interceſſerant diſſentiones tali

villde klaustrenu her í mót gefa. iátandi í sögdu handlage at hafa þat fatt ok stödugt æfinliga sem hann villde her um skipa. Enn ek bróder Laurentius Biskup gaf á þenna sama dag klaustrenu til stöduligrar ok æfinligrar eignar alla iördina í Hvammi í Vatnsdal. bæde kirkiuluta ok eignarluta med öllum þeim lunnindum sem hún á ok eigandi hefr at vordit bædi at fornu ok nýiu ok adra iörd er Húnstader heita. Skal klaustrit at Þingeyrum þessar iarder hafa friálsar ok ákiærulausar fyrer oss ok vorum epterkomendum. enn Stadrinn at Hólum vera friáls ok ákiærulaus um biskupstíundamál ok adrar málagreinir þær sem millum hafa farit fyrrsagdra Stada. Væntim ver at Herra Eilífr Erkibiskup mune þessa vora giörd stöduga ok stadfasta hafa. þvíat fyrer skemstu er ver vorum í Norege ok hann vígde oss bad hann í ockrum skilnadi at ver skylldum giöra vel ok sæmiliga vidr klaustrit at Þingeyrum. Ok til stadfestu her um settum vid bróder Gudmundr okkar inncigli fyrer þetta bref er giördt var í fyrrnefndum stad degi ok ári. hiáveröndum Síra Agli. Síra Skúla. prestum. ok sín inncigle fyrersetiöndum. ok Benedict Kolbeinssyne.

Litr. C.

(c) Öllum mönnum þeim sem þetta bref siá edr heyra. sender Eilífr med guds miskunn Erkebiskup í Nidarósi kvediu gudz ok sína. Ver

tali favore, qvasi monasterium amplecti dignaretur, decidendas Domini mei Laurentii Episcopi potestati & arbitrio, qvod ratum inviolatumqve servare pollicitus sum, tradidi addixiqve. Ego autem frater Laurentius eodem die prædium Hvamm Vatnsdalensium ex utraqve parte, sive mibimet sive templo huc usqve peculiari, cum universis præstantiis fructuariis, tam præsenti qvam præterito tempore usitatis, ut & prædium Hunstade, cœnobio perpetuo possidenda contuli. Qvæ duo prædia monasterium Thingörense a nobis nostrisqve successoribus inoffensum sine controversia retinebit, cathedra vero Holensis pristinis discordiis immunis, decimis episcopalibus libere excusateqve perfruetur. Speramusqve hanc nostram dispensationem a Domino Archiepiscopo firmatum approbatumqve iri, qvippe qvi nobis in Norvegia brevi hinc, ordinatione absoluta discessum parantibus, cœnobium favore & benevolentia amplectendum commendavit. Inqve literarum harunce confirmationem qvæ præfato loco die & anno dabantur, præsentibus Benedicto Kolbeinide, Skula & Egillo sacerdotibus, easdem subsignantibus, sigilla nostra appendimus.

(c) *Id est:* Universis ac singulis has literas visuris seu audituris, nos Eilifus Dei gratia Archi-

Ver vilium at þer vited at ver séum ok innvirduliga ſkodudum bref med hángandi innciglum virduligs herra oc andlægs bródor vors Lafranz biſkups á Hólum ok herra Gudmundar Abóta á Þíngeyrum hæilt ok óſkaffet ok í eingum lut grunſamligt. giört á Hólum í Hialltadal þremr nóttum epter Kroſſineſſu um vorit ſub anno Domini 1326 um ſættargiörd þeirra á millum ok Stadanna. Hólakirkiu ok Þíngeyra klauſtrs ſvo vottande. at Herra ábóti fyrrneſndr lagdi á valld ok ſiálſdæmi Herra Laurentii biſkups ok iátadi.med handlage ok fullu laga ſkilorde ſik ſkyllda ſtödugt ok ſtadfaſt hafa ok ſína epterkomendr þat ſem hann villdi giöra ok ſkipa um kirkiutíundamál þat ſem leingi hafdi dæillt verit millum Stadanna fyrrſagdra ok allar adrar málagreiner þær ſem þar í millum hafa farit til þeſſa tíma. gaf á þann ſama dag herra biſkup ádrneſndr Stadnum á Þíngeyrum þeſſar iarder. alla iördena í Hvammi í Vatnsdal bæde kirkiuluta ok eignarluta ok adra iörd er Hunſtader heita. hvaratveggia friálſa ok ákiærulauſa fyrir hvörium manni med öllum lutum ok lunnindum þæim ſem til þeirra eigu at liggia at fornu ok nýiu á þann hátt at Stadrinn á Hólum ſkal vera friáls ok ákiærulaus um alldr ok æfidaga um biſkups-tíundamál ok adrar málagreiner þær ſem millim hafa farit fyrrſagdra Stada. Ok af því fyrrgreindr Herra Biſkup ok Abóti beidduſt af oſs ſtadfeſtu brefs

---

Archiepiſcopus Nidroſienſis Dei & ſuam ſalutem ſempiternam. Noveritis, qvod literas cum appenſis ſigillis venerandi & in Chriſto dilecti Fratris Domini Laurentii Epiſcopi Holenſis & Domini Gudmundi Abbatis Thingörenſis datas Holis in Hialtadal tribus noctibus poſt feſtum inventionis crucis ſub anno Domini 1326 penitus incolumes nec interpolitas, nec ab ulla parte ſuſpectas, viderimus & diligenter inſpexerimus, qvæ contractum inter eos, ſive curiam Holanam & cœnobium Thingörenſe continent, hujus tenoris; ut ſupra laudatus Dominus Abbas, Domini Laurentii Epiſcopi poteſtati & arbitrio committat, data ſtipulatione ex expreſſo Juris Canonici præſcripto, ſe ſuosqve ſucceſſores, ejus circa litem, qvæ cathedram & monaſterium diu interceſſerat, decimas templi concernentem, ut & reliqvas controverſias huc usqve durantes, ſententiam firmam ratamqve habituros. Eodem hoc die, prædictus Dominus Epiſcopus hæc prædia monaſterio Thingörenſi adjecit, imprimis totum fundum Hvamm in Vatnsdal, qva ſuum & cathedræ peculium & aliud prædium Hunſtade dictum, utrumqve juſte ac libere poſſidendum, cum omnibus ſuis Juribus & pertinentiis habitis & in futurum habendis, ea conditione, ut cathedra Holana perpetuis temporibus a litibus circa decimas epiſcopales & reliqvis, qvas cathedra cum monaſterio reciprocavit, controverſiis, libera maneat & immunis. Et qvia prædictus Dominus

brefs her fyrir. samþyckium ver stædum ok stadfestum þessa sáttargiörd hvörutveggia ok þeirra epterkomande. sem nú er sagt. til óbrigdiligrar eignar ok samþyktar. Ok til sannz vitnisburdar sættum ver vort inncigle fyrer þetta bref er giört var í Nidarósi sex nóttum fyrir Hallvardsmessu anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono.

Litr. D.

(d) Ollum mönnum þeim sem þetta bref siá edr heira. sender Stephan prestr Gunnlaugsson kvediu guds ok sína. Ydr se kunnigt at þá er lidit var frá hingatburd vors herra Jesu Christi 1330 ár tók ek í umbode míns virduligs herra Laurentii Hólabiskups land á Gudmundarstodum fyrer tuttigu ok fimm hundrud jarder. þar med í ödru lage er herra Bergr Abóti lauk Hólakirkiu í þá hundrad hundrada skulld er nefndr Laurentius biskup, heimti uppá klaustrit epter reikninge Audunar biskups forverara sins. Ok til sanninda greindrar medkenningar so mikillz gótz af Múkaþverá setta ek fyrer þetta bref mitt inncigle er giört var í Eyafirde í Saurbæ tertio Nonas Julii.

---

minus Præsul & Abbas hac de re literas confirmationis a nobis expetebant, hanc transactionem, utriqve & utriusqve successoribus, dicto modo ratam firmamqve servandam approbamus, stabilimus & confirmamus, in cujus rei verum testimonium præsentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Nidarosiæ sex noctibus ante festum Hallvardi, anno Domini 1329.

(d) *Id est:* Omnibus has literas visuris vel audituris, Stephanus Presbyter filius Gunnlaugi, Dei & suam salutem mittit. Vobis notum esto, qvod translapsis a nativitate Domini nostri Jesu Christi mille, trecentis & triginta annis, venerabilis mei domini Laurentii Episcopi Holensis vice, fundum Gudmundarstados pro viginti qvinqve hundredis, pretium prædiorum, acceperim, & præterea qvæ Dominus Bergus Abbas ecclesiæ Holanæ persolvit, ad liberanda centum & viginti hundredarum nomina, qvæ dictus Laurentius Episcopus, ex Prædecessoris sui Audini Episcopi computo, monasterium postulaverat. Et in tantæ summæ de (monasterio) Munkathvera (solutæ) confessionis testimonium, his literis, Saurbæi in Eyafiordo, tertio nonas Julii, scriptis, sigillum meum appendo.

Litr. E.

(e) I guds nafne amen voru þvílik bodord ſkiputh af herra Jorunde Laurentio oc Agli Holabiſkupum ok bodith prófoſtum, ath þeir ſkylldi ſvo bióda ſkriptamaunnum ath hallda, þeim ſem brotliger verda in qvarto gradu conſanguínitatis vel affinitatis ſeu in conſimilibus. Vatnfaſta tuttugu nætur vid vatn ok braud, edr annath iardar alldin edr merkr ſtycki ſkreidar, ef alldin er eigi til. ok ſyngi *pater noſter pſaltara* med hvorri vötnunar nott. ok falli á kne vid hveria *pater noſter*. ſtanda utan kirkiu um lángafauſtu ok Jólafauſtu ok i gagnfauſtum. en hafa kirkiu helga daga. hallda gagnfauſtum hinum minnum hit fyſta ár. á þann hátt ath hafa einmælt hvítan mat a mánadaga ok midvikudaga. ok ſyngia *pater noſter* fiö ſinnum med knebedia falle, ok níuſinnum *ave maria*. A.audru áre minnazt en gagnfaſtna ath hafa einmælt á midvikudaga. ok ſyngia þá en fimſinnum *pater noſter* med knefalle. a þridia áre minnazt enn gagnfaſtna i bænahallde ok ſyngia fim *pater* med *ave maria*. ſieſekt tólf aurar.

Item in tercio & quarto gradu conſanguinitatis. uel affinitatis uel in conſimilibus ſkal bióda þriatíu nátta ath uatna med ſuo myklu bænahalldi ok knebediafaullum ſem fyrr ſeger fiogurra ára ſkrift. ſeſekt epter þuí

(e) *Id eſt*: In nomine Dei amen. Hæc præcepta ſancita ſunt a Domino Jörundo, Laurentio & Egillo Epiſcopis Holenſibus, & Præpoſitis injuncta, ut pœnas condignas exantlaturis ita præcipiant; delinqventibus ſcilicet in qvarto gradu conſangvinitatis, vel affinitatis, ſeu in conſimilibus: jejunium aqvæ per viginti noctes in aqva & pane vel aliis frugibus terræ, vel his deficientibus in ſemilibra piſcium areſfactorum, & qvavis nocte jejuna, *pater noſter* & *pſalterium*, ad qvodvis *pater noſter* in genua procumbentes, recitanto. Extra templum per tempus qvadrageſimale, Adventus, & jejunia ſolida (ſalutaria) conſiſtentes, feſtis tamen diebus templo fruuntor. Jejunia ſolida minora per annum proximum obſervanto, ita ut diebus Lunæ & Mercurii lacticiniis ſemel per diem veſcantur, & *pater noſter* ſepties, in genua ſimul procumbentes, & *ave Maria* novies, recitent. Anno hunc ſeqvente jejunia ſolida, diebus Mercurii ſemel tantum cibum ſumendo, ſimulqve *pater noſter*, in genua procumbentes, qvinqvies recitando, obſervanto. Anno tertio jejunia ſolida recitatione precum obſervanto, & qvinqvies *pater* una cum *Ave Maria* recitanto. Mulcta duodecim oræ.

Item in tertio & qvarto gradu conſangvinitatis vel affinitatis vel in conſimilibus irrogandum eſt jejunium in aqva per noctes triginta, una cum tanta celebratione precum & genuflexionibus, qvanta in ſupra memorata condigna qvatuor annorum pœna

þuí sem *kristinn rettr hinn nýi* seger. Item pro simplici adulterio uel in tercio gradu consanguinitatis uel affinitatis uel in consimilibus. skal bióda karinu. eru þat fiórertiger nátta. ok lesa *pater noster psaltara* med knefalle suo mart. seau ára skript. halldi gagnfaustum hinum meirum um þriú ár. á þann hátt ath hafua einmælt huítan mat á mánadaga en þurran mat á miduikudaga. vatnfasta á faustudaga. Enn minnazt gagnfastna um fiogr ár á þann hátt. ath hafa einmælt á mánadaga ok miduikudaga. ok þurran mat á faustudaga í öllum gagnfaustum. ok skal þath halldazt um þriú ar. en fasti miduikudag á hinu seunda ári. syngi *pater noster psaltara* med huerri uiku á þeim fiórum árum. Item skal bióda at standa utan kirkiu á fysta ári alla tíma fyrir suma. Vm jól fram yfer hinn átta dag. frá skírdegi fram yfuer páscha uiku. suo huítadaga. Item annath ár hafui kirkiu öll duplicia festa hith þridia ár hafui kirkiu alla sunnudaga utan um lángafaustu. jólafaustu. ok gagnfaustur. en fiogur ár upp þadan hafui kirkiu alla tíma. nema standi utan kirkiu helgar á medal um lángafaustu ok jólafaustu. eru slíker hluter sub arbitrio judicis ath skipa um kirkiugóngur ok gera slíkt epter atuikum. þuíath ef skriptamadr er bóklærdr

pœna locum habet, mulcta (autem) pecuniæ (irrogetur) ex præscripto *Juris ecclesiastici recentioris*. Item pro simplici adulterio vel in tertio gradu consangvinitatis, vel affinitatis, vel in consimilibus carenæ sunt irrogandæ: illæ vero durant per noctes qvadraginta, & toties *psalterium, pater noster* cum genuflexione recitetur, pœna condigna per septem annos; jejunia scil. solida majora per tres annos observato, ita ut diebus lunæ semel cibo lacteo vescatur, diebus autem Mercurii cibo sicco, diebus Veneris jejuniis in aqva indulgeat. Per qvatuor adhuc annos jejunia solida ita observato, ut non plus qvam vice simplici diebus lunæ & Mercurii comedat, die vero Veneris per integrum jejunium solidum cibo sicco vescatur, qvod etiam per tres annos continuandum est. Septimo autem anno qvovis die Mercurii jejunato, *psalterium, pater noster* semel qvavis hebdomade per qvatuor illos annos canat. Ei etiam imperandum, ut extra templum maneat omnibus diebus qvibusdam tamen exceptis; per festum scil. nativitatis Christi ultra diem circumcisionis, a die viridium & ultra septimanam paschatos, ita & festo pentecostes. Item secundo anno templum festis duplicibus intret, tertio anno omnibus diebus dominicis, præter eos qvi tempore qvadragesimali, adventus, & jejuniis solidis incidunt; per qvatuor exinde annos templo semper fruitor, diebus vero profestis per jejunium qvadragesimale & adventus extra templum maneto, ejusmodi autem res sub arbritio judicis sunto, cui de freqventationibus templi habita circumstantiarum ratione, judicium ferendum est; nam si is, cui pœna irrogatur, fuerit ex libro recitandi doctus & sacerdotem vel in sacris

ok ſtydr hann preſt í tídum edr meſſu. þá er tilheyriligt ath hann hafui kirkiu helga daga ok í huern tíma ſem hann ſýngr med preſtum.

Item cognacio ſpiritualis. þath eru ſifuiar ef madr helldr barni mannz til ſkírnar. edr undir biſkups haund. ok er þath a þriá uega uidr barnith faudr ok módr barnſins ok uidur þann ſkírer epter þuí ſem *kriſtinn rettr hinn nýi* ſeger. fyrer þeſſar ſifuiar á ath ſkripta ſem fyrer einfalldan hórdóm. karínu. utan ueniulikt er uægia epter atuikum vm tíu nætur.

Item ef preſtur fallerazt med ſkriptadóttur ſinne. Item þýngra ef preſtr fallerazt med þeirri konu ſem hann hefer ſkírt barn hennar. Item þýngtz ef preſtr kemur í bland med þá konu ſem hefir ſkírt. ok liggia þar til tuer karínur.

Item ef madr uerdr opinber in dupplici adulterio uel conſangvinitate in tercio gradu duppliter. þath er ath ſkilia ef þau eru ſyſkinabörn ath frændſemi þar fyrir ſkal bióda karinur tuær med *pater noſter* ſuo mörgum ok knebedia follum fiórtán ára ſkript. halldi gagnfauſtum hinum meirum um ſex ár. hafa kirkiu um jól ok páſka ok huítaſunnu ok önnur ſtærſtu hauld um fyſtu tuo ár. en önnur tuo ár poſtulameſſur. þá

---

vel in miſſa adjuverit, conveniens eſt, ut templum diebus feſtis & omni, qvo cum ſacerdotibus cecinerit, tempore, intrare illi concedatur.

Item cognatio ſpiritualis. Cognatio (ſpiritualis) eſt, qvando qvis infantem vel baptizandum vel confirmandum ſuſcipit, idqve triplici inter infantem, patrem & matrem ejus, atqve baptizantem, ratione fit, prouti *Jus Eccleſiaſticum recentius* teſtatur. Pro (violatione) hujus cognationis (ſpiritualis) eadem ac pro ſimplici adulterio pœna condigna infligenda eſt.

Item ſi ſacerdos cum fœmina qvæ ipſi confiteri ſolet, rem habuerit. Item gravior (pœna) ſacerdoti, ſi cum muliere, cujus infantem baptizavit, rem habuerit, irrogetur. Item graviſſima modo cum fœmina, qvam baptizavit ſacerdos, conſveſcat, tunc duæ carenæ ei irrogantor.

Item ſi qvis manifeſtus fiat in duplici adulterio, vel conſangvinitate in tertio gradu dupliciter, id eſt ſi qvoad conſangvinitatem conſobrini fuerint, tunc carinæ duæ unacum tot (recitationibus) *pater noſter* atqve genuflexionibus irrogentur, condigna per qvatuordecim annos pœna durat. Jejunia ſcil. ſolida majora per ſex annos obſervantor. Primis duobus annis templum feſto nativitatis Chriſti, paſcatos, & pentecoſtes, ut & diebus maximis ſolennitatibus dicatis, intrato. Proximo biennio in feſtis apoſtolorum, poſtea diebus dominicis, exceptis iis qvi tempore qvadrageſimali

þá sídan sunnudaga utan faustutíma enn tuo ár. Ok þá sídan skipizt secundum arbitrium judicis. þiónostubann um þriú ár hinu systu samfast. lúka sex merkr í sakeyre.

Item pro homicida uoluntario skripta þriár karínar. hina systu uatnfasta sunnudaga í medal vidr uatn ok braud. edr merkr stycki af skreid. halda adra karinu ath uatnfasta miduikudaga ok faustudaga ok taka suo saman nætur. *pater noster* psaltara ok knebedia faull skulu fylgia huerre nótt. Hina þridiu karínu skal telia saman nætr. þiónostu bann um þriú ár. lúka níu merkr í sakeyre.

Item pro homicida casuali setizt skript sem pro adulterio simplici. karínu ok þriggia marka sekt.

Item si monachi vel canonici regulares manifesti fiunt in crimine notorio incontinencie skal þeim skripta suo sem pro homicidio uoluntario ok slíka skript skal setia þeim konum sem þeir uerda brotliger med.

Item si rapitur sacrum de non sacro. uel non sacrum de sacro loco. skal setia skripter suo sem pro simplici adulterio. Sed si rapitur sacrum de sacro loco. skripti suo sem pro dupplici adulterio.

Item

---

mali incidunt, adhuc per unum biennium (sacra in templo audito), postea vero secundum arbitrium judicis cum eo agatur, per tres primos annos ab usu sacræ cænæ excluditor. Mulcta sex marcis persolvitor.

Item homicidæ voluntario pœna trium carenarum irrogetur, qvarum prima talis sit, ut diebus tantum dominicis exceptis, in aqva & pane vel frustulo piscis arefacti dimidiam libram ponderante jejunet. Secundam carenam ita observato, ut in aqva diebus Mercurii atqve Veneris jejunet, noctibus etiam conjunctim sumtis; recitatio psalterii & *pater noster*, ut & genuflexiones qvacunqve nocte fiant. In tertia carena noctes sunt etiam numerandæ. Per tres (præterea) annos ab usu mediorum sacrorum prohibitus esto, novem marcarum multam pro delicto solvat.

Item pro homicidio casuali eadem ac pro adulterio simplici pœna condigna irrogetur, carena scilicet & trium marcarum mulcta.

Item si monachi vel canonici regulares manifesti fiunt in crimine notorio incontinentiæ, eadem ac pro homicidio voluntario pœna condigna iis irroganda, qvam eandem pœnam fœminæ, cum qvibus consveverant, exantlanto.

Item si rapitur sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro loco, eadem ac pro adulterio simplici pœna condigna irrogator. Sed si rapitur sacrum de sacro loco, uti pro duplici adulterio pœna condigna infligitor.

Item

Item pro uiolatoribus ecclesiarum uel cimiteriorum in sanguinis uel seminis effusione. skal skripta sem pro dupplici adulterio ok lúka fimtán merkr heilagre kirkiu ok biskupinum þeim sem hreinsar kirkiu edr kirkiugard.

Cap. IV.

De Egillo Ejulfi filio.

§. 1.

Egillus Ejulfi anno 1295 incerto loco natus, non sine eruditionis per Laurentium acqvisitæ laude, ut rebus ante episcopatum præclare gestis celebris, in vitis prædecessorum Audini & Laurentii commemoratur. Primo enim sacerdotii anno, ætatis scilicet 21 ab Audino ludo literario Holis aperto præfectus, laudabili opera favorem Episcopi adeo sibi conciliavit, ut ab itinere Norvegico in gratiam Præsulis suscipiendo ventorum importunitate aversus, Episcopum & Laurentium invicem diffidentes prudenti auctoritate in gratiam reducere potuerit. Præsulqve eum Norvegiam anno 1320 visurus, comitem sibi adjunxerit. Unde biennio post, cum literis, Laurentium in defuncti Audini locum sufficientibus, reversus, præceptorem denuo, consecrationem accepturum, peregre comitatus est, & beneficium præbendæ Grenjadarstadensis ab Archiepiscopo nactus, in patriam anno 1324 remigravit. Continuo hinc sexennio, qvo Laurentius Episcopatum gessit, singularem ei fidelitatem & indefessum in negotiis exseqvendis studium præstitit, præsertim cum summa vigilantia & probabili oratione decisionem controversiæ Mödruvallensis, votis Laurentii congruentem, ab Archipræsule impetraret.

§. 2.

Item pro violatoribus ecclesiarum vel cimiteriorum in sangvinis vel seminis effusione, pœna uti pro dupplici adulterio condigna imponitor, & sanctæ ecclesiæ & episcopo, qvi templum vel cœmeterium mundat, qvindecim marcæ solvuntor.

§. 2.

A Laurentio morti vicino successor denominatus, anno 1331 ad exteros insulæ reportandæ causa abiit, seqventiqve anno cathedram ascendens, episcopatum a rara vitæ honestate mox auspicatus est; jejunii & precum observantissimus, modicaqve inter epulas potione, qvas semel qvotidie sibi parari fecit, nunqvam non contentus, ab avaritia alienus, largitiones inter visitandum, Episcopis citra repulsam offerri solitas respuens, pecuniam mulctatitiam a Procuratore collectam, possessoribus reddi jussit, reditusqve ex Provincia pendi debitos, in tres portiones dispertitus, unam templis, alteram mendicis, hæredibus tertiam tribuit. Commendabat eum præter insignem rerum tam civilium qvam ecclesiasticarum scientiam, incorrupta in judiciis exercendis æqvitas. Ab avaritia licet esset alienus, non tamen cathedram Holensem locupletandi studium omnino neglexit (a).

§. 3.

Anno 1334 Vigfus qvidam sacerdos, literas a Nuntio Apostolico in Norvegiam allatas, nostratibus tradidit, qvæ utrumqve ad reddendam de Denario Petrino rationem in Norvegiam evocarunt; sed cum Olaus, qvem suo loco Egillus itineri destinaverat, eadem æstate abnavigare non posset, Sniolfus sacerdos, qvi diu in Norvegia egerat, proximo anno ejusdem negotii gratia aderat, & denarium ex tota diœcesi Holana

(a) Non tantum mobilia, ut libros, vestesqve sacras, sed & immobilia, ut fundos, præsertim vero littora qvæstuosa, qvæ a nobili viro Kolbeino Thordi filio coëmta, cathedræ adjecit, tantundem etiam Paulus œconomus Reinestadensis monasterio ab eodem coëmit. Prædia Frostastados & Skalaa ab Arnoro Frostio coëmit, ut testimonium ad finem Cap. Litr. A. adferendum docet. Thorarna suum assensum Kolbeini tribus post noctibus præbuit, qva de re tabulis conscriptis testimonium laturi subscripsere Rafnus Jonæ & Jonas Biarnii. Ne retractus villæ Frostastader in suum damnum vergeret, Episcopus cavebat sponsione Brandi Magnatis de Höfdo. Literis hac de re, qvæ sine die & anno fuere, subscripsere testes Einarus filius Haflidii & Gudmundus sacerdotes, Ejulfus & Ericus, laïci.

Holana collectum, Paulo Archiepiscopo in Noryegiam reversurus, jussu Egilli optimatumqve tradendum abstulit (a).

§. 4.

Anno 1335 Egillus in Norvegiam transiit, ibiqve tempestatibus, reditum denegantibus, biennium mansit. Anno 1340 Rafn filius Jonæ duabus noctibus post festum Litaniarum (gagndaginn eina) ejus æqvitati & arbitrio litis de terminis prædii Thveraa & vicinarum ad templum Holense pertinentium villarum, decisionem commisit. Anno 1341 Canonicus Nidarosiensis, nomine Aslakus, Generali visitatione functurus in Islandiam mittitur; sed hyeme transacta, Cathedras Episcopis viduatas reliqvit. Egillus enim pridie idus Aug. supremum diem clausit, natus annos 46, post decennalem episcopatus administrationem, cujus defuncti desiderium, successorum extraneorum insolentia non mediocriter auxit (b). Officialem vero Holanæ dioeceseos hoc viduitatis tempore egit Einarus Haflidi filius (c).

Litr. A.

(d) I gudz nafne. Amen. Giörum ver Þorvardr. Olafr. Kolbeinn. Einar. Gudmundr. Orn. Sveinn. Vermundr. Arni. Þat öllum mönnum kunnikt. at vær sáum handatekt virduligs herra Egils biskups ok Arnors Frosta. med því skilyrdi at Arnór selr alla Frostastadi ok Skálaá med öllum þeim hlunnindum sem hann erfde epter födr sinn. Skyllde hann taka

(a) In cujus rei testimonium Syngraphus sacerdotum, Bödvari Thorstanidæ & Thorvardi Grimsonii, datus Holis, pridie idus Majas 1365 ad finem Cap. Litr. B. adferetur.

(b) Tantilla qvæ de Egillo notavimus, ex *Vita Laurentii* Manuscr. & *Annalibus Flateyensibus* & *Brevioribus* depromta sunt.

(c) *Annales Holenses* & *Skalholtenses*.

(d) *Id est:* In nomine Dei. Amen. Nos Thorvardus, Olafus, Kolbeinus, Einarus, Gudmundus, Örn, Sveno, Vermundus, Arnas, omnibus notum facimus, qvod conjunctionem dextrarum venerabilis Domini Egelis Episcopi & Arnoris Frostii vidimus, ea conditione factam, qvod Arnor totum prædium Frostastados & Skalaa, unacum omnibus eorum emolumentis, in qvæ post patrem suum jure hæreditatis successit, vendat;

taka fyrir þann helming iardanna sem herra biskup hafde aptr gefit hönum. konu hanns ok módr í lausafe. voru þat tíu kúgilldi ok hálft þridia hundrat ok tuttigo söluvirdt. enn í móti hinum hlut iardarinnar skyllde hann taka hálfa iörd á Breid ok virt úr tíu hundrada skulld vidr Brand er þar átti í tíu hundrada ílag. ok her enn ofaná hálft þridia hundrad. Skyldi herra bisbup aptr Stadnum hálfa iörd á Breid ef kóngrinn kalladi ser nockud í Frostastödum. Fekk hann þá ok Kolbeini Rádzmanni sínum umbod til at taka handsöl af Þórörnu húsfreyu Frosta á sögdum iördum er þau fundust. Ok til sanninda her um settum ver fyrrnefnder menn fyrer þetta bref vor inncigle.

Litr. B.

(b) Ollum mönnum sem þetta bref siá edr heyra senda Bödvar Þórsteinzson ok Þórvardr Grímsson prestar kvediu guds ok sína. Ydr se kunnikt at vid vorum í hiá. sáum ok vissum fyrer full sanninde at öll sú páfatíund er fallit hafdi sexennalis af biskupinum á Hólum ok öllu Hólabiskupsdæmi á dögum virduligs herra gódrar minningar herra Auduns biskups Þorbergssonar. ok fyrer voru skipader Collectores yfer Síra Sniólfr Sumarlidason ok Síra Þórsteinn Illugason. var afhent. útlukt ok í skip lögd á dögum herra

vendat; pro dimidia autem prædiorum parte, qvam Dominus Episcopus illi, uxori ejus & matri reddidit, bona mobilia, decem scilicet vaccarum æqvamentum, & viginti duas hundredas cum dimidia, ad pretium mercium æstimatas, acciperet, pro residua vero prædii parte dimidiam villam Breid, demtis prius decem hundredarum nominibus, Brando, qvi in dicta villa decem hundredarum sortem possedit, solvendis, prætereaqve duas hundredas & dimidiam acciperet. Dominus Episcopus dimidium fundi Breid, si qvam Frostastadorum partem Rex sibi vendicaret, cathedræ cessuram postulavit. Tum & Kolbeino suo dispensatori mandatum dedit, ut ab uxore Frostii Thorarna, qvando illam conveniret, de dictis villis assensum stipulata manu acceptaret. In qvorum testimonium nos prædicti viri his literis sigilla nostra appendimus.

(b) *Id est:* Omnibus has literas visuris vel audituris Bödvar filius Thorsteini & Thorvardus filius Grimi sacerdotes, suam & Dei salutem mittunt. Vobis notum esto, nos præsentes fuisse, vidisse, & certe scivisse, qvod omnis denarius Petri sexennalis, qvi ab Episcopo Holensi & tota dioecesi Holana diebus Venerabilis Domini, bonæ memoriæ Domini Audini filii Thorbergi expendendus erat, cui Sniolfus filius Sumarlidii & Thorsteinus filius Illugonis Collectores præfecti erant, persolutus, numeratus & navi

herra Laurentii bifkups ok í hendr fengin umbodsmönnum Herra Eilífs Erkebifkups af Nidarósi þeim er þar fýndu fkilríke til Berge Jónsfyne ok Biarna Selhrygg. So ok ei fídr viffum vid forrædt pávatíund. at var logd um daga Herra Egils Hóla bifkups fór öll fram til Noregs med Síra Sniólfi ádrnefndum. er lögligt umbod hafdi til at afhenda bifkupfins vegna. ok allra lærdra manna í fogdu bifkupsdæmi. ok hann afhendti hana í hendr virduligum herra Páli Erkibifkupi. Ok til fanninda her um fettum vid fyrrnefnder preftar okkar inncigle fyrer þetta bref giört á Hólum in fefto Hallvardi Martyris anno Domini millefimo trecentefimo fexagefimo qvinto. Vilium vid þetta med eidi fanna ef þurfa þyker.

CAP. V.

De Ormo Aslaki filio.

§. I.

Anno 1343 Ormus Aslaki e focietate monachorum Stafrangenfium, Cathedræ Holenfi præficitur (a), qvi ut primum naufragus & facta 18

& navi commiffus fuit diebus Domini Laurentii Epifcopi, & procuratoribus Domini Eilifi Archiepifcopi Nidarofienfis, Bergo Jonæ filio, & Biarnio Selhryggo, qvi mandata ad hanc rem authentica monftrarunt, traditus fuit. Nihilo fecius denarii Sancti Petri, qvi diebus Domini Egelis Epifcopi Holenfis accidit, exqvifitam curam habitam fuiffe novimus, qvi omnis in Norvegiam una cum dicto Domino Sniolfo transvectus fuit, qvi illum Epifcopi & omnium in dicta diœcefi clericorum vice tradendi legitimum habuit mandatum, qvem & ille Venerabili Domino Paulo Archiepifcopo tradidit. In qvorum teftimonium nos prædicti facerdotes figilla noftra appendimus his literis fcriptis Holis in fefto Hallvardi Martyris, anno Domini millefimo trecentefimo fexagefimo qvinto. Hæc jure jurando, fi opus erit, confirmabimus.

(a) *Annales Flateyenfes* volunt Ormum cathedram afcendiffe anno 1343 fed *Annales Skalholtenfes* & *Breviores* 1342 qvorum affertionem ipfius Ormi literæ de Hialtabackenfi prædio Thingörenfi cœnobio cedendo, datæ anno 1346 in fefto Marci, confecrationis fuæ (ut ait) qvarto, confirmare videntur, Vid. ad finem Cap. Litr. A. conf. fimilem computandi rationem fupra pag. 166. coll. 156. Nifi dicendum fit, ordinatum fuiffe anno

18 comitum jactura, in Islandiam venit, opes Cathedræ a Prædecessoribus coacervatas dilapidare cœpit: Nam Bratto cuidam pauperculo, qvo facilius prædivitem nancisceretur uxorem, ingentem pecuniæ vim erogavit, nec minorem statim sumtum in eorundem nuptiale convivium fecit; cæteroqvin utriusqve sortis hominibus minus gratus.

§. 2.

Anno 1344 Gudmundi Præsulis reliqvias non sine miro (ut credere par est) sanctitatis indicio, e conditorio extulit: ferale enim amiculum per triginta fere annos a qvo Audinus eas sustulerat, ne minimam qvidem maculam multo minus putredinem contraxisse fertur. Anno 1345, Erico Abbati Thingorensi exauctorato, Stephanum Munka Thveraënsem (a), huic vero Bergum Sokki filium substituit, qvo facto, in Norvegiam abnavigavit, seqventiqve anno denuo naufragus, sed salvis sociis cathedram revisit. Qvo anno in Thvera Skagfiordensium in festo Evstachii prædium Tungunes Thorsteino Kolbeini vendidit pro prædio Enne unacum salmonum captura in amne Blanda. Testes erant Frater Arngrimus & Ericus sacerdos. Circa autumnum in Festo Marci seu Nonis Octobris, ejusdem anni, prædia Hialtabacka & Kleifar cœnobio Thingorensi assignavit. Salmonum autem capturam in fluvio Blanda Holensi cathedræ reservans, iisdemqve literis Prædium Hvamm in Vatnsdal, qvod ex dono Laurentii ad cœnobium pertinebat, a sustentatione Diaconi liberavit (b).

anno 1342, sed 1343 cathedram tandem adiisse. *TORFÆUS Hist. Norv.* Tom. 4. pag. 473. Ormum unacum Jona Sigurdi & Jona Calvo ordinatum fuisse anno 1343 statuit. Vid. supra pag. 99. & infra Cap. 6. §. 1.

(a) Ormus forsitan Episcopus Stephanum ad monasterium Thingörense, ut ejus benevolentiam in vendenda sibi villa dimidia Miklagard, qvam sacerdos Jonas Kodrani monasterio Thveraaënsi dederat, rependeret. Ita manus manum aptissime lavat. Literæ emtionis scriptæ sunt in Munkathvera anno 1345 die Jovis proximo ante festum Georgii Martyris. Pretii partem monasterio erogare tenebantur duo Abbatis Stephani filii Gunnlaugus & Ulfus.

(b) Vid. ad finem hujus Cap. Litr. A.

§. 3.

Anno 1347. acerbæ nimis & arrogantis Ormianæ dominationis pertæsi Holanæ diæceseos cives, omni rerum circa decimas & bona ecclesiastica mutatione rejecta, vigintiqve Joachimicorum valoris mulcta transgressori injuncta, pristinam consvetudinem unanimiter urgentes, facta in comitiis universalibus conspiratione stabiliverunt. Qvos cum Ormus in conventu Hegranesensi tolerabilibus satis oblatis conditionibus placare frustra tentasset, una cum Collega Jona Skalholtensi, parem apud suos æqvitatis & justitiæ laudem habente, in Norvegiam reversus est, Regiumqve impetravit diploma, datum Osloæ 4. Idus Martii 1347 (a). Qvod in Islandiam Jonas Skalholtensis eadem æstate, una cum literis Ormi transferens, conventum Holis indixit, eumqe magna hominum freqventia celebravit, qvi ipsius decisionem respuebant. Unde nec judicio nec pactione controversias tollere valens, conatu frustratus, Skalholtum, brevi ibidem naturæ debitum soluturus, concessit, ut idem temporis ambæ viduitatem agerent cathedræ. Ormus enim integrum jam qvadriennium (b), in Norvegia hæsit, ubi ingentem illam, qvæ anno 1349, plerosqve Norvegiæ Episcopos demessuit pestilentiam, solus fere evasit. Nam hoc anno una cum Jona Skalle seu Calvo, Grönlandiæ Episcopo designato, consecrationi Gyrderi Skalholtensis & Gilbrichti Bergensis, qvæ a Salomone Osloënsi Præsule peragebatur, interfuit.

§. 4.

Anno 1351 Ormus se reducem stitit, Regias denuo apportans literas, datas Bergæ 3 non. Junii anno 1351 qvibus nobiliores Holanæ diœceseos cives, conspirationis in Episcopum, sed inobedientiæ & impiæ temeritatis erga Deum & Ecclesiam insimulati, ad causam coram Rege aut ejus Satrapa Regniqve Senatu tuendam evocantur; profectionem autem

(a) Vid. supra Tom. I. pag. 431.

(b) Soli *Annales Skalholtenses Antiqvi* asserunt, Ormum anno 1348 clericos utriusqve diœceseos ordinasse, qvod si admittitur, necesse est, eum eodem anno ultro citroqve commeasse.

tem detrectantes, perduellionis rei declarantur (a). Seqventem annum Ormus in Islandia agens, Arngrimum qvendam Thingörensis Monasterii Abbatem creavit, fundorumqve qvorundam cathedralium commutationem fecit (b). Seqvente vero æstate tres Kolbeini Benedictini famulos comprehendendos, compedibusqve onustos Holas devectos in carcerem injici curavit, qvo pacto ipsorum hero aliqvalem obedientiam extorsit.

§. 5.

Anno 1353 ipsius adversarii ante biennium peregre accersiti, Regis adferentes Rescriptum revertuntur, qvo Præsul, ne ipsius subditos novis & inusitatis exactionibus premat, severe prohibetur, eosdem resecrare mandatur, unde in illos anathematis fulmen injuste vibrasse satis constare videtur. Ille vero tempus intra diœcesin, nulla rerum ecclesiasticarum promotione, sed qvorundam tantum prædiorum mutatione, notabile (c), usqve in annum 1354 trivit; qvo ad exteros iter parans Arngrimo Thingörensi diœceseos Officiali constituto, nunqvam reversurus abnavigavit. Novum autem a Rege Diploma, amplissimis sibi titulis, sed cathedræ Holensi concessis privilegiis effartum, datum Bergis, circa hyemis initium 1356, eblanditus est (d). Qvibus qvo minus frui & delectari possit, accelerans fatum effecit, qvod ipsum paucis post diebus in festo omnium sanctorum oppressit, cum Episcopum Holanum exiguo plane usu, si non magno diœceseos damno, annos 14 egisset. Nam nec commoda ecclesiæ curasse, nec rem literariam promovisse, nec cathedram

(a) Vid. supra Tom. 1. pag. 433.

(b) Höfdi scilicet, in festo Agnetis secundo, Bödvari sacerdoti filio Thorsteinis dimidium Bard in Fliotis, Saurbæ & dimidium Dæle pro Lambaneso & Hvanneyra vendidit. Tabulis duabus noctibus ante Purificationem Mariæ conditis, testium loco subscripsere Thordus filius Eyulfi sacerdos, Jonas Thorleifi & Ericus Skidii filius.

(c) Huc enim refero abrogationem victus sacerdotis in prædio Gilia sustentandi in amici sui Arngrimi Abbatis gratiam anno 1353. Vid. infra ad finem Cap. Litr. B. & perlustrationem (áreid) terminorum inter prædia Enni & Lækum in crastino Johannis Episcopi Holensis eodem anno factam. Anno seqventi 1354 prædium Spakonufell emit. Tabulis, Holis 16 Cal. Aprilis scriptis, tanqvam testes subscripsere Abbas Arngrimus, Einarus Haflidi & Jonas Helgonis sacerdotes.

(d) Vid. supra Tom. 1. pag. 436.

dram aut templum ditasse aut ornasse, sed contra, bona ejus profudisse, crebris peregrinationibus & diuturnis absentiis, curam animarum neglexisse, subditos vexasse, & apud exteros detulisse & diffamasse, commemoratur, nemini prorsus lugendus, præter Brattum, qvem donis, & Arngrimum, qvem honoribus cumulaverat.

§. 6.

Arngrimo autem non solidus aut firmus mansit honor. Nam post discessum Præsulis a Clero Holensi, turpitudinis vitæ & gravissimorum criminum insimulatus, officio abdicato, Prædicatorum societati nomen dedit. Qvo facto, Thorsteinus Halli, ita jubente Clero, Officialis partes capessivit, qvas denuo anno 1357, Generales Islandiæ Visitatores, Ejulfus Brandi & Eisteinus Asgrimi ab ipso, in Arngrimum, nullo ad ipsius votum aut infamiam habito respectu, transtulerunt.

Litr. A.

(a) Ormr af gudz miskunn biskup á Hólum sender öllum mönnum þetta bref siáendum edr heyrendum kvediu gudz ok sína. kunnigt giörande at fyrir gudz skylld til upphelldis Stadnum ok klaustrinu á Thingeyrum er ver undirstandum miok þurftugt vera hofum ver lagt þángat sogdu klaustri til æfinligrar eignar land allt á Hialltabakka. iordina at Kleifum utan veidi í Blondu, skálagiord ok elldivid í jordina er ver viljum at einsomul heilog Hólakirkia halldi ok hafi til æfinligrar eignar. alla þá er þar fylger. enn allar adrar landznytiar med nefndum iordum skulu þeir æfinliga hafa ok hallda. Item her ofaná tokum ver burt med þessu voru

---

(a) *Id est*: Ormus Dei gratia Episcopus Holensis omnibus has literas visuris vel audituris Dei & suam salutem mittit. Notum faciens, qvod Dei causa, prædio & monasterio Thingeyrensi, qvod magnopere egere percepimus, in sustentationem, dicto cœnobio in sempiternam possessionem, totum fundum Hialltabackensem & prædium Kleifas dedimus, excepto jure piscandi in Blanda, servitute domum exstruendi & materiem igni alendo cædendi, qvam, nos volumus, ut sola sancta ecclesia Holensis in sempiternam possessionem, qvatenus ad illa prædia pertinuit, habeat & retineat; Omnia autem reliqva fundi emolumenta, qvæ ad dicta prædia pertinuere, in æternum habento & retinento. Item præterea his nostris literis prædium Hvammum, qvod Episcopus

voru brefe diáknavist úr iordunne í Hvammi er Laurentius biskup gaf Stadnum, so at þar skal hedan af alldri fyrir oss ne vora epterkomendr Diákn skipat. Forbodum ver aullum ok serhverium. hvörrar tegundar edr stettar hvör er þessa vora skipan rýfa edr rifta hedan af. Ok til sanninda her um settum ver vort inncigle fyrer þetta bref gort á Þingeyrum in festo Marci Papæ. Anno graciæ millesimo trecentesimo qvadragesimo sexto. Nostræ consecrationis qvarto.

Litr. B.

(b) Ollum mönnum sem þetta bref siá edr heyra sender Ormr med gudz miskunn biskup á Hólum kvediu gudz ok sína. Af því at herra Arngrímr Abóti á Þingeyrum hefr keypt under Stadinn til æfinligrar eignar iörd er heiter á Giliá. ok hvör er Stadnum ër harla hentlig til aftekta ok lángsligrar eignar. Því vilium ver Stadnum til náda ok óendanligs frelsis úrtaka alla kennimanns skylld sagdre iördu æfinliga hedan af. svo at þar skál engi kirkiu ískylld vera. Ok til sanninda her um settum ver vort inncigle fyrer þetta bref er gort var á Hólum laugardaginn nærsta fyrer

---

scopus Laurentius monasterio dedit (*) sustentatione Diaconi levamus, ita ut nec nos, nec nostri successores Diaconum ibi exhinc constituemus. Prohibemus omnibus & singulis, cujuscunqve status vel ordinis fuerint, hoc nostrum statutum exinde violare aut elevare. In qvorum testimonium nos sigillum nostrum his literis appendimus, scriptis Thingeyris in festo Marci Papæ. Anno gratiæ millesimo trecentesimo qvadragesimo sexto, nostræ consecrationis qvarto.

(b) *Id est:* Omnibus has literas visuris vel audituris, Ormus Dei gratia Episcopus Holensis Dei & suam salutem mittit. Cum Dominus Arngrimus Abbas Thingeyrensis monasterio prædium Gilia appellatum in æternam possessionem coëmerit, qvod prædium monasterio ad reditus inde accipiendos & possessionem diuturnam aptissimum est; Hinc in monasterii emolumentum & æternam libertatem, dictum prædium omni sacerdotem alendi servitute exhinc in æternum levare volumus, ita ut ecclesia nullam inibi servitutem abhinc possideat. In qvorum testimonium nos sigillum nostrum his literis appen-

(*) *Vid. supra pag.* 185.

fyrer Gregorius messu anno Domini millesimo trecentesimo qvinqvagesimo tertio.

CAP. VI.

De Jona Erici Skalle, *seu Calvo.*

§. I.

Jonas Erici filius, Skalle dictus, aut cognomento *Calvus* Abbas vel monachus Norvegicus, anno 1343 a Paulo Nidarosiensi Archiepiscopo, credente Arnam Grönlandensium Episcopum mortuum esse, ut ipsi in officio succedat, una cum qvatuor aliis ordinatus fuit. Sed cum Arnas adhuc in vivis esset, incertum est, qvando hoc officium capessivit, & qvamdiu id gessit, nam in Norvegia fuit, & Gyrderi Episcopi ordinationi interfuit anno 1349; ibidem etiam hæsit anno 1356, cum Ormus Holensis vita excederet; Eo enim mortuo, Romam statim tetendit, acceptoqve Innocentii 6 consensu, Sedem Gardensem cum Holana commutavit. Anno 1358 (a) navi, cui Peturs-bolli nomen fuit, in Islandiam venit,

appendimus, scriptis Holis, die Saturni proxime ante festum Gregorii, anno Domini millesimo trecentesimo qvinqvagesimo tertio.

(a) Doctiss. *ARNGRIMUS Grönland.* cap. 4. asserit Jonam 1343 in Grönlandiam navigantem, ad Islandiam appulisse, ibiqve, audito Arnam Gardensem in vivis esse, sed Ormum Holensem mortuum esse, statim evulgasse, se ex Papali dispensatione Holarum esse Episcopum, qvam nunqvam ostenderit, in Grönlandiam nunqvam venisse, neqve diu Holis sedisse. Qvantumcunqve magno viro debemus honorem, in his tamen ipsi consentiri non possumus, nam Ormus unacum Jona ordinatus fuit anno 1343 aut ut alii volunt 1342, vitamqve ad annum 1356 protraxit, qvam ipsis Cal. Novembris in Norvegia posuit. Contrarium aperte qvoqve patet ex Statutis Olai Archiepiscopi de anno 1351, ubi noster Episcopus Gardensis appellatur, vide supra Tom. 1. pag. 530. Qvomodo ergo potuit Jonas ei succedere anno 1343? Nec Calvus adeo curto tempore Holis sedit, cum 33 annos eidem diœcesi præfuerit; multo rectius hac de re scribit in *Comment. de Island.* fol. 61. Adventum ejus in Islandiam ad annum 1359 *Annales Flateyenses* ponunt, sed *Skalholtenses* & *Breviores*, ut & *ARNGRIMUS* in *Comment. de Island.* loco cit. ad proxime præcedentem, qvod fide dignius

venit, qvæ, anteqvam portum ingredi posset, hominibus tantum evadentibus, scopulis illisa periit. Calvus vero Holanam mox invasit Cathedram, nullo impediente, nullaqve facti auctoritate monstrata, qvam nemo exigebat, cum omnes qvod audiverant, ipsum ex Papali constitutione eorum esse proprium Episcopum, firmiter crederent.

§. 2.

Anno 1359 pridie Cal. Maji, in gratiam Arngrimi Abbatis Thingorensis, Prædium Giliaa ab annua Pastoris sustentatione liberavit (a); Et postridie sententiam decisivam de esocum captura in fluvio Laxa pronunciavit (b), ad id, ut videtur, ab eodem Abbate inductus, siqvidem eandem anno seqvente aut sustulit aut limitavit; & eodem anno duabus noctibus post festum Hallvardi Gissurus Galle (vid. supra pag. 182.) filius Biarni illi dimidiam partem litorum ad sedecim prædia pertinentium dono dedit (c). Sed anno 1360 omnium per universam diœcesin templorum eorumqve possessionum rationem iniit, codiciqve inscribi curavit. Skalholtiam deinde profectus, rationes de commutatione pecuniaria Prædecessorum cum Gyrdero amice posuit, præsertim repetens calicem aureum, qvem Ormus Holensis Jonæ Sigurdi Skalholtensi dederat, exigente vero Gyrdero vicissim satisfactionem pro pecunia Ormo mutuo data, qvæ 152 Joachimicorum summam æqvabat, res ea conditione ad pactionem rediit, ut calice recuperato Jonas petitam Collegæ pecuniam numeraret (d). Eodem anno in octava Stephani Protômartyris prædium Flugumyram acqvisivit (e).

Cc 2 §. 3.

dignius videtur, nam bini codicilli anno 1359 prid. Cal. & ipsis Cal. Junil ab eo conscripti, omnem probabilitatem tollunt, eum adeo maturo itinere & e Norvegia in Islandiam trajicientibus inusitato, peregre adfuisse, ut ordinariam visitationem in Majo mense ingredi potuerit.

(a) Vid. infra ad finem Cap. Litr. A.

(b) Vid. ibidem Litr. B.

(c) Tabulis testes in Asgeirsa subscripsere Einarus Haslidi, Gudmundus Einari sacerdotes, Kolbeinus Benedicti & Einarus Gislai.

(d) Vid. ad finem Cap. Litr. C. Conf. supra pag. 105.

(e) Vid. ad finem Cap. Litr. D.

§. 3.

Anno 1361 Thorsteinus Halli sacerdos, qvi ante ejus adventum Officialis aut dioeceseos vicarius fuerat, & advenientem ambabus ulnis acceperat, sigillumqve officii, ut loqvuntur *Annales*, sua sponte, inscio reliqvo dioeceseos Clero tradiderat, qvasi postliminio poenitentia ductus Episcopo se opposuit, omnesqve territorii, tesqva Oxnadalensia & Reykiadal interjacentis incolas ab ejus obseqvio avocavit, qvi Holis congregati, obedientia Episcopo renuntiata Thorsteinum sibi præfecerunt; cumqve in conventu seqventi anno ob eandem rem celebrato causa transigi non posset, adversarii iter Norvegicum adornabant, sed ad littora Halogalandiæ devecti, in potestatem Hreidaris Darri, cum nave & universis impedimentis evenerunt, qvi vinculis constrictos ad Regem deducendos curavit (a); qvorum multi, & inter eos ipse Thorsteinus, in Norvegia obierunt. Eodem qvoqve anno, jussu Magni Regis Præsul ad exteros abiit, cui vocatione ad episcopatum Holensem, literis Innocentii 6 probata, homagium præstitit, hyemeqve Thrundhiemi transacta, in Islandiam reversus est.

§. 4.

Anno 1369 Episcopus pratum Risamyre, ad prædium a se emtum Flugumyram, judicio revocavit (b). Peregrinationem denuo Papæ conveniendi gratia suscepit, ex qva anno 1370 redux, cum Urbanus 5 auctoritatem ejus confirmasset, Holasqve suo diplomate ei contulisset, gratiam obseqviumqve adversantium obtinebat. Anno 1374 rationes & indicem bonorum cathedræ Holensis mobilium Holis in festo Remigii per Gunnsteinum Abbatem, Erlendum Priorem, Thorleifum filium Bergthoris, Martinum filium Thiodulfi, Sölvium filium Brandi, Thorsteinum Jonæ (al. Biörni) filium, sacerdotes fieri curavit, & eodem anno, vel etiam anno

(a) Luituros fortassis mortem Smidii Andræi, qvem eadem æstate Ejafiordenses cum decem sociis interemerant. Conf. supra Tom. 1. pag. 427. 428.

(b) Ipse Episcopus anno 1369 in crastino Translationis Sancti Thorlaci Episcopi, Holis, actore causæ Einaro sacerdote filio Haflidii, villæ Flugumyrensi pratum hoc adjudicavit.

anno 1377 indicem littorum cathedræ, (Rekafkra) unde emolumentum & ejectamenta maris speranda sunt, diplomate edito recensuit. Anno 1375 auctor fuit Holanis festi conceptionis B. Virginis Mariæ celebrandi (a), qvo etiam anno, triennali aëris inclementia & dispendio frugum, cum pecorum macie & fame conjuncto, certissimam interneciem prævidens, populo auctor fuit vota Gudmundo nuncupandi, qvod ob insequentem mutationem haud frustra factum fuisse visum est.

§. 5.

Eodem anno, navi, qvam ipse exstrui fecerat, Norvegiam adiit (b), seqventiqve in Islandiam reversus, ad comitia universalia literas tutelares a Rege sibi & cathedræ impetratas, testimoniumqve Thorarini Episcopi Skalholtensis de legitima in episcopatum successione, duorum testium juramentis roborata publicari curavit, qvo facto Episcopus Olaum Petri tunc temporis borealis Qvartæ Præfectum postulabat, ut sibi bona ecclesiastica a sacerdotibus iniqve usurpata recuperaturo opem ferret (c). Anno 1377 eam partem prædii Hafnarlond dicti, qvam Kolbeinus Benedicti possederat, Monasterio Thingorensi adjudicavit, eo qvod jurato compertum esset, Kolbeinum Benedicti hanc Prædii partem Monasterio legasse (d), & Gisloni Gislonis prædium Höfdum pro duobus aliis, scil. Lambaneso & Reykis, Holis, feria tertia in passione Domini, vendidit. Proxime qvod inseqvebatur biennium notabile tantum occurrit ordinatione Gudmundi Arii Abbatis Helgfellensis in diœcesi Skalholtina qvam absente Oddgeiro administravit, & prædii Ulfstader ab Andrea Bagge filio Bergthoris ejusqve uxore Ragnhillda filia Steingrimi pro rebus mobilibus emtione (e). His gestis, & qvæ plura sunt ejusdem farinæ, sed non magni

 momenti,

(a) Vid. infra ad finem Cap. Litr. E.

(b) *TORFÆUS Histor. Norveg.* Tom. 4. libr. 10. cap. 5. pag. 500. hanc profectionem ad 1376 refert.

(c) Vid. infra ad finem Cap. Litr. F.

(d) Vid. ibid. Litr. G.

(e) Literæ hac de emtione datæ sunt Holis feria qvinta paschatis 1392. Testes erant Einarus Haflidi, Thordus Thordi, Einar Snorrii sacerdotes; Thorgeir Bödvari, Sigurdus Eysteini & Thorgeir Brandi.

momenti, Jonas ad 4 Id. Augusti, Holis vitam posuit, postqvam cathedræ præfuerat annos 33 Episcopatum vero 48 vel 49 gesserat, videturqve non parem virtutibus ab adversariis obtinuisse gratiam, nec tanta apud Magnum Regem fuisse amicitia, qvanta Ormus antecessor ejus. Neqvaqvam tamen contumaciam subditorum ad Regem Archiepiscopumve accusatum detulisse fertur; sed eadem coactus peregrinationem in Galliam bis suscepisse auctoritatis suæ a Papa confirmandæ gratia, qvi tunc non Romæ, sed Avenione agebat.

Post hujus fata Einarus Haflidi dioeceseos vicariatum gessit.

Litr. A.

(a) Ver bróder Jón medr gudz miskunn biskup á Hólum kunngiörum gódum mönnum þeim sem þetta bref siá edr heyra. at ver höfum seet ok yferlesit bref virduligs herra Orms biskups gódrar minningar þat sama sem her er medr bundit. hvört ver stadfestum ok styrkium í öllum sínum articulis um svo lángann tíma sem herra Arngrímr er Abóti á Þíngeyrum hvört er oss sýnest þar sidar af at giöra. Ok til sanninda her um settum ver vort inncigle fyrer þetta bref er giört var á Thingeyrum in festo Petronillæ Virginis Anno Domini millesimo trecentesimo qvinqvagesimo nono.

Litr. B.

(b) Ollum mönnum sem þetta bref siá edr heyra senda Bróder Gunnsteinn med gudz nad ábóte á Þíngeyrum. Bödvar Gudmundsson. Arnor

---

(a) *Id est:* Nos Frater Jonas Dei gratia Episcopus Holensis viris bonis has literas visuris vel audituris notum facimus, nos vidisse & perlegisse literas (*) Venerabilis Domini Ormi bonæ memoriæ, his nostris annexas, qvas in omnibus suis articulis, qvamdiu Dominus Arngrimus erit Abbas Thingeyrensis, confirmamus & stabilimus, qvodcunqve licet exinde statui hac de re visum foret. In qvorum testimonium nos sigillum nostrum his literis appendimus, scriptis Thingeyris in festo Petronillæ Virginis anno Domini millesimo trecentesimo qvinqvagesimo nono.

(b) Id est: *Omnibus has literas visuris vel audituris Frater Gunnsteinus Dei gratia Abbas Thin-*

(*) *Vid. supra pag.* 201.

Arnor Bödvarsson. prestar. Þorlákr Thómásson. Ulfr Stephansson. Gudmundr Starason. leikmenn. kvediu gudz ok sina. Kunnigt giörande at ver sáum ok yferlásum opit bref vors virduligs herra Herra Jons med gudz nád biskups at Hólum medr hanns heilu ok ósködду stóra Inncigle svo vottanda ord epter ord sem her fylger.

Ver bróder Jón med gudz miskunn biskup á Hólum sendum öllum mönnum sem þetta bref siá edr heyra kvediu gudz ok vora. kunnigt giörandi at Herra Arngrímr ábóte at Þíngeyrum kom fyrer oss á Höskullsstödum ok kiærde fyrer klaustrit um laxveidi í Laxá fyrer Hialltabacka epter því sem vottar forn kirkiunnar bók á Hólum. ok ei sídr kirkiubók nefndz klaustrs. hvöria ádrgreinda laxveide er haft hefde um tíma Bárdr Arason sem sýndi oss ekki skilríki þar fyrir. þat er framar gengi enn fyrrsagdar kirkiubækur Hólastadar ok Þíngeyraklaustrs. Því dæmdum ver med fullu dóms atkvædi fyrrsagda veidi klaustrinu til óendanligrar eignar hedan í frá epter því sem optnefndar kirkiubækur votta. Utan fyrrnefndr Bárdr fái þat skilríki at framar gángi hönum til eignar. Ok til sanninda her um settum ver vort Inncigle fyrer þetta bref er giört var í Hvammi

---

Thingeyrensis, Bödvarus filius Gudmundi, Arnor filius Bödvaris sacerdotes, Thorlakus filius Thomæ, Ulfus filius Stephani, Gudmundus filius Starii, laïci, Dei & suam salutem mittunt. Notum facientes, nos patentes Venerabilis nostri Domini, Domini Jonæ Dei gratia Episcopi Holensis, una cum ejusdem sigillo majori integro & illæso vidisse & perspexisse, sequentem in modum verbotenus sonantes:

Nos Frater Jonas Dei gratia Episcopus Holensis, omnibus has literas visuris vel audituris salutem Dei & nostram mittimus. Notum facientes, qvod Dominus Arngrimus, Abbas monasterii Thingeyrensis, coram nobis in Höskullsstadis comparuerit, & monasterii vice de captura salmonum in Laxa ad Hialltabackum, ex tenore antiqvi libri ecclesiæ Holanæ, nec minus libri ecclesiæ dicti monasterii, actionem instituerit; qvam prædictam salmonum capturam Bardus filius Arii aliqvantisper usurpaverat, qvi tamen nullam probationem, qvæ prædictis libris ecclesiæ Holensis & monasterii Thingeyrensis derogaret, nobis exhibuit. Hinc plena sententia judiciali prædictam capturam secundum tenorem sæpe dictorum librorum monasterio in sempiternam exhinc possessionem adjudicamus, nisi prædictus Bardus probationes acqvirat, qvæ hanc ejus possessionem ulterius evincant. In qvorum testimonium nos sigillum nostrum appendimus his literis scriptis Hvammi in Laxardalo die Lunæ proximo post

Hvammi í Laxárdal mánadagin næsta epter festum Petronillæ Virginis þá er lidit var frá híngatburdi vors Herra Jesu Christi 1359 ar.

Ok fyrer svo fallit Transscriptum sem her má heyra. settum ver fyrrnefnder menn vor Incigli fyrir þetta bref er skrifad var á Þíngeyrum in festo Ciriaci Martiris þá lidit var frá híngatburd vors herra Jesu Christi 1370 ok eitt ar.

Litr. C.

(c) In nomine Domini Amen.. Anno Domini M CCC.LX. so sem virduliger herrar ok andaliger fedr herra Gyrdr medr gudz nád biskup í Skálahollte. ok herra Jón med samri nád biskup á Hólum toludust vidr vinátttuliga í biskupsstofunni í Skálhollti in translocatione Sancti Thorlaci. hiáverondum merkiligum prestum af hvorutveggiu biskupsdæminu. ok reiknudust vidr um kærlig ok bródrlig fiárskipte biskupanna sinna forverara herra Jóns ok herra Orms biskupa gódrar minningar. taladi herra Jón epter gullkalek þeim. sem herra Ormr hafdi gefit herra Jóni Sigurdssyni ok hann kalladi eiga kirkiuna at Hólum. er stendr vart tvær merkr. ok hann villdi hann ei missa hvort sem færi annar reikninngr þeirra millum

---

post festum Petronillæ Virginis, anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo, trecentesimo, qvinqvagesimo nono.

Cui Transscripto, *tali, qvale hic exhibetur, nos viri prædicti sigilla nostra appendimus, scriptis Thingeyris in festo Cyriaci Martyris anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo septuagesimo primo.*

(c) *Id est:* In nomine Domini. Amen. Anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, cum Venerabiles Domini, & spirituales Patres, Dominus Gyrdus, Dei gratia Episcopus Skalholtensis, & Dominus Jonas, eadem gratia Episcopus Holensis, in triclinio episcopali, Skalhollti in translocatione Sancti Thorlaci, præsentibus utriusqve diœceseos sacerdotibus præcipuis, amice colloqverentur, & rationes, de amicis & fraternis Episcoporum suorum prædecessorum, Domini Jonæ & Domini Ormi bonæ memoriæ Episcoporum permutationibus, componerent, Dominus Jonas calicem aureum, qvem Dominus Ormus Domino Jonæ Sigurdi filio dono dederat, repetiit, qvem libram fere ponderantem ecclesiæ Holanæ possessionem esse, seqve hunc, qvocunqve modo cæteræ rationes illos inter vel ecclesias computarentur, haudqvaqvam amissurum

millum eda kirknanna. Item heimti herra Gyrdr aptr af Hólakirkiu þau tuttigu ok þriú hundrut sem herra Ormr hafdi tekit í lán af Skálholltsstad ok þá vóru enn ólokin. Svaradi hvör þeirra ödrum um sik blídliga at þeir villdu allt til líka leggia med gódra manna ráde so kirkiurnar væri skadlausar hvör af annari. Vóru þat endiligr vegr her um þeirra í millum at gullkaleikrinn skylldi leggiazt aptr til Hólakirkiu til friálsrar ok æfinligrar eignar. enn Herra Jón játadi sik undir at leggia kirkiunni í Skálhollti tuttigo hundrut aptr í móti kaleknum ok at auk at lúka reiduliga kirkiunni í Skálhollti ádrgreint lán tuttigo ok þriú hundrut. ok at þessu framkomnu skylldu þeir alsáttum sátter fyrir sik ok sína epterkomendr um allar þær giafer lán ok feskifte sem millum biskupanna þeirra forverara ok kirknanna hafa farit allt til þessa dags þá var komit. Vóru þesser merkiliger prestar í rádi ok samþykki med herra Gyrd af Skálholltz biskupsdæme her um. Síra Flose Jónsson. Síra Þórleifr Narfason. Síra Snorre Þórleifsson. Síra Runólfr Hilldebrandzson ok Síra Magne Jónsson. Enn þesser af ok vegna herra Jóns biskupsdæme. Síra Þórsteinn Hallsson. Síra Bödvar Þórsteinsson Síra Þórleifr Bárdarson. Marteinn Þiódólfsson. Ok til sanninda her um settu fyrrnefnder prestar med nefndra biskupa inncig-
lum

---

surum dictitabat. Dominus qvoqve Gyrdus ecclesiam Holensem viginti illas & tres hundredas, qvas Dominus Ormus a cathedra Skalholtensi, nondum solutas, mutuo acceperat, postulavit. Amice invicem responsa dabant, velle se ex bonorum virorum consilio omnia ex æqvo compensare, ita ut una ecclesia alteri nullum inferret damnum. Inter eos igitur conclusio erat definitiva, calicem aureum templo Holensi in liberam & perpetuam possessionem restitutum iri, sed Dominus Jonas se ad calicem templo Skalholtensi viginti hundredis compensandum, & templo præterea Skalholtensi prædicta viginti trium hundredarum nomina persolvenda obstrinxit. His præstitis, pro se suisqve successoribus de omnibus donis, mutuo, & permutationibus Episcoporum eorum prædecessorum & ecclesiarum usqve ad tempus præsens perfecte reconciliati & consentientes essent. Hi magni nominis sacerdotes Domino Gyrdo Episcopo Skalholltensi hac in re a consiliis fuere, & assensum suum præbuere: Dominus Flosius filius Jonæ, Dominus Thorleifus filius Narfi, Dominus Snorro Thorleifi filius, Dominus Runolfus filius Hilldebrandi & Dominus Magnius filius Jonæ; Sed hi de diœcesi & vice Domini Jonæ: Dominus Thorsteinus filius Halli, Dominus Bödvarus filius Thorsteini, Dominus Thorleifus filius Bardi, Martinus filius Theodulphi.
In

lum ſín inncigli fyrir þetta bref er giört var í ſtad dege ok áre ſem fyrr ſeger.

Litr. D.

(d) In nomine Dei Amen. Giördeſt ſo fellt kaup millum verdugs herra Jóns med gudz miſkunn biſkups at Hólum ok Brandz bónda Asbiörnsſonar ok Gudnýar Sölmundardóttr. I fyrſtu at biſkup Jón ſelldi fyrrnefndum hiónum Brandi ok Gudnýu iördina á Holltaſtödum med öllum þeim gognum ok giædum. rekum ok ítokum ſem þar hafa tillegit at fornu ok nýu. ſkulu her tilleggiaſt iarder þær allar ſem þar hafa fylgt ádr ok ſo ítala ſú ſem Jón Benedictsſon gaf kirkiunni at Holltaſtodum í Jordina á Geitaſkardi ok ſlíkt meira er herra biſkupinn vill þar til ſkipa. Item ſkal þar vera einn preſtr hedan af. ok hafa allan ſaung ſem forn er vani til. Item ſkal þar vera einnar nætr gifting biſkups hvonær ſem hann giſter. Item ſkulu þángat liggia tíunder ok lióstollar af ſo morgum bæum ſem vani er til. Item her í mót gáfu nefnd hión herra Jóni biſkupi iordina Flugumýri med ollum þeim hlutum ok hlunnindum ſem þar hafa fylgt ſídan þau urdu eigandi at. ok kirkian at Hólum ádr fyrir þeim. Item ſkal þar at friálſu epter vera upp frá fardogum á Flugumýre hey

---

In qvorum teſtimonium prædicti ſacerdotes una cum prædictorum Epiſcoporum ſigillis, ſua ſigilla his literis appoſuere, ſcriptis loco, die & anno, ut ſupra (*).

(d) *Id eſt:* In nomine Domini Amen. Talis emtio & venditio inter Venerabilem Dominum Jonam Dei gratia Epiſcopum Holenſem, & Brandum Colonum filium Asbiörnis & Gudnyam filiam Sölmundi peracta eſt: Primo Jonas Epiſcopus prædictis conjugibus Brando & Gudnyæ prædium Holltaſtados cum omnibus emolumentis & commodis, jure ad maris ejectamenta, & ſervitutibus, qvæ ad illud nunc & olim pertinuerunt, vendit. Huc accedent villæ omnes qvæ ad illud antea pertinuere, una cum ſervitute qvam Jonas Benedicti de prædio Geitaſkard templo donavit, & talibus pluribus, qvæ Domino Epiſcopo concedere placuerit. Item unus ibi ſacerdos exhinc domicilium habebit, qvi omnia ſacra ex antiqva conſvetudine peraget. Item Epiſcopus ibidem per unam noctem, qvando advenerit, gratis pernoctabit. Item illuc decimæ & penſiones in candelas de tot villis perſolvuntor, qvot hucuſqve ſolitum eſt. Item dicti conjuges Jonæ Epiſcopo prædium Flugumyram cum omnibus ſubſtantiis & emolumentis qvæ ad illud pertinuere, inde a tempore qvo illi iſtud, & ante

(*) *Ex originali cum ſeptem ſigillis.*

hey ok ſenadr. Item vill þetta nokkur epterkomandi biſkup riúfa. þá ſkulu optneſnd hión taka ſo marga peninga af gótzi Hólaſtadar ſem her verdr breſtr í. Ok af því ver bróder Jón med gudz miſkunn biſkup at Hólum kennunſt þetta kaup vidr fyrrgreind hión. ſettum vær vort inncigle fyrer fyrrſkrifadan kaupmála ok fyrerſettum ádrneſnd hión Brandr ok Gudný okkar inncigle. ítem vid Þórleifr Bergþórsſon. Jón Gurevarſon. Páll Helgaſon. preſtar. Þórſteinn Steinmódarſon. Hallr Nicolásſon. Magnús Jónsſon. leikmenn þetta kaup ok handlag framfór ſem her er ſkrifat. Því ſettum vær vor inncigle fyrer greind kaup ſem giort var á Hólum in Octava Stephani Protomartiris anno M.CCC.LX.

Litr. E.

(e) Bróder Jón med gudz nád biſkup at Hólum ſender ollum monnum ſem þetta bref ſiá edr heyra kvediu gudz ok ſína. Saker þeſs at ſo mikill þúngi med ſnióum ok froſtum hafa nú um lángan tíma álegit meir enn fyrr í manna minnum því hefr oſs þat geſit at huxa at renna þángat huginum ſem óþriótanlig er miſkunn Herra Jeſu Chriſti. ok til árnadar ordz kallandi hans ſignudu módr iómfrú ſanctam Mariam hinn heilaga Johannem ok hinn góda Gudmund Hólabiſkup ok alla gudz heilaga menn.

ante eos qvoqve eccleſia Holenſis, acqviſivere. Item poſt tempus habitacula mutandi fœnum & pecora ibi libere remanebunt. Item ſi qvis ſeqventium epiſcoporum hoc violare voluerit, tum ſæpe dicti conjuges tantum pecuniæ de bonis cathedræ Holanæ accipiunto, qvantum defecerit. Et cum nos Frater Jonas Dei gratia Epiſcopus Holenſis hanc cum prædictis conjugibus permutationem agnoſcamus, nos ſigillum noſtrum præſentibus tabulis contractus, ut & nos prædicti conjuges Brandus & Gudnya. Item nos Thorleifus filius Bergthoris, Jonas filius Gurevi, Paulus filius Helgii, ſacerdotes; Thorſteinn filius Steinmodi, Hallus filius Nicolai, Magnus filius Jonæ, laïci; noſtra ſigilla appendimus. Hæc emtio & ſtipulatio ſecundum antea ſcripta peracta eſt. Hinc nos noſtra ſigilla dictæ emtionis tabulis appoſuimus, ſcriptis Holis, in octava Stephani Protomartyris anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo.

(e) *Id eſt:* Frater Jonas, divina gratia Holenſis Epiſcopus, præſentes literas lecturis audituriſve, ſalutem! Propterea qvod tanta frigoris niviumqve aſperitas, qvanta poſt hominum memoriam nunqvam longo jam tempore mortales afflixerit, mentem induximus ad inexhauſtam Jeſu Chriſti miſericordiam ſupplices confugere, interceſſionem B. Matris Virginis Sanctæ Mariæ, Divi Johannis, Gudmundi Boni Holenſis Epiſcopi,

menn. einkannliga bidiandi hina miſkunnarfullu mey Mariam ath hún virteſt at vera vor árnadar madr. vidr alsvoldugan gud í öllum hlutum ok einkannliga at hans hin miúkaſta millde fyrer hennar árnadar ord villde lina þvílíkum þúnga ſem nú liggr á ſaker froſts ok ſnióa í öllu biſkupsdæminu. Ok her til höfum ver heitit med ſamþycke þeirra lærdra ok leikra ſem í hiá oſs voru láta hallda heilagt getnadartíd guds módr Marie á jólaföſtunne tveim náttum epter Nicoláſmeſſo ok faſta fyrer vidrþurfr. ok vinna til nóns fyrer um dagin ok hafa ſlíkt leyfi at hvöru ſem þann dag er ber fyrer Andresmeſſu enn ſex aura ſekt hvör ſem brýtr helgina á ſiálfan dagin eda föſtuna fyrer daginn. enn ártídagiörd ſem ſídari Mariemeſſu. Ok aller þeir ſem eiga til tíu hundrada ok þadan af meira ok þetta heit uilia ſamþyckia ſo búlauſer ſem bændr. geſe einn karlmannzverd fátækum manni þeim er til gardz kemr innan þeirra þriggia nátta ſem þetta bref ok heit er ſamþykt í ſókninni. enn þeir ſem minna fe eigu leſe fimm ſinnum Mariumeſſu. Þar med bidium ver alla góda menn at þeir taki ekki þeſſa vora gerd ſem til þúnga vid ydr. helldr at þer ſamþykkit oſs her um. at ver mættum aller ſamt hallda þeſſa hátíd ſem lögtekna þá er gud gefr oſs finnaſt á preſtaſtefnu. bidium ver ok biódum öllum lærdum mönnum at þer áminnit ok biódit ydrum þingunautum at

---

ſcopi, cunctorumqve Dei Sanctorum implorantes. Præſertim vero miſericordi Virgini Mariæ ſupplicamus, ut nobis coram Deo omnipotente patrocinari velit, eoqve benigniſſimam ejus clementiam ſua advocatione deducere, ut gravi adeo ob algoris niviumqve vehementiam difficultate, diœceſin levare dignetur. Cujus rei gratia, conſenſu præſentium tam clericorum qvam laicorum, ad feſtum Conceptionis Virginis Deiparæ præcedente Natalitia, eſuriali tempore 6 ſcil. Id. Decembris rite celebrandum, voto nos obſtriximus, tali adhibita cautela, ut ſinguli ſicci cibi eduliis contenti (þurföſtumat) a labore, ultra antecedentis diei horam tertiam pomeridianam exercendo prorſus abſtineant. Solennitatis jejuniive præcedanei contemtores ſex unciis ſeu Öris mulctentur. Sacra matutina iisdem, qvæ feſto Aſſumtionis obſervantur, ceremoniis, peragant: omnesqve, qvorum facultates 40 imperialium ſummam majoremve conficiunt, ſive coloni ſive habitationis expertes ſunt, voto noſtro ſubſcribentes, mendico, intra proximum, ex qvo parochiani hanc noſtram diſpenſationem amplexi fuerint triduum, domum eorum adeunti, ſemidium unius maſculi alimentum elargiantur, pauperioribus ad Mariæ ſacra qvinqvies repetenda ſponte obligatis. Qvam noſtram conſtitutionem ne ſibi oneri ducant, ſed hac in re nobis aſſentientes, inqve proximis comitiis, bono cum Deo, præſentes, feſtum Mariæ legitima approbatione recipiant, omnes bonos rogamus, jubentes Clericos, ut curiales ad eandem obſervandam

at hallda þetta vort heit ok samþykkia. Her med minnum ver alla menn þá sem í þessu heite vóru sem næst var heitit til hins góda Gudmundar at þer endit þat vel ok afhendit þeim er til er skipadr vidtöku. so at ver aller samt megum skoda hvört ver vilium göra med því gótze menn á pávagard. edr skiptest þat millum fátækra manna sem hermt var. þvíat þat er mikell sálu háske at heita því gude edr hanns helgum monnum sem hann vill sídan ei efna saker vanræktar. Ok til styrkingar ok samþyktar um þetta heit settu Ormr þórkelsson. Bergr þórsteinsson. Jon Gunnarsson. Ormr þórarinsson ok Haukr Illugason prestar med voru incigle sín incigle fyrer þetta bref giort á Hólum Kindelmessudag þá er lidit var frá híngatburdi vors herra Jesu Christi M.CCC.LXXV vetr.

Litr. F.

(f) Ollum monnum sem þetta bref siá edr heyra senda bróder Jón med gudz nád ábóte í Videy. Flose Jónsson. Hálfdán Magnússon. prestar. þórsteinn Eyólfsson Logmadr nordan ok vestan á Islandi. Ivar Vígfússon. ok Benedict Kolbeinsson leikmenn kvediu gudz ok sína. Kunnigt giorande at á fiórtuga ári ok sextánda ríkes virduligs herra Magnúsar med gudz miskunn Noregs ok Svía ok Skána kóngs á þíngvelle tveim nóttum epter Petrsmessu vorum ver í hiá at Teitr Pálsson las bref vors

 virduligs

observandam amplectendamqve exhortentur excitentqve. Monemus præterea singulos, Gudmundiani voti susceptores, ut promissa legitimo exactori bona fide reddatis, qvo facilius, utrum collectas per legatos Papæ deferendas, an mendicis ex convento dispertiendas, facta consultatione, decidere possimus. Violatio enim votorum Deo & sanctis ejus nuncupatorum cum magno animæ dispendio conjuncta est. In hujus rei confirmationem: Ormus Thorkilli, Bergus Thorstanides, Jonas Gunnari, Ormus Thorarini, Haukus Illugonis sacerdotes, simul cum nobis sigilla sua appendenda curarunt. Datum Holis, ipso festo purificationis anno Domini 1375.

(f) *Id est:* Omnibus has literas visuris vel auditturis, Frater Jonas Dei gratia Abbas Videyensis, Flosius filius Jonæ, Halfdanus filius Magni, sacerdotes; Thorsteinus filius Eyulfi Legifer qvartarum occidentalis & septentrionalis Islandiæ, Ivarus filius Vigfusi & Benedictus Kolbeini filius, laici, salutem Dei & suam mittunt. Notum facientes qvod anno regni illustris Domini Magni Dei gratia Norvegiæ Svecorum & Scanorum Regis qvinqvagesimo sexto, Thingvallis, duabus noctibus post festum Sancti

virduligs herra Magnúſar kóngs fyrer þeſſum mònnum er ſo heita. Sighvatr Gudmundsſon. Eirikr Magnúsſon. Olafr Petrsſon. Gunnlaugr Stephansſon. med hverre hann ſtefner þeſſum fyrrnefndum monnum fyrer ſik fram til Noregs epter því ſem þat ſiálft um ſik vottar. Item vorum ver í hiá á ſama dag at Ormr Snorraſon las fyrer fyrrnefndum monnum þat dagsbref ſem virdugligr herra Magnús Kóngr hafdi gefit fyrrnefndum monnum epter því ſem þat ſiálft ſeger. Ok ei ſídr let heidrligr herra Jon med gudz nád biſkup at Hólum leſa opinberliga ſitt verndar bref þat er virdugligr herra Hákon Noregs Kóngr hafdi honum ok kirkiunni á Hólum gefit til ſtyrks ok verndar. Let hann þar ok leſa bref herra Þórarins gódrar minningar biſkups í Skálhollti hvort ſo vottar at hann var í hiá at virdugligr herra herra Olafr Erkebiſkup gaf herra Jóni biſkupi ádrnefndum biſkupsſtólin á Hólum ok hann helldr hann ok halldit heſr rettferdugan Hólabiſkup alla tíma ſídan. Ok her med var leſit bref under innciglum gódra manna at tveir menn hefdi ſvarit þeſſa alla Erkibiſkupſins giord ſem herra Þórarinn vottar í ſínu brefi. Krafdi ok herra Jón Olaf Petursſon ſem þá hafdi hirdſtiórn ok ſyſlu nordanlandz at hann ſkylldi ſtyrkia hann til ſo hann nædi ſínum eignum ok kirkiunnar af preſtum þeim ſem

---

Sancti Petri, præſentes fuimus, cum Teitus filius Pauli literas Illuſtris Domini Magni Regis recitavit coram viris, qvorum hæc ſunt nomina: Sighvatus filius Gudmundi, Ericus filius Magni, Olafus filius Petri, Gunnlaugus filius Stephani; qvibus literis prædictos viros, ut ipſiſſimæ literæ uberius teſtantur, in Norvegiam ad ſe evocat. Item præſentes fuimus eodem die, cum Ormus filius Snorrii prædictis viris literas ſalvi conductus prælegit, qvas ad comparendum Illuſtris Dominus Rex Magnus dictis viris conceſſerat, veluti ipſæ literæ uberius teſtantur. Nec eo minus honorabilis Dominus Jonas Dei gratia Epiſcopus Holenſis literas tutelares publice prælegi fecit, qvas Illuſtris Dominus Hakon Rex Norvegiæ ei & eccleſiæ Holanæ in tutamen & præſidium dederat. Ibi etiam literas Domini Thorarini bonæ memoriæ Epiſcopi Skalholtenſis recitari curavit, qvæ eum adfuiſſe, cum Venerabilis Dominus, Dominus Olafus Archiepiſcopus, prædicto Jonæ Epiſcopo cathedram epiſcopalem Holenſem contulit, ſeqve illum ſemper exinde pro legitimo epiſcopo Holenſi habere & habuiſſe, teſtantur. Simul & literæ prælegebantur, bónorum virorum ſigillis munitæ, qvæ duos viros, hunc totum Archiepiſcopi actum, de qvo Dominus Thorarinus in ſuis literis teſtatur, peractum fuiſſe, jure jurando confirmarunt. Præterea Dominus Jonas Olafum filium Petri, qvi tunc Satrapa erat, & qvartæ borealis Præfectus, poſtulavit, ut ſe adjuvare vellet, qvo ſua & eccleſiæ bona de ſacerdotibus,

ſem helldu móti hanns vilia ok hann hafdi ádr framfarit mót med heilagrar kirkiuloguin. Ok til ſanninda her um ſettum vid fyrrnefnder menn vor inncigle fyrer þetta bref giordt í ſagdan ſtad dag ok ár.

Litr. G.

(g) Bróder Jón med gudz nád biſkup á Hólum ſender ollum monnum þeim ſem þetta bref ſiá edr heyra kvediu gudz ok ſína. Kunnugt giorandi at ſub anno gratie milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo laugardaginn nærſta fyrir Laurentiusmeſſu at Svínavatni komu á ſtefnu fyrer oſs herra Gunnſteinn ábóti frá Þíngeyrum af einni álfu enn Biarni Kolbeinsſon ok Hallotta Pálsdótter móder hanns af annarre logliga fyrerſtefnd í þann ſama ſtad ok dag. Ok medr því at þat var framſagt af Jóni Biarnarſyni. enn ſvarit af Síra Þórſteini Gunnarſyni ok Ivari Kolbeinsſyni at þar vóru þeir í hiá heima á Audkúluſtodum þá er Kolbeinn Bóndi Benedictsſon ætladi at rída til auſtfiarda ok var á bak kominn heſti ſínum lýſti hann því fyrir þeim at hann gaf klauſtrinu at Þíngeyrum ſo mikinn part ſem hann átti í Hafnarlondum á Skaga til óbrigdiligrar eignar. ok her til gaf hann handlag ádrnefndum Síra Þórſteini í hond ſem þá var hanns ſkriftafader ok þíngapreſtr. lýſte hann ok því at þeſſe giof ſkyllde vera hanns

tibus, qvi illa ſe invito retinerent, qvosqve in anteceſſum ex legibus ſanctæ eccleſiæ reprimere conatus fuerit, recuperaret. In qvorum teſtimonium nos prædicti viri ſigilla noſtra his literis appendimus, ſcriptis dicto loco, die & anno.

(g) *Id eſt:* Frater Jonas Dei gratia Epiſcopus Holenſis omnibus has literas viſuris vel audituris ſalutem Dei & ſuam mittit. Notum faciens, qvod ſub anno gratiæ milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, die Saturni proximo ante feſtum Laurentii, Svinavatni coram nobis comparuere, ex una parte Dominus Gunnſteinn Abbas Thingeyrenſis, ab altera autem Biarnius filius Kolbeini, ejusqve mater Hallotta Pauli filia, in hunc eundem locum & diem legitime citati. Cum igitur Jonas filius Biarnii profiteretur, Thorſteinus vero ſacerdos filius Gunnaris, & Ivarus filius Kolbeini juramento confirmarent, præſentes ſe fuiſſe in Audkuluſtadis, cum Kolbeinus Bondo filius Benedicti, in orientalem qvadrantem iter facturus, eqvo aſcenſo illis profeſſus, ſe monaſterio Thingeyrenſi tantum fundi Hafnarlöndorum in Skagio poſſeſſionem inviolabilem dare, qvantum poſſideret, prætereaqve prædicto Domino Thorſteino, ejus tunc confeſſionario & parocho data dextra ſtipulatus erat, & palam profitebatur,

hanns teſtamentum ſtödugt. ok eigi heirdu þeir hann þat tilſkilia at hann ſkylldi þeſſa giof ſidar mega aptrtaka. Þvi i gudz nafne Amen ſogdum ver med fullum laga úrſkurde at þeſſu próſe teknu i dómsſæte ſitiandi med rádi ok ſamþykki beſtu manna er þá hiá oſs vóru fyrrſagdan part i Hafnarlondum á Skaga med ollum hlunnindum ſagdrar iardar óbrigdiliga eign kirkiunnar ok klauſtrſins á Þingeyrum æfinliga upp frá þenna dege ok ávoxtu af taka þann ſama árgáng landſkylld ok hvat annat ſem at kynne bera. Þvíat þat var ſvarit af fyrrnefndum vottum at ſagda eign ſkylldi Þingeyra klauſtr epter andlátzdag Kolbeins eignaſt. Ok til ſanninda her um ſettum ver fyrir þetta bref vort inncigle. Ok medr því at vær Einar preſtr Haflidaſon. Marteinn Þiódólfsſon ok Þórſteinn Jónsſon preſtar. Þórſteinn Steinmódsſon. Oddr Einarsſon ok Þórſteinn Hallzſon leikmenn ſamþyktu þennan úrſkurd herra Jóns biſkups. Þvi ſettum ver vor inncigle med hannz inncigle fyrer þetta bref er giort var i ſogdum ſtad dege ok áre.

CAP. VII.

De Petro Nicolai filio.

§. I.

Anno 1391. ſpiranti adhuc Jonæ Calvo, Monachus qvidam Petrus Nicolai, natione Danus, juſſu Bonifacii Noni Romæ ordinatus, ſucceſſor deſtinatur.

---

tebatur, hanc donationem ſui teſtamenti inſtar firmam eſſe debere; nec audiverint illum conditionem addidiſſe, hanc donationem exinde retractari poſſe. Hinc in nomine Dei Amen. Hac inqviſitione peracta, nos pro tribunali ſedentes, e conſilio & conſenſu virorum optimorum, qvi præſentes aderant, prædictam Hafnarlöndorum partem in Skagio, cum omnibus dicti prædii emolumentis, inviolabilem eccleſiæ & monaſterii Thingeyrenſis ex hoc die in æternum poſſeſſionem, plena ſententia judiciali decernimus, reditus etiam & ejusdem anni locarium, & omnes alias acceſſiones (dicto monaſterio adjudicamus) cum prædicti teſtes jure jurando confirmaverint, dictam poſſeſſionem (ſtatim) poſt Kolbeini diem emortualem in monaſterii Thingeyrenſis poſſeſſionem tranſire debuiſſe. In qvorum teſtimonium nos his literis ſigillum noſtrum appendimus. Et qvoniam nos, Einarus ſacerdos filius Haflidii, Martinus Theodulphi & Thorſteinus Jonæ, ſacerdotes, Thorſteinus filius Steinmodi, Oddus filius Einari, & Thorſteinus filius Halli, laïci, huic Domini Jonæ Epiſcopi ſententiæ aſſenſum præbuimus, ideo noſtra ſigilla cum ejus ſigillo his literis appendimus, ſcriptis in dicto loco, die & anno.

destinatur. Qvi seqventi anno sedem episcopalem peregrino stipatus satellitio occupavit. In qvorum gratiam secus qvam plerique peregrini Episcopi, neminem honoribus, ad qvos sedente Jona adscenderit, privavit. Primam missam in festo Michaelis, magna mortalium freqventia, qvos exqvisitissimis adhibuit epulis, Holis celebravit. Anno autem tertio supra nonagesimum, absente Vilhelmo Skalholtino, ejus vices in ordinatione Clericorum Skalholtensium præstitit; illiqve qvam primum advenit, Skalholti occurrens, perhonorifice accipitur.

§. 2.

Eodem anno, Cal. Octobris, antecessoris sui Ormi literas cessionis, qvibus monasterio Thingeyrensi prædia Hialtabakka & Kleifar adjecerat, confirmavit (a), & Erlingo Snorrii filio Holis in festo Nerei & Achillis prædium Ronuholum mulctæ nomine extorsit. Anno 1394. primam per diœcesin visitationem ingressus, rationarium facultatum ecclesiasticarum conscripsit, qvod hodie *Regestum Petrinum* vocatur. Hoc etiam anno diploma edidit de reluitione partis prædii Aslaksstader (b) a sacerdote Sveino Magni redemtæ. In hac visitatione, cum Mödruvallis ageret Præsul, Ormus seu Nicolaus Danus, Episcopi famulus, socium seu conservum suum Gissurum Album, fere sub ipsius Episcopi oculis transfixit. Qvod ut & alia ejusdem generis, Historicis, de Danorum Episcopi asseclarum licentia & temulentia, conqverendi occasionem præbuit. Hoc anno templum Holense in festo Johannis Apostoli vel postridie ejus, tempestate eversum est, gravi adeo ruina, ut ne unicum qvidem tigillum fracturam effugerit, exceptis simulacris qvibusdam qvæ adjuvantium opera incorrupta erepta sunt. Hæc ruina unum ex Holanæ societatis Diaconis oppressit. Templum autem collapsum Petrus reædificari curavit. Navem etiam onerariam ingentis magnitudinis ædificare cœpit, sed inceptum

(a) Vid. ad finem Capitis Litr. A.

(b) Vid. ibid. Litr. B.

tum ſucceſſu caruit. Qvæ ejus expenſæ aliæqve effuſiones cathedræ ſortem valde imminuerunt (a).

§. 3.

Anno 1398 Petrum ad exteros abiiſſe, collata ſacerdotibus Theodoro Theodori (b) & Steinmodo Thorſteinidæ (c) Officialis dignitate, eorundem ſcripta indicant (d). Sed Anno 1401 reverſum, comitiis univerſalibus Miklabaj celebratis interfuiſſe, deciſio Thorſtani Ejulfi, tunc temporis Nomophylacis, probat, qva literas Magni Regis a Petro in eodem conventu publicatas, qvibus ſe tutorem Cathedræ Rex promiſerat, inviolabiles declaravit. Cathedræqve ex earundem præſcripto duplo majorem, qvam antea Officialis ſtatuerat ſatisfactionem a Jona qvodam Grimi filio adjudicavit (e). Anno autem 1403 & 1404, cum peſtifera illa contagio in diœceſi Holenſi tantum ſex ſacerdotes, Diaconos tres, & unum monachum ſuperſtites feciſſet, procul a cathedra egiſſe, probabiliter colligitur, & an exinde cathedram reviſerit, merito dubitatur, cum nulla ejus ab hoc tempore mentio fiat. Cæterum a duobus commode

---

(a) Ille qvoqve prædia Backa & Læk, & qvadrantem prædii Seliadal ab Halthoro Arngeiris pro Brecka utraqve in Oſlandshlida permutatione facta emit, anno 1395, die Martis proxima poſt feſtum corporis Chriſti, Bardi in Fliotis. Teſtes erant Dominus Steinmodus Thorſteini Diſpenſator, Halldor ſacerdos filius Lopti, Thorſteinn Svartus filius Halli, Thorſteinn Steinmodi & Thorvalldus Ögmundi.

(b) Hunc ultra annum 1409 non vixiſſe, patet ex teſtimonio Biörgolfi ſacerdotis filii Illugii, & Gudmundi Landbiarti filii, qvi ad Holavadum in Vatnsdalo, hoc anno coram Legifero Rafno Gudmundi jure jurando aſſeruerunt Gudrunam Sæmundi filiam noſtri ex qvadrante hæredem fuiſſe. Anno 1402 adhuc in vivis fuit, qvo Höſkullds-ſtadis in feſto beati Benedicti rationes ad prædium utriumqve Ey in Skagaſtrönda pertinentes edidit.

(c) Steinmodum hunc anno 1403 vel paulo poſt obiiſſe concludi poteſt ex ejus teſtamento, qvo, inter alia, templo Greniadarſtadenſi prædia Holmavad, ytſta Hvamm, Sellatr, & Sker in Breidavik legavit. Transſcriptum hujus teſtamenti Munkathveraa in profeſto translationis Nicolai Archiepiſcopi anno 1406, ſubſcriptum eſt a Logio Stigi (al. Styri) filio Officiali, Erlendo Ormi, Karo Bergthoris, ſacerdotibus, & Fimbogo Jonæ, Gamlo Martini & Arna (al. Arnoris) Einaris.

(d) Vid. infra ad finem Capitis Litr. C.

(e) Vid. ibid. Litr. D.

mode gestis Petrus commendari potest, qvod scilicet ludum discentium Holis habuerit, cui Bodvarum Diaconum moderatorem præfecit, bonaqve ecclesiastica per universam diœcesin in certum qvendam codicem congesserit. Exstat qvoqve ejus constitutio de pensione in candelas, decimis & aliis, qvam, qvonam anno sanxerit, ignoratur (a). Cathedram vero qvam omnibus rebus affluentem ascenderat, egenam & exhaustam reliqvit, nec non diœcesin, etiam insignium virorum domicilium ingressus, iisdem orbatam vidit.

Qvamdiu episcopatum gesserit, incertum mortis tempus locusqve obscurum reddunt.

Litr. A.

(b) Ver Bródēr Petr med gudz ok postulligs Sætís nád biskup á Hólum kunngiörum þat gódum mönnum þetta bref siáendum eda heyrendum at ver styrkium ok stadfestum medr þessu voru brefi þetta bref heidrligs herra. herra Orms gódrar minningar med samri nád biskups á Hólum hvört medr þessu brefi er bundit halldandi þat stödugt ok óbrigdiligt í öllum sínum greinum ok articulis frá upphafi til enda. Svo ei sídr bidium ver vora epterkomendr Heilagrar Hólakirkiu formenn at þeir stöduga halldi þessa vóra giörd. Ok til sanninda her um settum ver vort inncigle fyrir þetta bref skrifat a Hólum in festo beati Remigii Confessoris. Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tertio.

(a) Hanc ex Codice pergameno Bibliothecæ Magnæanæ No. 175 in Qvarto sub Litr. E. huic Capiti subjungemus.

(b) *Id est*: Nos Frater Petrus Dei & Sedis Apostolicæ gratia Episcopus Holensis, bonis viris has literas visuris vel audituris notum facimus, qvod per has nostras literas; tabulas illas (*) honorabilis Domini, Domini Ormi bonæ memoriæ, eadem gratia Episcopi Holensis, qvæ his nostris appensæ sunt, stabilimus & confirmamus, illas in omnibus suis clausulis & articulis a principio usqve ad finem ratas & inviolabiles decernentes. Nec eo minus successores nostros Sanctæ Ecclesiæ Holensis Antistites rogamus, ut hanc nostram sententiam ratam habeant. In qvorum testimonium nos sigillum nostrum his literis appendimus, scriptis Holis in festo beati Remigii Confessoris, Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tertio.

(*) *Vid. supra pag.* 200. *Litr.* A.

Litr. B.

(b) Ver Bróder Petr med gudz ok postulligs Sætis nád biskup at Hólum kunngiörum þat gódum mönnum med þessu voru. brefe at þat sama tíu hundrada ílag sem stadrinn á Mödruvöllum átti í jord á Asláksstodum í Krækling ahlíd þeim til útlausnar er þat villdu giora ok landit átti. hefr Síra Sveinn Magnússon Rádzmadr Mödruvallastadar medr voru samþykki ad ser tekit stadarins vegna ok soddan veg á giort vidr Arna Einarsson ok hann hefr greind tíu hundrud útlukt ok afhendt epter því sem oss vel ánæger ok þat bref Síra Sveins vottar sem her er medfest þessu voru brefe. Því giörum ver nefndan Arna ölldungis qvittan um iardar ílag Stadarins vegna á Modruvollum so fyrer oss sem vorum epterkomendum Hólabiskupum edr kirkiunnar logligum umbodzmonnum ok honum ok hans erfingium edr eignarmonnum greindrar iardar epter hann alla sagda iord friálsa ok ákiærulausa um þetta nefnt ílag. Ok til sanninda her um settum ver vort incigle fyrer þetta bref giort á Modruvollum í Horgárdal in festo Bartholomei Apostoli anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo qvarto.

Litr. C.

(c) Þat giorum ver Herra Hans doctor Decretorum Nicolás Þórmódsson. Gudmundr Jónsson prestar gódum monnum vitrligt med þessu voru

---

(b) *Id est:* Nos Frater Petrus, Dei & Sedis Apostolicæ gratia Episcopus Holensis, viris bonis per has nostras literas notum facimus, qvod decem hundredarum partem prædii Aslaksstader in Kræklingahlida, qvam monasterium Mödruvallense, sub conditione reluitionis possedit, qvæ possessori prædii, si vellet, competeret, Sveinus sacerdos filius Magni monasterii Mödruvallensis œconomus, vice monasterii sibi sumsit, & cum Arna Erici contractum iniit, eiqve dictas decem hundredas persolvit & tradidit, ita ut nobis satisfiat, secundum tenorem literarum Domini Sveini, qvæ his nostris literis appensæ sunt. Hinc nominatum Arnam hypothecæ in dicto prædio, loco monasterii Mödruvallensis, tam qvoad nos, qvam nostros successores, Episcopos Holenses, vel legitimos ecclesiæ procuratores, qvittum, & prædictum prædium, qvoad memoratam hanc hypothecam, illi, & post eum ejus hæredibus, vel dicti prædii possessoribus, liberum & irrevocabile declaramus. In qvorum testimonium nos sigillum nostrum his literis appendimus, scriptis Mödruvallis in Hörgardale, in festo Bartholomæi Apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo qvarto.

(c) Id est: *Nos Dominus Johannes Doctor Decretorum, Nicolaus filius Thormodi, Gudmundus*

voru opnu brefi at ver ſáum ok yferláſum opit bref med heilum ok óſködd-udum hángandi innciglum ſo látandi ord epter ord ſem her ſkrifat ſtendr.

Ollum monnum ſem þetta bref ſiá edr heyra ſenda Þórdr Þórdarſon ok Steinmódr Þórſteinsſon preſtar Hólakirkiu Officiales qvediu gudz ok ſína. Kunnigt giorandi at ſaker þeſs at Þórſteinn Svartr Hallzſon eigr halfa iordina á Hnappſtodum í Fliótum. Því hofum ver veitt ok ſkipat ſogdum Þórſteini Svart til medferdar kirkiu helminginn í Hnappſtodum ok Húnaſtadi ok þar med allt lauſagótz ſagdrar kirkiu á þann máta at hann ſkal hafa greindt gótz ſer til nytia ok eignaſt ávoxt af. enn ſvara ollum ſkylldum fyrir kirkiuna ok ſtanda í ábyrgd um hana ok hennar gótz. Skal þeſſi okkar ſkipan ſtanda ſvo lengi ſem Þórſteinn Svartr eigr eignarlutan í Knappsſtodum. Ok til ſanninda her um ſettum vid officialatus inncigle fyrer þetta bref er giort var í Bólſtodahlíd in feſto Magni Comitis anno domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono (*).

dus filius Jonæ, ſacerdotes, bonis viris per has noſtras patentes literas notum facimus, qvod patentes literas cum integris & illæſis ſigillis penſilibus, verbotenus, ut ſeqvitur, ſonantes, viderimus & perlegerimus.

Omnibus has literas viſuris vel audituris Thordus filius Thordi & Steinmodus filius Thorſteini, ſacerdotes, eccleſiæ Holenſis Officiales ſalutem Dei & ſuam mittunt. Notum facientes, nos ideo qvod Thorſteinus Svartus (niger) filius Halli dimidium prædii Hnappſtadorum in Fliotis poſſideat, dicto Thorſteino Svarto alteram partem ad templum Hnappſtadorum pertinentem & Hunſtados, ſimulqve omnia dicti templi bona mobilia eo pacto contuliſſe & tradidiſſe, ut dicta bona in ſuos uſus convertat, & uſus fructus inde redundantes accipiat, ſed omnes templi expenſas ſolvat, & illius ejusqve bonorum damnum, ſi qvod exſtiterit, præſtet. Hæc noſtra conſtitutio, donec Thorſteinus Svartus dimidium prædii Knappſtadi poſſidet, valebit. In qvorum teſtimonium nos ſigillum officialatus his literis appoſuimus, ſcriptis Bolſtadahlidæ in feſto Magni Comitis, anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono.

(*) Unacum his literis ſimul transſcriptæ fuerunt tabulæ venditionis, qvibus iidem Sanctæ Eccleſiæ Holanæ Officiales dimidium dicti prædii eidem Thorſteino Nigro vendidere, dicto loco die & anno ſcriptæ. *Transſcriptum* utriusqve tabulæ datum eſt *Miklagardi in Eyafiordo, in feſto Corporis Chriſti, anno Domini milleſimo qvadringenteſimo ſeptuageſimo nono,* per Johannem Pauli filium Doctorem Decretorum, Nicolaum Thormodi filium, poſtmodum Priorem monaſterii Mödruvallenſis, & Gudmundum Jonæ ſacerdotes.

Litr. D.

(d) Þeim godum monnum ſem þetta bref ſiá edr heyra ſender Þórſteinn Ejólfsſon Logmadr nordan ok veſtan á Islande kvediu gudz ok ſína. Kunnigt giorande at á fiórda ári ríkis vors virduligs herra Eiriks med gudz nád Noregs ok Svíaríkes kóngs in feſto beati Johannis Baulacenſis Epiſcopi á Miklabæ í Skagafirdi á almenniligri preſtaſtefnu birte virdugligr herra herra Petr med gudz nád biſkup á Hólum mer bref heidrligs herra Magnúſar med ſomu nád Noregs ok Svíaríkes Kóngs under hans hángandi incigli hvort her er med feſt þeſſu mínu brefi ſo látandi at hann hefdi tekit Heilaga Hólakirkiu allt hennar gótz ok varnat í kóngligt trauſt ok ſína vernd. Svo ok ei ſídr krafdi biſkupinn mik úrſkurdar á hvort kirkian á Hólum mætte þeſſara náda niótandi verda edr ei í því ſiálfrar hennar málii ſem þá var kiært til Jóns Grímsſonar. Því í gudz nafne Amen. ſagda ek med þeirra beſtu manna rádi ſem í hiá mer vóru med fullum laga úrſkurd Jón Grímsſon ſkylldugan vera at lúka kirkiunni at Hólum hálfaukinn ſinn rett fyrer þetta Kóngs verndarbref med ſlíkum peninga vexti ok ſölum ſem Síra Jón Magnúsſon Hólakirkiu Official hafdi dæmt einfalldan ok konúngsbrefit ſtödugt ok óbrigdiligt halldandi í öllum

(d) *Id eſt:* Bonis viris has literas viſuris vel audituris, Thorſteinus filius Eyolfi Legifer qvartæ borealis & occidentalis in Iſlandia ſalutem Dei & ſuam mittit. Notum faciens, qvod anno qvarto regni Illuſtris noſtri Domini Erici Dei gratia Norvegiæ & Sveciæ Regis in feſto beati Johannis Baulacenſis Epiſcopi, Miklabæi in Skagafiördo in Synodo generali, Venerabilis Dominus, Dominus Petrus Dei gratia Epiſcopus Holenſis Honorabilis Domini Magni eadem gratia Norvegiæ & Sveciæ Regis (*) literas, cum ejus ſigillo penſili, his meis appenſas, qvibus ſe ſanctam eccleſiam Holenſem, ejus bona & negotia in regium tutamen ſuumqve præſidium recepiſſe teſtatur, mihi exhibuerit. Nihilo minus Epiſcopus meam ſententiam judicialem poſtulavit, utrum eccleſiæ Holenſi his privilegiis frui liceret, nec ne, in propria ejus cauſa, qvæ jam adverſus Jonam Grimi filium agebatur. Hinc in nomine Dei Amen. Ex optimorum virorum, qvi præſentes erant, conſilio, plena ſententia judiciali edico, Jonam Grimi filium Eccleſiæ Holanæ mulctam pro ejus juris violatione reſpectu harum literarum Regiarum tutelarium duplam perſolvere debere, tanta ſumma, & iis temporibus, qvibus ſacerdos Jonas filius Magni, Eccleſiæ Holenſis Officialis, ſimplicem perſolvendam judicaverat, literas vero Regias in omnibus ſuis clauſulis & articulis,

(*) *Vid. ſupra Tom.* I. *pag.* 431. ſq. 437.

um þeim greinum ok articulis ſem hvör er faſtaeigum Heilagrar kirkiu vid hvörn mann ſem ſkipta er allt þar til rettr Noregs kóngr þat aptrkallar med ſínu opnu brefe. Ok til ſanninda her um ſetta ek mitt inncigle fyrer þetta bref ſkrifad í ſögdum ſtad ok áre, dege ſídar enn fyrr ſeger.

Litr. E.

Statutum Petri Epiſcopi.

(e) Eindagi á lióstollum friádag lánga. ſekr tólf aurum hver er ei lýkr. eigi hálft prófaſtur en hálft kirkiubóndi. Item af eydi iördum. edr þeim iördum. ſem aureigi býr á. ſá er ei á lióstoll ath lúka. lúkizt eingi lióstollur. Item þar ſem madr helldr ómaga eyri med laga umbodi. lúkizt þar lióstollr ſem han ſitur, í hverri kirkiuſókn ſem ómagin tekur guds líkama ath páſkum. Item hvört ſem andazt bóndi edr húsfreyia epter fardaga. ok ſtendr búnadr ſaman framvegis. lúkizt ein tíundar giord. ok einn lióstollr. þó ath arfar verdi fleire. Enn ef ſundr er brugdit búi, lúki hver ſinn lióstoll ath páſkum. Item ef hión eiga tíu aura edr hundradi minna. ok ſe hvortveggia vinnufært lúki einn lióstoll. En ef þau eiga hundrat edr hundradi meira. edr hvort þeirra ſem á lúki tvo lióstolla.

---

culis, qvicunqve bonorum eccleſiæ immobilium curam geſſerit, cum qvocunqve tandem res fuerit, uſqve qvo legitimus Norvegiæ Rex illas ſuis literis revocaverit, firmas & inviolabiles eſſe. In qvorum teſtimonium ego ſigillum meum his litteris appendi ſcriptis dicto loco & anno ſed poſtridie ac ſupra.

(e) *Id eſt:* Terminus penſionem in candelas perſolvendi eſt dies Paſſionis Domini, qvicunqve tum non perſolverit, duodecim unciis, ex dimidio inter Præpoſitum & Patronum templi dividendis, mulctator. De villis deſertis, & fundis, qvos egeni a penſione in candelas immunes inhabitant, nullæ in lumina erogationes perſolvuntor. Item ubicunqve qvis bona pupilli ex mandato legitimo adminiſtraverit, in ejus parochia, ubicunqve pupillus tempore paſchatos corporis Domini particeps fuerit, penſio in lumina perſolvitor. Item ſive paterfamilias, ſive materfamilias poſt tempus mutandi domicilia obierit, & res familiaris indiviſa exinde permanſerit unica tantum penſio in candelas, & unicæ decimæ, qvamvis plures ſint hæredes, perſolvantur. Qvod ſi res familiaris dividatur, ad tempus paſchatos penſio in candelas a ſingulis erogator. Item ſi conjuges uncias decem vel minus qvam hundredam poſſederint, & uterqve laboribus apti ſint, unicam penſionem in candelas perſolvunto. Sed ſi hundredam aut

tolla. Item olionar kaup se átián álner. ok lúkizt í tíundar eindaga. en hver er eigi lýkr sekizt sex aurum. Sami eindagi er á legkaupum. ok líksaungs eyrum. ok ligr þriggia marka sekt vidr hvert hver er eigi lýkr. Tída offur presta segizt eptir hinum forna kristinrett. Item þurfasti bóndi ok húspreyia. ef han á tío hundroth en hún fim. ok hundrath fyrer hvern ómaga sinn. Ef menn eiga fimm hundrath saman at búfiárlagi. lúki skiptitíund. Item ef madr á eitt bú, ok er heimilisfastur i odrum stad. lúkizt þar tíund sem búith stendr. Item er madr skyldr at sýngia frædi sín sinn á tólf mánudum fyrer prófásti ef hann er beiddr. sekr sex aurum ef han syniar. Item ef madr verdr brotligur med frændkonu sinne ath þridia ok fiórda. sekur átián aurum. ok vatnfasti þriátígi nátta. Item ef madr sæker eigi tíder, adr sækia lætur þriá sunnudaga samfleytt. sekur sex aurum.

---

aut plus possideant, vel si alteruter eorum tantundem in bonis habeat, duas pensiones in lumina persolvunto. Item redemtio extremæ unctionis octodecim ulnis, termino qvidem decimarum solvendarum, expenditor, qvi vero non persolverit, sex unciis mulctator. Idem mercedis pro loco sepulturæ & cantu exeqviarum persolvendæ terminus esto, qvam qvi solvere detrectaverit, tribus marcis mulctator. Oblatio pro sacris peragendis ex *Jure Ecclesiastico* antiqvo censeatur. Si paterfamilias decem & materfamilias qvinqve hundredas, & pro qvovis ab iis alendo, qvi ipse sibi victum mereri neqvit, unam hundredam in bonis habuerint, jejunium siccum eroganto. Si qvis qvinqve simul hundredas secundum æstimationem pecuariam possederit, decimas qvadripartitas expendito. Item si qvis villicationem habens alibi domicilium habuerit, decimæ in loco villicationis persolvuntor. Item qvicunqve coram suo Præposito per annum semel, si postulatus fuerit, scienda recitare tenetur, si recusaverit, sex uncias persolvito. Item si qvis in tertio & qvarto gradu cognatæ stuprum intulerit, octodecim uncias expendito & per triginta noctes in aqva jejunato. Item si qvis sacra per continuas tres dominicas vel ipse, vel per alios non freqventaverit, sex uncias persolvito.



HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ ISLANDIÆ

PERIODUS IV.

Ab Anno MCD ad Reformationem religionis Romano-Catholicæ.

SECTIO I.

De externo reipublicæ ſtatu, ſeu de Regibus Daniæ & Norvegiæ Eccleſiæ Islandicæ nutritoribus; eorumqve Præfectis; ut & de Archiepiſcopis Nidaroſienſibus ſupremis eccleſiæ inſpectoribus.

Cap. I.

De Erico Pomerano.

§. I.

Ericus Pomeranus patrem habuit Wratislaum VII. Pomeraniæ Ducem, matrem verò Mariam Henrici Ducis Megapolitani & Mariæ Valdimari III Danorum Regis filiæ, filiam; unde liqvet, fuiſſe eum Valdimari III. Danorum Regis ex filia pronepotem, ſed Margaretæ Danorum Reginæ ex ſorore nepotem. Hujus, a matre vidua ad inviſendam materteram, ani-

mi gratia in Daniam veniente adducti, forma, lineamentorum diſpoſitione, & converſationis blanditiis ita capitur Regina, ut abeunte matre, puerum educandum retinere vellet, qvem paulo poſt adoptavit, & deinde in regni conſortium aſſumſit. Uxorem nactus Philippam Henrici V. Angliæ Regis filiam, ex qva nullos habuit hæredes, vagis enim libidinibus & popinis deditus, cum ipſa parum conſvevit. Laborioſus qvidem fuit, & magno impetu magnisqve impenſis multa movens, ſed ſucceſſu deſtitutus, aut fortunæ in tempore non inſiſtens, pauca aut nulla feliciter peregit. Regnum primum una cum Margareta 13, deinde ſolus 26 annis adminiſtravit; Subditorum tandem contemtum incurrens, aut, ut videri voluit, tædio fortunæ fatigatus, regno ſe abdicare & in Bogislaum Ducem Pomeranum, invitis ſubditis transferre volens, ſed perficere non valens, convaſatis rebus, imo nec a templorum ornamentis manus abſtinens, anno 1439 in Gullandiam abivit, ubi integro decennio piraticam exercens, vitam produxit. Tandem vero in Pomeraniam reverſus, poſt alterum decennium anno 1449 ibidem inglorius vitam cum morte commutavit. Tribuitur eidem *Chronicum* qvoddam latine conſcriptum, ſed immerito; opus enim haud dubie Monachum qvendam Ciſtercienſis ordinis authorem agnoſcit. Qvid hic Rex Islandorum Reipublicæ aut Eccleſiæ utile præſtiterit, in promtu eſt nihil, niſi huc referantur literæ ſalvi conductus Jonæ Holenſi Epiſcopo anno 1415 datæ (a).

§. 2.

(a) " Eric med Guds Nadh Noreghs, Danmarchs, Sverys og Gota Koning og Hertug i
" Pomeren, ſendir ollom Monnum them ſom thetta Bref ſe eder heyra, qvediu
" Guds og ſyna. Saker that at Virduglegi Herra og andlik Fadir og Vin vor hin
" kiæra Hr. Jon med Guds Miſkund Biſkop at Holum a Iſlandi far nu heim til ſit
" Biſkopsdome, thi bedhium Vii allan Barn alhiud a ſama Iſlandi og biudhum, ther
" ſe hanem til Hialp og Tilſtyrks i alla ſina naude, til rata, ſva ofta ſom han tilſi-
" gher og hann tarnaſt, einkanliga Biggiande og Buuande i Hola Biſkopsdome vei-
" ter Hanom Heider og Virding, og alle the liudne ſom I erer a Guds Vegna og
" Vor ſkylduga idhra retta Biſkup ath veita og viliom Vii ath ther vitid at Vii ha-
" vum takid andelikan Fadhir og Hr. Biſkop Jon fornefndann, Hola Kyrkiu og
" alt Hennar og Hans Gotz bædhe i Lauſu og Faſtu, Vardhnade og Sveina og Hion
" Hans i Guds Valld og vora Vered og Virding lyka Trauſt fullkomelika, forbiu-
" dande hvorom manne, einkanliga alla Vora Umbudsmann, Loghmann, Fogetom,
" Biſkop Jon at unada, alla yſver Sveina, alla Varnada, alla Hion Hans, Doma
" alla, theim ſteſna for han, og ej Umbodsmann, ether Loghmann Varn, nema

" Byſkop

§. 2.

Traditis sibi Regni habenis Ericus Pomeranus, *Vigfusum Holmium* Præfectura Islandiæ exuit, eandemqve in *Arnam* Skalholtensem Episcopum transtulit, qvi anno 1413 cum ipse in Dania aulam seqvens hæreret, vicarium sibi constituit Celeberrimum inter Islandos virum, *Biornum Einaris filium*, cujus infra, Sect. 2. Cap. 2. §. 4. mentio fiet, qvid autem ipse Præsul in hoc Præfecturæ munere gesserit, infra exponendi commodior locus offeretur.

§. 3.

Anno 1420. in provinciam venit *Johannes Nystæd*, ut conjicere licet, supremum gerens magistratum, secum ducens uxorem Margaretam Ozuri filiam, socrumqve Gudridam; sed anno 1422, nulla, qvantum nobis constat, re memorabili gesta, cum suis rursus abiit.

§. 4.

Anno 1419 *Johannes Pauli* in Islandiam venit, ibidemqve hyemem transegit, sed 1421 abiit. Anno 1422 una cum collega *Balthazaro* reversus, communi Marte Islandiæ Præfecturam gesturi. Anno seqvente Johannes & Jonas Episcopus Holensis (invito Diœceseos Holanæ clero, qvi, ut Jonas Biarni filius sibi Officialis constitueretur, desideravit) Michaelem eodem fungi officio, jusserunt. Anno 1425 horum Duumvirorum famuli

" Byskop skal sialver alla laughlika Umbutsmann tilsetia at dæma af Tolda og Sekta Vora Vegna som a sina yfver sveina varnada og hion. Hvor som i mote thessari Vorri Skipan giorir edur geingir meth Triotsku oc Uhlydugheit, hafve Vora Reede og Ressing efter Tolf Manna Dom, oc fornefnd Biskop Jon eter hans lag-Umbutzmann over Sagen efte Loghom og theim Fullrette sitt som brutid er vid, luki og heilagri Hola Kyrkio tvo gyllt Fullretti. Sva viliom Vii oc alla Menn vita ath Vii stadfestum meth thesse sama vare opne Brefe alla the Privilegia oc frelse, som Norig Konunga i fyrrum Tyma givet hafa afterseda Hola Kirkiu og Biskopom a Holum, viliom Vii ath the standa ubrigdanliga med alla sina Articulis og greina i alla mata som the utgefna varo at fyrsta. Datum in villa nostra Slaulosia, Anno Domini millesimo qvadringentesimo qvinto decimo, die qvinto mensis Septembris, nostro sub Secreto, nobis præsentibus, appenso. "

muli Monasterio Helgafellensi vim intulerunt, illudqve una cum templo inqvinarunt virum qvendam intra cœmiterium transverberando, in qvo statu templum integrum qvadriennium mansit; nam anno demum 1429 a Jona Jonæ Episcopo Holano, templum, cœmeterium & monasterium purgata fuerunt. Eodem, ut videtur, anno, in insulis Westmanneyensibus hi Duumviri capti fuerunt, & in Angliam transportati, sed a qvibus, & cujus jussu id factum sit, non additur, seqvente autem anno, Balthazar in Islandiam reversus, Præfecturam per unius anni decursum gerebat.

§. 5.

Post Balthazari priorem præfecturam, anno videlicet 1427 *Thorsteinus Olavi* Occidentali & Boreali partibus Islandiæ cum summo imperio, reliqvis *Vigfusus Ivari* præfuisse videtur, sed qvamdiu in hoc officio fuerint, non constat; anno autem 1441 hic Thorsteinus Australis & Orientalis Islandiæ Nomophylax salutatur.

§. 6.

Ab anno 1430 ad annum 1450 qvis cum summo imperio aut Regis Præfectum agens Islandiæ præfuerit, non liqvet; id saltem certum est, anno 1436 Præfecturam gessisse *Enarum Thorlevi*, Biorni Enaridæ, communiter dicti Hierosolymipetæ, ex filia nepotem; sunt &, qvi ei hoc officium ad ad annum 1440. adscribunt; sed qvid in re tam dubia & incerta verissimum sit, nos in defectu monumentorum statuere neqvimus; neqve adeo magni interesse videtur, cum pleriqve horum perexiguam Ecclesiæ utilitatem adtulerint; opibus enim congerendis, qvam Reipublicæ aut Ecclesiæ malis tollendis aut medendis, intentiores fuerunt. Qvando Enarus mortuus fuerit non liqvet, nam qvidam id ad annum 1473 qvidam vero ad 463 referunt, sed de fati genere omnes consentiunt, scilicet, qvod tempore hyemali per tesqva Laxaardalensia cum 12 famulis transiens, immani procella tempestate & frigore oppressus, satellites omnes amiserit, uno tantum excepto cui Solvus seu Sylvius nomen fuit; Hic insigni præditus virtute & fide, cum eqvum vires deficerent, herum humeris excepit; & ad villam sacerdotalem, Stad dictam, per multa stadia detulit,

tulit, ubi intensissimi frigoris vi, qvæ carnem ossa & nervos exusserat, post longos cruciatus membratim tandem dissolutum fuisse ferunt.

CAP. II.

De Christophoro III. Bavaro.

§. 1.

Christophorus Bavarus fuit Valdimarii III. ex filia abnepos, sed Erici Pomerani ex sorore nepos, ab Ordinibus Regni anno 1439 ad imperium vocatus, interna animi vi & dotibus mentis, qvam externa corporis statura & lineamentis commendabilior, Danis & Norvegis, qvam Svecis multo gratior fuit, licet enim ultimi, eo regnante fœdus Calmariense non aperte ruperint, statim tamen post ejus mortem ignis in favillis latitans in apertam flammam erupit, cujus præcipua causa fuit, qvod ab avunculo piraticam exercente allatam subditis injuriam & damna nimia conniventia dissimulasset. Hafniam, ad hæc usqve tempora Episcopo Roskildensi subjectam, dato æqvivalente pretio Coronæ Danicæ acqvisivit, qvæ ab eo usqve tempore celeberrima regni Metropolis & Regum sedes evasit; Jura Civitatum emendavit. Præterea Civitatum Hanseaticarum immodicam licentiam refrænare in animo habuisse perhibetur, sed morte præventus, qvæ eum in flore ætatis, 8 Idus Januarii in Arce Helsingborgensi anno 1448 oppressit, destinata animo non potuit exseqvi. Ex Dorothea Principe Brandenburgica nullos suscepit liberos. Regni habenas annis 9 cum laude moderatus est.

§. 2.

Islandis, qvæ ætatem tulerunt, publicum commodum promoventia statuta aut Privilegia nulla dedit (a), neqve liqvet, qvinam sub

(a) Edictum seqvens, qvamvis de causa privata agat, ex codice membraneo coævo Bibliothecæ Magnæanæ No. 235 in Qvarto adferre non piget: " Wy Cristoffer med " Guds

eo supremam Insulæ Præfecturam administraverint; Non tamen improbabiliter conjectari potest egisse id, aut supramemoratum *Enarum Thorlevi* aut ejus fratrem *Biarnum Thorlevi*, de qvo paulo infra plura dicendi occasio dabitur.

CAP. III.

De Christiano I.

§. I.

Vera esse Regum sapientissimi verba: *Sortes in sinum mitti, sed Deum illas dirigere*, comprobat præsens exemplum! Nam exstincto Christophoro

---

" Guds nadh Norge Danimarks Svia Rikis Wende ok Gotha Kungr pallatz greffwe
" uppa Rin ok Hertoghe i Beyren hilsom allom them byggia ok boa a Islande kwn-
" görom wi idhr med tesso waaro opno breffwe at kom for oss Peter Peterssön waar
" hirdman ok körde sigh for oss ok waart raadh at Torwarder Loptzsön haffde
" hallit med han liffde swa mykyt jorda gooz med makt ok offwerrike som her
" sighr vatzenda jokol hallorstada tiærnir wlffat brecka Nes Bragholt Backa. ok
" ligger nordanlandz i hoola biskopsdöme i öiafirde a Islande ok nw framm helder
" hustru Margreth Vigfusdotter med makt ok offwerrike epter Torwardh heithyn
" bonda sin. Nw saker thess at fornemder Peter heffwer sokt waara nadh til hielpp
" ok styrk om adhr nömpt iorda gooz at han kan ey fa sith godz saker maktar ok
" offwerrike hær med idhr, thy skippom wi adhr nempdom Petre med waare fulre
" kungligre makt apter alla sina forgrenda jorder ok affhende sik sielffwer their som
" stader utan forgrend hustru Margret kwnne at syna at hon ædhr henne barn æge
" forgrenda jorder med laghom forbiodom wi hvariom manne lærdom ok lekom
" them at haffwa adhr halda byggia adhr boa a fornæmpdom jordom under waara
" konunglika hemdh uthan ther haffve adhr næmps Petirs loff adhr löffwe fyr. Item
" biodhum wi hustru Margret Vigfus dotter at leggia under sex manna doom innan
" maanader fra thy hon heffwer seet thetta wart breff ædhr hört huerra swara ædhr
" sekta hon warder skyllog fornæmpdom Petre for haldh ok medfærdh a thessa for-
" grenda jorda gooze sidhan fornæmder Peter wardh ægande at thwi biodum wi
" hyrstiorom waarom ok lagmannom ok allom handgangnom mannom at ther siedh
" hielpliger fornæmdom Petre Petirssön til alra retta maala som ther wilit haffwa
" tak aff oss. Datum castro nostro haffnensi die sancti Laurencii nostro sub sigillo
" presentibus appenso Anno Domini millesimo qvadringentesimo qvadragesimo sep-
" timo. "

stophoro Bavaro, coronam & Monarchiam Dano-Norvegicam, qvasi sortem in sinum missam, qvidam Erico Pomerano, jam dum in vivis agenti denuo offerre, qvidam Bogislao Pomeraniæ Duci, qvem antea Regem habere dedignati fuerant, qvidam eam Canuto Gyldenstiernio Nobili Dano imponere cogitabant, plurimi autem Adolpho Holsatiæ Duci hunc honorem deberi censebant, ipsiqve splendidissimam hanc sortem obtulerunt aut fere obtrudere voluerunt; Deus vero qvi sortes dirigit & imperia ab uno in alterum transfert, cor, mentem, lingvam Ducis laudatissimi ita direxit & disposuit, ut valetudinem, ætatem & orbitatem causans, onus & honorem deprecaretur, sobrinos autem, sororis suæ & Comitis Oldenburgici filios, suos etiam post fata futuros hæredes, digito qvasi monstraret, qvod supremi numinis nutu & instinctu factum esse ut cogitemus, par est; ratum enim id statumqve habuerunt Regni ordines, & Christiano Dieterici Felicis, Ducis Oldenburgensis, filio, coronam Regnumqve obtulerunt, cujus laudatissimi posteri ad hunc usqve diem utrumqve cum propria laude & subditorum commodo felicissime gerunt.

§. 2.

Anno salutis restitutæ 1448 20 Septembr. nobilitas Danica in Comitiis Viburgensibus, Christiano I. homagium præstitit; sed die lunæ post dominicam lætare 1449 literas submissionis cives Norvegici ediderunt. Eodem anno Feria Simonis & Judæ Hafniæ Coronatus fuit, simulqve cum Dorothea Brandenburgica Christophori Bavari vidua nuptias celebravit. Sed anno 1450, 3 Calend. Augusti, seu in ipso Sancti Olafi Festo, Nidarosiæ, Norvegici Regni corona ei imposita est. Svecos, partim vi, partim consilio, ut ipsum Regem Sveciæ agnoscerent, coronamqve anno 1457 ei imponerent, adegit; cujus eos brevi pœnituit, ita ut Carolum Canuti denuo revocarent, ipsumqve coronarent, Regemqve sibi constituerent. Post mortem Caroli, qvæ in annum 1470 incidit, jus qvidem suum vindicare sategit, sed expeditio infeliciter cessit, nam terra mariqve victus re infecta redire sibi suisqve utilissimum ratus est. Cum Anglis etiam controversias habuit, qvi ejus subditis varia damna intulerunt, præsertim Islandis, qvorum non paucos unacum Regio Præfecto Biorno Thorlevi anno 1468 occiderant. Anno 1474 Romam usqve perrexit, summoqve honore a Sixto 4 exceptus est, qvi die

Viridium

Viridium omnibus pœnitentibus, etiam notoriis peccatoribus remissionem peccatorum gratis, & sine pœnis competentibus, gratiam Regis, annuntiavit. Regi autem & ejus famulitio Festo Paschatos corpus Domini & absolutionem propria manu impertivit, a voti impletione, ut Terram Sanctam adiret, & Sepulchrum Domini inviseret, ea sub conditione liberatus est, ut impensas, itineri destinatas, sacris usibus attribueret, sed a pedis Papalis osculatione liberari non potuit. Hinc, donis permutatis & venia, seu Privilegio Hafniæ Academiam fundandi, impetrato, qvod haud dubio hujus peregrinationis utilissimus fructus fuit, Romam Rex, post unius & viginti dierum mansionem, reliqvit, qvam eminus multo sanctiorem, qvam cominus sibi visam fuisse, deinde fassus est. Vitio ei vertitur, qvod Orcades & Hetlandiam, dotis nomine, cum Margareta filia, Scotiæ Regi concesserit, item, qvod nimis largus fuerit, ita ut ad profusionem qvandoqve declinaret, in omnibus autem, etre & nomine insignem se esse Christianum clarissime demonstravit, nam de Ecclesia benemeritus, vitam viro Christiano dignam & tanto fastigio decoram transegit. Mortuus est Hafniæ anno 1481 die 20 Maji, cum vixisset annos 55 regnasset 33.

§. 3.

Islandis, pariter ac aliis subditis, haud pœnitendum Regem semet præbuit, iis enim varia Rescripta misit, Edictaqve proposuit, tam Reipublicæ qvam Ecclesiæ proficua, qvorum celebriora sunt.

1) Privilegia sive edictum illud, qvod communiter per eminentiam *Longum* (a) vocatur, & varia Ecclesiæ & Reip. salubria continet, constans,

(a) Vide infra ad finem capitis Litr. A. unde discimus. α) Primogenitum Regis nominatum fuisse Olaum, qvi ante patrem, ut videtur, in tenera ætate obiit. β) Regnante Christophoro, non qvidem rebellionem aut seditionem, sed motum qvendam & dissidium de vero Norvegiæ Rege in Islandia ortum fuisse, de qvo tamen apud scriptores altum est silentium. γ) Regis pietatem, qvod Sancti Olai devotus cultor fuerit, cujus, in initio edicti intercessioni acceptum refert qvod regnet & edicta promulget; Præterea secus ac alii Reges transgressoribus mandatorum suorum æternam maledictionem & anathema a Pontifice & Episcopis minatur. Cæterum illos tantum articulos ex membrana (174 in qvarto Bibliothecæ Magnæanæ) fere coæva exhibemus, qvi rem ecclesiasticam qvadantenus concernunt.

ſtans, ut qvibusdam illud interpungere ſeu diſtingvere viſum eſt, 22. §. ita autem incipit: *In nomine Domini! & per Interceſſionem Sancti Olai Norvegiæ Regis. Nos Chriſtianus Daniæ & Norvegiæ Rex, notum facimus*, &c.

2) Literæ tutelares, ſeu ſalvi conductus, datæ Gottſkalko Epiſcopo & templo cathedrali Holano, anno 1450 (a).

3) Literæ qvibus Torfio Arii filio privilegia Nobilium conceduntur 1450 (b).

4) Edictum de retractu prædiorum qvorundam a Benedicto Grimi filio facto 1450.

5) Privilegia Nobilium Biörno Thorleifidæ conceſſa 1457.

6) Literæ, qvibus Epiſcopo Olao filio Rögnvalldi præfectura Skagafiordenſis conceditur.

7) Mandatum, qvo Islandi Anglos vi pellere jubentur (c).

8) De eorum pœnis, qvi dicas & cauſarum legitimas cognitiones ſubterfugiunt 1463 (d).

9) De Henrico Kerker, in qvo de Einaro qvodam Ormi Rex conqveritur, & qvod impoſitum tributum a multis non ſit ſolutum 1470 (e).

10) Ne Epiſcopi Incolis eorum prædia, ad ſolvendum templorum debita, injuſte extorqveant, datum 1481 (f).

11) In qvo extraneorum mercatorum fœnus prohibetur, datum 1481 (g).

§. 4.

(a) Vid. ad finem Cap. Litr. B. ubi illi etiam propria navi mercaturam exercere permittitur.

(b) *Datum in Caſtro noſtro Happniæ, vigilia beati Andreæ Apoſtoli, anno Domini milleſimo qvadringenteſimo, qvinqvageſimo.*

(c) Vid. *ARNGRIMI Crymog.* pag. 139. Conf. §. ſeqv.

(d) Havniæ die 6 Februarii editum.

(e) Ex caſtro Havnienſi Dominica paſſionis Domini.

(f) Vid. ad finem Cap. Litr. C. ex codice pergameno mox laudato exſcriptum.

(g) Havniæ Dominica qvarta poſt paſcha.

§. 4.

Sub Christiano I. summo cum imperio Islandiæ primus præfuit *Torfius* seu Trebonius *Arii filius*, natione Islandus, uxorem habens Christinam Thorsteini filiam. Hic a Rege anno 1450 die 30 Novembris Nobilium Privilegiis ornatus, & totius Islandiæ constitutus Præfectus, Edictum Regis eodem anno datum in Islandiam attulit, & in leges referri curavit. Insigne Nobilitatis fuit *albus ursus in cæruleo panno clypei, cujus anterior pars ex galea eminebat.* Hicce Torfius, præter alia vectigalia a qvovis Prætore tot hundredas (valet autem hundreda 4. joachimicis) exegit, qvot Curias seu Prætoria qvævis Toparchia numerabat, qvod circiter 500 Joachimicorum summam effecisse videtur. Qvid præterea gesserit, & qvamdiu officio functus sit, dicere non possum; id tantum pro certo habemus, qvod non ultra annum 1456 præfecturam continuaverit.

§. 5.

Biornus Thorleifi filius, Biorni Enaridæ ex filia nepos, uxorem habuit Olufam Lopti Divitis filiam, insignem viraginem; Hic circa annum 1450 usqve ad annum 1452, cum cathedram Skalholtinam post mortem Gotsvinni vacantem occupavit, omniaqve ad eandem pertinentia bona ad lubitum dispensavit & in suos usus convertit, qvod ubi Regi, Archiepiscopo & Marcello, vero Skalholtinæ diœceseos Episcopo, innotuit, unanimiter Gotskalco Episcopo Holensi injunxerunt, ut Biornum Skalholto ejectum, ad reddendum administrationis rationem sub anathematis pœna, compelleret, qvam procellam sine mora cedendo, & aliqvalem rationem reddendo, Biornus prudenter declinavit. Hinc cum uxore peregre abiit, tempestatibus vero ad insulas Orcadicas delatus, a piratis qvibusdam invaditur, & captivus cum suis in Scotiam abducitur, unde Regis intercessione liberatus in Daniam venit (a), ubi Eqvitis honore & nobilium Privilegiis ornatus, totius Islandiæ præfecturam adipiscitur, qvam ab anno 1457 ad mortem usqve retinuit. Eadem tempestate Angli Scotiqve

---

(a) Vide *HVITFELDIUM* in *Hist. Christiani I.* pag. 874. & seqq. ubi de hac re prolixe satis agit.

tiqve mercaturam in Islandia gnaviter exercebant, idqve Regis, ejusqve præfecti, ingratiis, non enim tantummodo consvetum vectigal pendere renuebant, sed furtis qvandoqve, rapinis & maleficiis in incolas grassabantur, qva de re Rex conqveritur in Rescripto Islandis misso, anno 1463 usqve, ut resistatur & vis vi repellatur, mandat; His fretus animatusqve Biornus, Anglorum Scotorumqve mercimonia qvædam confiscavit; qvod illi impune ferre nolentes, ipsum cum asseclis in vico, dicto *Rif*, ubi tum temporis celebris navium statio fuit, anno 1468 (a) adorti sunt, & una cum septem asseclis occiderunt, occisi vero corpus in frusta dissecuerunt & ludibrio exposuerunt; Thorleifum autem Biorni filium captivum secum habuerunt, usqvedum mater ejus Olufa magno pretio eum redimeret; Qvæ has injurias coram Rege qvestum in Daniam trajecit, idqve impetravit, ut Anglo bellum a Dano indiceretur, qvod qvinqvennium duravit. Ipsa autem virilis animi fœmina Anglos in Islandia ubicunqve potuit, gravissime persecuta est, aliqvando enim in sinu Isafiord tres Anglorum naves piscatorias adorta cepit, occisis aut in servitutem abductis nautis, qvorum 50 ferreis ligatos catenis, servilibus laboribus adhibuit (b).

§. 6.

Post Biornum Islandis impositus fuit *Henricus Kerker*, qvi Islandiam anno 1470 ingressus est. Præter literas Collationis, supra §. 2. memoratas, Edicta qvædam alia adtulisse fertur, qvæ jam, ut puto, perierunt. Officium hocce usqve ad annum 1481 continuasse videtur; Nam in judicio

---

(a) Conf. *HVITFELD.* loc. cit. pag. 904. ubi una cum multis aliis annum necis Biornianæ anticipasse videtur, eam ad 1467 referendo, cum re vera ad annum 1468 pertineat, ut ex indubitatæ fidei documento originali, cum affixo sigillo, qvod in Archivo cathedræ Skalholtensis reperitur, abunde patet & probari potest. Vid. ejusdem Fascic. 16. No. 2.

(b) Precatam fuisse ferunt, ut mors sua memorabili qvadam re nobilitaretur, obtinuisse etiam, ut anno 1484 cum animam exhalaret, tanta incideret procella, qvanta post hominum memoriam nunqvam; qvæ multa straverit templa & ædificia, & 50 in Anglia navigia obruerit, indeqve cognomen sortita est & vocata *Oluf Bilur*, *bilur* enim Islandis procellam aut turbinem notat.

cio Kroſſenſi (a) ejus mentio injicitur, qvod ſi verum eſt, *Henrico Daniel*, qvem Hiſtoricorum coryphæi, *BIORNUS* de *Skardſaa* in *Annalibus*, & Doctiſſimus *ARNGRIMUS* in *Crygmog.* pag. 240. ad hunc annum Islandiæ Præfectum faciunt, locus non conceditur (b).

Litr. A.

(c) I nafni guds ok árnadarordi hins heilaga ólafs noregs kóngs þá giorum uer kriſtiern med Guds nád noregs danmarks uendiſ gota kóngr greifi í oldinborg ok delmenhorſt ydr aullum aulnum ok óbornum ueraundum oc epterkomendum á íſlandi kunnigt at af því at almáttigr gud um fram forſkylldu vora hefer ſkipat oſs til ríkisſtiórnar í noregi ok ver haufum nú laugliga anamad kraunuuígſlu ok kóngsnafn í þrándheime á ſancti ólafsdægi. anno domini MCDL ſem á ſama tíma epter fullkomliga ſamþykt beizlu ok vilia allra biſkupa. prelata riddara ok ſueina. kaupſtadamanna ok alls almúgans yfer allan endelángann noreg. því áminner oſs

---

(a) Suprà, Per. 3. Sect. 1. cap. 5. §. 8. Tom. 1. pag. 427. mentionem fecimus inſignis maleficii, qvod *Kroſſreid* vocatur; hic autem aliud ejusdem farinæ ſemet offert ſynonymum, etiam dictum *Kroſſreid*, in qvo Thorvardus Erici filius ſororium ſuum, Magnum Jonæ, maleferiatorum globo ſtipatus domi ſuæ invaſit & occidit; qva de re cum ſententia publica pronuntiaretur, Henricus Kerker Iſlandiæ Præfectus præſens fuiſſe dicitur.

(b) *ARNGRIMUS* hic *BIORNUM* nimis ſecure ſecutus eſſe videtur; ſed qvomodo *BIORNUS* ad hunc annum ſecum ipſo conciliari qveat, non video; ſcribit enim: *Anno 1481 Præfectum Islandiæ fuiſſe Henrich Lajel*, qvod ſine dubio legendum Henrich Daniel, & mox eadem pagina: *Henricum Kerker Iſlandiæ Præfectum in judicio Kroſſenſi præſentem fuiſſe;* niſi dicamus Henricum Daniel hoc anno, forte in Julio ingreſſum eſſe, ſed Henricum Kerker ut prioris anni Præfectum nondum officium depoſuiſſe cum hoc judicium haberetur.

(c) *Id eſt:* In nomine Dei & per interceſſionem Sancti Olai Norvegiæ Regis, Nos Chriſtianus Dei gratia Norvegiæ, Daniæ, Vandalorum Gothorumqve Rex, Comes in Oldenborg & Delmenhorſt, vobis omnibus natis & naſcituris, præſentibus & futuris Islandiæ incolis notum facimus, qvod cum Deus omnipotens, præter noſtrum meritum regimini Norvegiæ nos adhnoverit, & nos jam Thrandheimi in feſto Sancti Olai ex omnium Epiſcoporum, Prælatorum, Eqvitum & Armigerorum, civium & totius per integram Norvegiam vulgi conſenſu perfecto, petitione & voluntate coronam inauguralem

ofs áſt ok gódvile ſem vorer forellrar góder norigis kóngar hafa haft ok uier ſiálfer haufum til íſlandz. Ok jafnvel krefr ofs ſkyllda á krúnunnar vegna ſem þar eiga med lögum under at vera at huxa ok vita íſlandz velferd gagn ok nygta ſuo at góder nytſamliger ſider megi þar halldazt enn ſkadliger óſider megi aullúngis afleggiazt. Því haufum uer med rádi ok samþykt uors elſkuligs ráds af noregi ſem hier hiá ofs uoro ueitt. lent ok gefit ydr ſlíka priuilegia fríheit ok rettarbætur ſem hier epter fylgia. —— Biſkupar rídi med ſvo mörgum mönnum ſem kirkiunnar laug vatta ok útſkýra. Enn ábótum ok abbadíſum ok ríkispreſtum fyrirbiódum uier at rída vid fleiri menn enn vid fimta mann útſveitar enn vid þridia mann innan ſueitar. Enn ef þeir dirfazt at rída med fleiri mönnum þá ſie þat allt biſkupi upptækt enn fullretti hafi biſkupinn af haufudsmanni enn hálfretti af huerium hinum. Item forbiódum uer aullum ríkismönnum á íſlandi under fulla landrádaſök at taka ſier til búſſveina fleire menn enn þá er þeirra iordum búa fráteknum biſkupum ok hirdſtiórum. Suo ok forbiódum uær under ſama forbodi at ſafna edr ſamandraga flock edr mótſtaudu giöra biſkupum hirdſtiórum logmönnum ſyſlumönnum ok fouitum ſuo uilia underſtióta ſic ok undanflýia frá lög ok rett at giöra ok dóm at ſtanda fyri ſín afbrot kirkiu. kóngi ok kalli ok vilia ei láta edr tilſtanda

guralem & nomen regium acceperimus, amor & benevolentia, qvam anteceſſores noſtri boni Reges Norvegiæ erga Iſlandiam habuere, & nos habemus, nos monet, qvin & coronæ, cui jure ſubeſſe debent, officium reqvirit, ut Iſlandiæ ſalutem emolumentum & utilitatem cogitemus & promoveamus, ita ut boni & frugi mores ibidem obſerventur, nocivi vero & mali penitus aboleantur. Hinc ex dilectorum noſtrorum regni Norvegiæ Senatorum, qvi jam apud nos præſto ſunt, conſilio & conſenſu, nos vobis talia privilegia, libertates & edicta conceſſimus, qvalia ſeqvuntur: —— Epiſcopi iter facientes tot habeant comites, qvot leges eccleſiaſticæ præſcribunt & teſtantur. Abbatibus vero, Abbatiſſis & ſacerdotibus magni nominis pluribus viris qvam qvatuor extra, duobus vero intra, tribum, ſtipatos, iter facere prohibemus. Qvod ſi plures comites adſciſcere auſi fuerint, omnia itineris inſtrumenta, prætereaqve plena juris epiſcopalis violati multa a primipilo, dimidia autem a reliqvis ſolvenda, Epiſcopi fiſco cedant. Præterea omnes viros in Iſlandia Magnates plures ſatellites qvam fundorum, qvos poſſident, incolas adſciſcere, exceptis ſolummodo Epiſcopis & Satrapis, ſub pœna perduellionis prohibemus. Sub eadem qvoqve pœna prohibemus, ne qvis factione inſtituta (armatos) ad Epiſcopis, Satrapis, Legiferis, Prætoribus & Qvæſtoribus obſiſtendum colligant, qvo ſe ſubducere & effugere conentur, ne pro delictis ſuis in Eccleſiam, Regem & privatos ex præſcripto legis, juſti & ſententiæ

tilstanda sic stefnda under riett laug oc riett giöra í svo máta at hindra stefnuvottana hauggua edr draga suo lángt í burt med ofurvalldi at þeir megi ei vitni um bera at stefnt verdr edr rífa sundr stefnubrefit edur felazt oc geima sic inni í húsunum oc vilia svo ei stefnu heyra oc forfella svo login at þau mega ei gánga. Skulu haufudsmenn sakader verda sem fyrr skrifad stendur. enn aller þeir sem med honum þar til hiálpa skal hverr þeirra sakadr verda vid oss 13 mörkum oc so þó giöra riett fyrir sic iafnvel sem ádur —— Item fyrerbiódum uier under fulla landrádasok huerium manni á íslandi svo lærdum sem leikum at hylla edr hallda edr nauckurum manni trúskap at segia edr manndóm edr eida vinna edr nauckurn fyrir riettan noregx kóng hallda utan oss ok vorn kiæra einka son ólaf. Enn huer sem giorer slíkan tuiuil edur mistrúnad í bland almúgans um oss sem giort var af ymsum mönnum á íslandi í kóng kristoforus daga. þá skulu þeir hafa fyrirgiört fe ok fridi landi ok lausum eyri ok uerdi alldri bótamanna ok þar med bauluader ok í banne á heilagrar kirkiu uegna af uorum helga faudur pávanum í róm ok aullum biskupum í noregi ok í danmork. Item forbiódum uær aullum maunnum á íslande suo lærdum sem leikum at hafa ok hallda útlæga menn sem eru þeir sem forráda sinn húsbónda edr drepa hann. manndrápara. biskupsdrápara. prestadrápara kirkiubriótara kirkiuþiófa edr hafa þá sic til sueina fyrr enn þeir

---

sententiæ judicialis satisfaciant, nec se ad præstandum ex jure citari permittant, vel confiteantur, diei dictæ testes cædentes, & tam longe vi violenta abripientes, ut de die illis dicto testimonium perferre neqveant, vel literas citationis discerpant; latibula qværentes in domibus se contineant, ne dicam recitatam audiant, & leges, ut vi sua priventur, eludant. Primipilus qvidem, ut antea dictum, reus esto, reliqvorum vero omnium singuli tredecim marcarum multam nobis solvunto, & jus nihilominus præstanto ——. Item sub stricta perduellionis pœna prohibemus, ne qvis Islandorum tam clericus qvam laicus, qvemcunqve hominem homagio dignetur, dignum reputet, ei fidelitatem, vel subjectionem promittat, juramentum præstet, vel pro legitimo Norvegiæ Rege agnoscat, præter nos & dilectum nostrum atqve unicum filium Olaum. Qvi vero tale dubium & suspicionem vulgo instillat, qvalia a multis in Islandia diebus Christophori excitata sunt, pace & bonis, tam mobilibus qvam immobilibus privantor, nec unqvam factum expiare illis licitum sit, maledictis præterea & excommunicatis vice sanctæ ecclesiæ a sanctissimo nostro patre Papa Romano, & omnibus Norvegiæ & Daniæ Episcopis. Item omnibus in Islandia tam clericis qvam laïcis prohibemus, exules recipere vel tueri, qvi sunt heri proprii proditores vel occisores, homicidæ, Episcoporum vel sacerdotum interfectores, templorum effractores,

þeir hafa uerit til noregs ok feingit sic þar landzuíst af uorri nád. ok huerr sem her í móti. þessi vorri skipan giorir skal uera sakadr uid oss 13 mörkum á hverium tolf mánadum sem þeir nær þeim eru. ok húsbóndi þeirra ábyrgizt aull þeirra uerk. Item fyrirbiódum uær hirdstiórum uorum ok laugmönnum ok sýslumönnum uorum á íslandi at tilstedia at útlæger menn fari ok gángi sem friálser menn í landinu ok ei bliua staudugt á kirkiunne til þess at þeir eru skiprádner til noregs. enn ef þeir finnazt utan kirkiu þá fari þeir sem lögbók vottar —— Item forbiódum uier under fulla landráda sok hverium manni á íslandi suo lærdum sem leikum at inntaka nauckurn biscup á íslandi edr hann þar fyrir biskup hallda edr nockurn biscupstól innsetia fyrr enn hann hefur uora fulla samþykt þar til feingit erkibiscups ok ríkisrád oc hefer þar uppá uort opit bref oc insigli. Item forbiódum vær under fulla landráda sök aullum leikmönnum á íslandi at taka klausturfólk. presta edur klerka í sitt valld uernd ok ueriu ok forsuara þá ímóti biscupum med ofurualldi þá sem biskupinn finnur at þeirra ólifnad (*) edr óhlýdne ok þeir fara ei svo rettiliga med sinu prestligu embætti sem þeim byriadi ok hialpa þeim til at hallda klaustrá, beneficia ok inngiölld í svívirding ok hogmod móte biskupinum í fullre óhlýdne, ok

tores, vel sacrilegi, hosqve suo satellitio adsciscere, priusqvam exacto in Norvegiam itinere, a nostra gratia restitutionem ab exilio impetraverint. Qvicunqve contra hoc nostrum mandatum deliqverit, pro qvovis anno receptionis tredecim marcas nobis mulctæ nomine persolvito, & damnum, si qvod a factis recepti emergat, præstato. Item Satrapis nostris, Legiferis, & Prætoribus nostris in Islandia exules hominum liberorum instar hinc inde vagari, nec ad ecclesiam, usqve qvo navigio in Norvegiam trajecturi se commissuri sunt, permanere, sinere prohibemus, qvod si extra ecclesiam deprehendantur, ex præscripto *Codicis Legum* cum iis agatur ——. Item cuiqve Islando, tam clerico qvam laico, qvenqvam Episcopum in Islandiam recipere vel pro tali habere, vel cathedram qvandam episcopalem ibidem constituere, priusqvam perfectum Archiepiscopi & Senatus regni consensum, nostrasqve literas patentes obsignatas hanc in rem obtinuerit, sub plena perduellionis pœna prohibemus. Præterea omnibus in Islandia laicis sub stricta perduellionis pœna prohibemus, personas monasteriorum, sacerdotes vel clericos, si Episcopi eorum malos mores vel contumaciam, vel in officio sacerdotali minorem, qvam par erat, curam reprehendant, in suam potestatem, præsidium & tutamen recipere, eosqve contra Episcopos vi defendere, vel

(*) *Seqventia qvæ in laudato Codice membraneo admodum lacero & mutilo desunt, ex apographo, qvod nobis est, carthaceo supplevimus.*

ok má ei biſkupinn ſínum rette framkoma. Hvör ſem at því verdr her epter kunnr ok verdr þat vitnesfaſt, ſkal höfdinge vera ſekr fullre landrádaſök vid oſs ok aller þeir ſem hann þar til ſtyrkia, ok þar med ſkal hvör þeirra ſvara biſkupinum fullrette, enn med lærda menn giöre biſkupinn ſem hann vill fyrer þat þeir gáfu ſic ok lögdu í leikmanna valld. ——. Þetta bref var gort í Kaupmannahöfn næſta dag epter Sanćte Catharinedag ar 1450 ok innſiglat med voru incigle oſs ſiálfum hiáverondum.

Litr. B.

Vi Chriſtiern med Guds Nathe Danmarkis, Norges, Vende og Gothe Koning, Greffve i Oldenborg oc Delmenhorſt. Giore vitterligt alle Men, ath Vii af ſærdelis nathe oc Godvilie have taget oc undfanget, oc her med undtfange meder theſſe vore opne Brefve værdig Fadher meth Guds Naade Biſkop Gotſkalk af Island, Vardnathe hans oc Tienere oc alt hans Gotz lauſt oc faſt ſom ham vit vigher eller eigande vorder i minne luth oc meire fyrir hvoriom Mani. Item have Vii oc af vor ſonderlige Gunſt unt och tillathet fornemte værdig Fadher Biſkop Gotſkalk at hans ſkip maa ſegle til Bergvin og annerſtæder i vort Rige Norege meth hans Gotz hvor hann vill og hõnum behoff giorh fri og frials og alungis kvit for nogen til Seckegield eller nogre andre Skatte ut at give.

Thi forbiude Vii alle ehvohelſt the er eller være kunde, ſonderlige Vor Foghete og Æimbutzmænd fornemte værdig Fader Biſcop Gottſkalk Skib, Hans Gotz, Vortnethe og Tienere her imote ad hindre eller hindre late, talme, eller i nogen mathe uforrette under Vor Kongelighe

---

vel ad monaſteria, beneficia, aut reditus in Epiſcopi contumeliam & contumaciæ ſignum plena inobedientia retinendum, adjuvare, ne Epiſcopus ſuum jus perſeqvi qveat. Qvicunqve horum exhinc teſtibus adhibitis convictus fuerit, primipilus ſtrictæ perduellionis pœnæ qvoad nos reus erit, ita & ejus auxiliatores ſinguli præterea illorum Epiſcopo mulctam pro jure ejus violato integram perſolvunto, Epiſcopus autem cum clericis pro lubitu agat, eo qvod laïcorum poteſtati ſe ſubjecerunt & concrediderunt. —— Hæ literæ ſcriptæ ſunt Havniæ, poſtridie feſtum Sanctæ Catharinæ, anno 1450, & noſtro ſigillo nobis præſentibus obſignatæ.

gelighe hefnd oc ureide. Datum castello nostro Hafniæ Sabbato proximo ante festum beati Andreæ Apostoli & Martyris, nostro sub secreto, Anno Domini MCDL.

Litr. C.

(c) Vii Christiarn med Guds nád danmarkx sverigis, noregs, vendiss oc gotis konúng. í slesvik oc í holstenn, stormarn oc dithmerssken hertug, greffe í oldenborg ok delmenhorst. Giöra alle viturligt at vor kiære undesati ok meine almuge sem byggia ok búa uppá vort krúnad land ísland. hafa nú haft þeress bod hús oss nær oss theires bref och biuíselse kiærenndes et cehtera. ok látid biretta underussa fyrir oss at nær suo skier at biskupinn och kirkian hafa nauckurra garda saman at þeir sem uppá gardana búa blísa nauckud kirkiunne skyllduger. þá vill biscupinn oc uppá kirkiunnar vegna ei annad hafa af almúgann enn hanns deilld í haufudgardinum sem helldur til bítaling ok formínkazt krúnunnar riettugheit þar med huilkit vii ei tilsteda mege nie vilia at huilkinn bónde sem blífur kirkiunne í suodan mata nauckud skylldugur at hann ellur hanns erfingiar mege þat bítala med suodan voru sem þeir kunnu af stad at koma ellur med andre þeiris samiardis ef einge af þeirra erfingium uile suodane jarde til sig at leysa oc þeirres reiknings golld bítala. Thii forbiódum víí alle er huarher hellzth eru ellur vera kunna hier í móth þenna

(c) *Id est:* Nos Christianus Dei gratia Daniæ, Sveciæ, Norvegiæ, Vandalorum Gothorumqve Rex, Dux Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsciæ, Comes in Oldenborg & Delmenhorst. Omnibus notum facimus, qvod dilecta nobis universitas & populus coronæ nostræ terram Islandiam incolens & inhabitans, nuncios suos & literas ac probationes ad nos misit, conqverens &c. coram nobis enunciari & enarrari fecit, qvod cum Episcopi vel ecclesia prædium qvoddam cum aliis commune possideant, & incola prædii ecclesiæ aliqvid debeat, tunc Episcopus nomine ecclesiæ de plebe nihil aliud ad nomina expedienda, qvam partem prædii admittat, qvo jura coronæ imminuuntur, qvod nos ita obtinere nec volumus sinere, nec id nobis licet. Qvare cuicunqve colono, qvi hoc modo nomina ecclesiæ contraxerit, illi ejusve hæredibus, talibus mercimoniis, qvalia haberi possunt, vel etiam prædiis eorum communibus illa expedire licitum esto, si hæredum nemo talia prædia reluere & debitum numerare voluerit. Hinc omnibus, qvicunqve sit vel fuerit, hanc nostram voluntatem & mandatum

þenna uor vilia oc ſkickelſe hier epter at giora. Datum in caſtro noſtro hafnenſis. Dominica cantate. Anno domini M. qvadringenteſimo LXXX primo. noſtro ſub cecreto preſentibus appenſo.

Var þetta bref kóngs kriſtierns ſamþykt á alþíngi med lófataki af laugmönnum ok laugriettumönnum oc hirdſtióra og aullum almúga.

Cap. IV.

De Johanne.

§. I.

Optimo patri haud degener filius *Johannes* anno 1481 ſucceſſit, qvi in cunis vagiens, procurante patre, ab Ordinibus Regni anno 1455. electus fuerat; ſed coronam Danicam anno 1483 ſolenniter accepit; Sveci autem Stenoni Sture adhærentes, a Johanne, duabus vicibus magnis præliis victi, & unacum Pro Rege ſuo Stenone proſtrati, anno 1497. ipſi demum ſe ſubiecerunt & ingenti ſolennitate coronam impoſuerunt; qva animatus fortuna, anno 1500 Ditmarſos ſubjugare conſtituit, ſed ab iisdem fuſus fugatusqve, amiſſis 600 Nobilibus & MMMM. gregariis militibus, omnibusqve impedimentis, una cum ſacro ſigno militari, dicto *Dannebroge* (a) ægre cum vita evaſit, qvod Regis infortunium Svecos de novo

mandatum exhinc violare prohibemus. Datum in caſtro noſtro Havnienſi, Dominica cantate, anno Domini Milleſimo qvadringenteſimo octuageſimo primo, noſtro ſub Secreto præſentibus appenſo.

Hæ Regis Chriſtierni literæ in comitiis generalibus a Legiferis, Pedaneis, Satrapa, & tota univerſitate, ſtipulata manu approbatæ fuerunt.

(a) Cum Valdemarus II. anno 1219 in Livonia bellum gereret, & in prælio qvodam, ſigno militari amiſſo, ordines militum turbari & terga dare inciperent, e cœlo demiſſus fertur pannus duplicati operis cum intexta cruce, qvo arrepto, ordines reſtiterunt, & in hoſtes verſi victoriam obtinuerunt; Hunc deinde pannum ut ſanctiſſimum cimelium conſervarunt, & pro ſigno militari eodem uſi ſunt, usqvedum in prælio contra Ditmarſos anno 1500 penitus periit. In hujus rei memoriam dicunt Valdemarum II. *Ordinem*

novo erexit, ita, ut fidem ei renuntiarent, qvos denuo sub jugum mittere, Potentissimum Regem eodem tempore incidens cum Civitatibus Hanseaticis bellum impedivit. In vita qvotidiana valde fuit popularis; in publicis autem solennitatibus semet gessit magnificentissime, sæpe in ore habens: *Nolo minor me metuat, despiciatqve major.* Veritatis ita amans, ut mendaces & mendacium nullo modo ferre posset; Religionis Catholicæ observantissimus, ad qvam etiam Russos transducerre laborabat. Uxorem habuit Christinam Ernesti Saxoniæ Electoris filiam. Obiit anno 1513 die 21 Februarii, cum regnasset annos 32, vixisset 58. Princeps (a) nulli sua ætate ullo virtutis genere inferior, sed magnitudine animi, justitia, clementia, cæterisqve heroicis virtutibus vel maximis Monarchis conferendus (b).

§. 2.

Hujus Regis Constitutiones & Edicta qvæ publicum commodum promovent, aut ad nostrum scopum & propositum pertinent, perpauca exstant, qvæ autem conspicere licuit, sunt:

1) Rescriptum ad Nomophylaces aliosqve judices, ne causas judicare aut sententiam dicere præsumant, qvæ legibus ecclesiasticis ullo modo repugnant; dat. 1483.

2) Olao Rögnvaldi Episcopo Holano data commendatio seu literæ tutelares, 1483 (c).

Hh 2 3) Ste-

Ordinem Dannebrogicum instituisse, & una vice 35 Eqvites creasse. Qvidam autem hoc miraculum in dubium vocant, dicentes signum illud qvod *Dannebroga* vocatum fuit, Valdimaro ut Cruciatum, seu signum sacri belli, contra Gentiles militanti a Papa transmissum fuisse. Conf. *BARTHOLINUM* de *Ordine Dannebrogico.*

(a) Ut loqvitur Nobilis Danus ipsi coævus *PETRUS PARVUS Rosefontanus* in ipsius *Vita.*

(b) Vitio illi vertitur cædes Nobilissimi Pauli Laxmanni, supremi Aulæ Magistri, qvæ Rege nec inscio nec invito facta esse perhibetur; unde procedente tempore, facti pœnitentia ductus sæpe exclamasse fertur: *O! Laxman! Laxman!* sed Andreæ Scribæ aut Vice-Cancellarii innocentis necis Rex minus juste insimulari videtur. Conf. *HOLBERGII Hist. Dan.* Tom. 2. pag. 825-26-27.

(c) Vid. infra ad finem Capitis Litr. A.

3) Stephano Skalholtensi anno 1498 datum Privilegium proprio navigio merces cathedræ utiles in Islandiam invehendi.

4) Decisio causæ hæreditariæ inter Biornum Godvini & Biornum Thorlevi Privilegia Nobilium Eggerto Eggerti (a), prædia Toparchiæ Rangarvallensis regia Vigfuso Erlendi (b) concessa, aliaqve similis argumenti, qvæ paucas & privatas personas, non vero rem publicam concernunt.

§. 3.

Sub hoc Rege, Islandiæ, ejus nomine præfuerunt *Thorlevus Biorni* filius. qvi ab anno 1481 ad seqventem 1484 occidentalis & borealis Qvartæ Præfecturam gessisse: Orientali autem & australi Islandiæ, eo tempore præfuisse videtur *Dietericus Pining*; sed qvamdiu Thorlevus Præfecturam gesserit, qvid in ea egerit, aut qvando mortem obierit, non liqvet: sunt qvi autumant ante annum 1480 Præfecturam gessisse, qvod licet non sit impossibile, satis tamen non potest probari: id saltem certum est, qvod anno 1480 supplicem Islandorum ad Regem libellum pertulerit, & anno seqvente Regis Edictum de fænore mercatorum haud tolerando rursus adtulerit.

§. 4.

Dietericus Pining primo cum Thorlevo Biorni in Islandos divisum habuit imperium; sed post Thorlevi fata id solus obtinuit, qvod factum esse

(a) Vid. ibid. Litr. B.

(b) Prædium scilicet Skogagard & villas ei annexas pro qvinqve centenariorum locario annuo, & fundum desertum Mörk & Merkreigner sine omni redhostimento per proximum qvinqvennium, ea conditione, ut ædes mox post adventum in Islandiam ædificet, exacto qvinqvennio tres hundredas qvotannis locarium solvat, fundus vero & ædificia post Vigfusi mortem Regi cedant. Literæ datæ sunt Flensburgi, festo Sanctæ Agnetæ Virginis anno 1505, & a Christiano Secundo Rege Daniæ & Sveciæ electo, hærede Norvegiæ, confirmatæ. Dictum territorium post obitum Vigfusi, ejus sororio Jonæ Halli Johannes Eggerti elocavit, Literis datis Bessastadi die lunæ proximo ante festum Olai prius, anno 1522, cum Mörk & Merkureigner in tali erant statu: *Stora Mörk*, villa deserta, ædificia & templum diruta. *Mid Mörk*, locarium hundreda. *Fit*, dimidium villæ desertum, alterius autem dimidii locarium septem oves lactariæ. *Hali*, locarium hundreda.

esse ante annum 1489 verisimile est, nam in Constitutione Magni Ejolfi filii Episcopi Skalholtensis, hoc anno facta expresse vocatur totius Islandiæ Præfectus; Fuit autem dicta Constitutio ipsius & Episcopi autoritate conjunctim composita, qvæ de decimis & prædiis, qvæ Regi subjiciuntur, de mulcta eorum qvi denarium Petri, Vectigal fœnarium, cœmeterii refectionem, & unciam seu pensiunculam pro funere sepeliendo, solvere recusant, qvæ ad nostra usqve tempora vim legis habet. Alteram Constitutionem seqventi anno fecit, in qva totius Islandiæ & Vardhusiæ Præfectus audit, qvæ utpote Reipublicæ utilissima, sæpius confirmata & pro lege publica recepta est; approbata etiam fuit a Senatu Regni Norvegici 1533, & ad nostra usqve tempora legis vim retinuit. Ejusdem contenta:

1) De æqva & bona mercatorum mensura & ponderibus.

2) Vetitum ut iidem hyberna hic habeant, multo minus naves piscatorias & famulitia ad piscandum conducant.

3) De inqvilinis, qvi in bonis non habent trium vaccarum valorem, ad vitam sustendandam.

4) De æqvabili mercimoniorum Islandicorum pretio.

5) De pœna sanorum mendicorum, qvi operam suam rusticis & colonis locare nolunt.

6) De Regiis Prætoribus, aut cujuscunqve nominis & dignitatis sint, qvamdiu bene & fideliter administrant. Tertia etiam circumfertur constitutio, nostro vulgo adscripta, data 1492; qvam, cum non modo suspecta sit (nam Piningius hoc anno excesserat) sed & nunqvam in leges relata aut publica auctoritate confirmata fuerit, hic recensere supersedemus. Ex dictis autem patet, Piningium inter optimos & utilissimos Satrapas merito esse numerandum (a).

(a) Sunt qvi duos, utrumqve nomine Dietericum Pining, hic agnoscunt, qvorum posteriori tertia a nobis commemorata constitutio adscribenda sit, qvod non immerito fieri, docent literæ Dieterici Pining junioris, scriptæ Bessastadis, die Lunæ proxima ante festum Michaëlis anno 1490, qvibus Henrico Mæding præfecturam Kiosensem confert, & in qvibus ejusdem toparchiæ Kialarnesensis incolarum benevolentiam Mædingo expetit, *ex more antiqvo, & tantam, qvantam* (inqvit) *antea dilecto meo consangvineo Dieterico Pining exhibuistis.*

§. 5.

Anno 1491 successit Piningio *Ambrosius* cognomento *Illiqvod.* Hic enim dicto anno, rogatu Olai Rogvaldini, Episcopi Holani, Spialldhagæ, in tractu Ejafiord, ad publicandum bona Biarni Hvassafellensis præsens fuit; sed qvo minus rem destinatam eodem tempore perficere posset, per Paulum Brandi stetit, qvi 110 armatis stipatus, Biarni causam tutatus est: Re itaqve infecta abeuntes, seqvente anno, majore apparatu, causam agunt, denuoqve Spialldhagæ conveniunt; Tandem post longam altercationem, auditisqve a Paulo Brandi haud paucis proletariis & sesqvi pedalibus verbis, Biarni bona confiscarunt; Hac expeditione Regi præter mobilia qvædam bona, Prædia Thveraa, Arndisastade & Kalfaborg idem acqvisivit. Qvamdiu Ambrosii Præfectura duravit, incertum est; circa autem annum 1493 *Enarus Biörnii* filius, Thorlevi frater, ipsi successisse videtur, siqvidem Præfecturæ titulo a nonnullis insignitur, sed perbrevi tempore hunc honorem gessisse verisimile est, nam hoc ipso anno fatis cessit.

§. 6.

Anno 1495 *Petrus Truls* Islandiæ Præfecturam gessit; Hoc enim anno in comitiis universalibus judicium Fimmbogi Nomophylacis de Thorlevi & Benedicti filiorum Grimi, filii Pauli Brandini, jure, in hæreditatem Pauli avi paterni succedendi, ex officii auctoritate confirmavit, qvod qvasi primum classicum fuit controversiæ Mödruvallensis. Qvamdiu Petrus officio præfuerit, incertum est; Nam præter hoc unicum ejus factum, nihil ad nos pervenit, nisi hic *Petrus Truls* idem sit ac *Petrus Claudii*, qvem anno 1497 Præfectum fuisse qvidam memorant, facile enim, incuria scriptorum aut scribarum, ex uno *Petro Claudii Truls*, duo existere potuerunt, scilicet *Petrus Claudii*, excluso cognomine, & *Petrus Truls*, excluso patris nomine; sed qvicqvid sit, certum est, Petrum qvendam Claudii filium anno 1497, ut Præfectum totius Islandiæ in Comitiis ejusdem anni adfuisse, & Ericum filium Haldori Abbatis Helgafellensis ob cædem haud ignobilis viri, Pauli Jonæi de Skarde, reum egisse, tandemqve sententiam a Fimmbogo Nomophylace pronuntiatam, suo calculo confirmasse. Mirum sane, qvod neutrius horum, nec

nec BIORNUS de *Skardsaa*, scriptor non incurius, in *Annalibus*, neqve Doctiss. ARNGRIMUS in *Crymogæa* ullam injiciant mentionem.

§. 7.

Anno 1499 *Benedictus Herstén* cum summo imperio Islandiæ præfuit, ut & anno 1500, tunc enim una cum Fimmbogo Nomophylace & 24 judicibus de causa hæreditaria Modruvallensi sententiam dixit; inqve iisdem comitiis a Nomophylacibus judicari, & deinde in leges sententiam pronuntiatam referri curavit, omnes mercatores Anglos Regi ex qvavis Hundreda, ɔ: 120. piscium, sex pisces, tributi loco numerare debere, piscatores autem Anglos qvi nullam exercent mercaturam, sed lineis longis cum multis affixis hamis, piscantur, comprehendendos esse.

§. 8.

Tam Celebris ille *Annalium Skardsaaensium* concinnator, qvam alii, qvi sua plerumqve ipsi debent, ad annum 1501 mentionem faciunt *Kai* von *Alefeld*, aut (ut qvidam scribunt) *Anhefeld*; sed, qvod egerit, adferunt nihil. Circa eadem tempora, aut Islandiæ a Rege Præfectum fuisse, aut Præfecti cujusdam, forte Kai von Alefeld, Procuratorem egisse videtur, famosus ille *Leonhardus*, qvem rapinis & maleficiis in qvemvis promiscue grassantem, maxime autem in Torfium de Klosa intentum, eiqve multa mala minantem, Torfius ex improviso superveniens occidit; qvod factum Stephanus, Episcopus Skalholtinus, Torfio alioqvin inimicus, probavit, ipsumqve eapropter & laudavit & facile absolvit.

§. 9.

Vigfusus Erlendi ex nobilissimis Islandiæ Proceribus oriundus, qvando Islandiæ Præfecturam primo capessiverit, non liqvet (a), sed factum id esse ante annum 1507 satis claret ex literis Mag. Erici Walchendorphii, Præpositi Roeskildiensis Ecclesiæ, & tunc temporis Christiani II. Pro-Regem Regni Norvegici agentis, Cancellarii, datis Osloæ die Andreæ 1507,

(a) Forsan anno 1505, qvo in exteris vixit, vid. supra pag. 244.

1507, in qvibus eum totius Islandiæ Præfectum Regium salutat (a). Hic anno 1508 in publico & solenni conventu Thingvallensi, sententiam fratris sui Thorvardi Nomophylacis de valore Edicti, a Rege Hacone promulgati, de hæreditatibus adeundis confirmavit, qva Benedicti Herstenii Decretum sufflaminavit, & eodem anno in tractu Ejafiord, constitutus, de prædio Holis & villis ad id pertinentibus, discretivam tulit sententiam. Anno 1509 officio adhuc præfuit, sed qvamdiu id postea retinuerit, numne ad annum 1512, incertum est. Anno 1513 Australis Islandiæ Nomophylacem factum legimus. qvo officio usqve ad mortem, qvæ eum in Norvegia anno 1521 oppressit, functus est.

§. 10.

Sveno Thorlevi, cujas fuerit, nescimus, & qvando ad Præfecturæ honorem evectus, valde incertum est, sed eodem functum esse anno 1512 pro certo habemus (b). Hunc Angli cum 11 satellitibus misere occiderunt, qva de re prolixe satis agit *HVITFELDIUS* & ex eo *BIORNUS* de *Skardsaa*. Ejus Procuratores, aut in ejus locum substitutos fuisse, verosimile est, *Bartholum* qvendam & *Johannem Eggerti* filium, qvi, Præfecti vices gerentes, hoc anno judicia exercebant.

Litr. A.

Vii Hans med Guds Nad Danmarks Noregs, Vendes ok Gottes Koning udvald Koning til Sverigs. Hertug udi Slesvig, Holsten, Stormaren, ok Dytmersken, Greve udi Oldenborg og Delmenhorst, helse Eder kære Undersatte, Bönder ok menig almue, som bygge ok boe udi Hole Biscopsdome kærlige med Gud ok Vor naade. Vither kære venner,

---

(a) Vid. ad finem Cap. Litr. C.

(b) Ab *ARNGRIMO* & *BIORNO* de *Skardsaa* ad annum 1512 vocatur Sveno *Kleisson* seu Kleifi filius, sed *HVITFELDIUS* scribit *Thorson*. Magnus autem Jonæ filius in judicio, vulgo *vopnadom*, promulgato 1581 expresse scribit *Thorleifsson*, qvod etiam verissimum, nam ex *Þleifsson*, per abbreviaturam scripto, facile fieri potuit *Kleifsson*. Hunc *BIORNUS* de *Skardsaa* sui oblitus, ad annum 1515, cum *HVITFELDIO* Svein *Thorson* vocat.

ner, at oss Elskelig værdig Fader Biskop Oluff i Hole hafver birth for oss, ath I sadhe hanom over hörige fore oc ei ville gifve then deelhe oc digthige som I hanom paa Kirkens vegne pligtig ere! Samleedes birthe han for oss at han uforrettis udi mange sagher som burde at deelis oc forfolgis for the hellig Kirke oc christelig Dom, hanom oc hans Biskopsdome till stor Skade oc forfang i mange maade. Thi bede Vi ether alle kierlige oc biude at I her efter vere fornemte oss Elskelig Værdig Fader hörig oc liduge, oc giore oc give hannem the aarlige Ret oc Rettighed hvad then helst ære eller nefnis kan till gode Varhe som i hannum paa forenævnte Rett hellige Kirke give plejer oc plitige ere at udgifve, saa at I lader thet ingenlunde:

Oc Bedhe Vii oc biudhe thig Vor Lagmand ther paa Island, at thu intet berörer thig the Sager som hanem oc Hellig Kyrke paarörendes ere, oc the bör aldeles at forfölge, thog Vor oc Cronens Rettighed udi alle maade uforsommed. Samledes befale Vii thig Thorleif Biornsson at thu giore hannem all then Deel oc Rettighed som the hannem paa Kirkens vegne pligtig ere ad Kongens deel uforsommet. In Christo valete. Datum in Stöfferene Sabbato primo post festum Jacobi Apostoli Anno Domini millesimo qvadrigentesimo octuagesimo tertio, nostro sub secreto præsentibus appenso.

Litr. B.

Wii Hans meth Guds nade Danmarks Norges Vendes oc Gotes Konning vduald til Suerge Hertug i Sletzuig oc i Holsten Stormarn oc Diitmersken Greffue i Oldenborg oc i Delmenhorst. gior thet witherlicht alle, at for troscab och willige tieneste, som thenne breffuisser Eggerd Eggerdsson Lagman uti Wigen oss oc wort Rige Norge her till giortt haffuer och han och hans rette echte börn oc affkomme oss oc wore arffwinge oc efftherkommere konninge uti Norge oc riget her effter trolige giore, bewise muæ oc skulle. Tha haffue wii nu aff wor sonderlige gunst oc nade unt oc giffuet, oc meth thette wort obne breff vnne oc giffue hanum oc hans retta echte börn oc affkomme frihed oc frelsse som andre wore Riddere oc Swenne haffue uti wort Rige Norge till ewig tid meth skiold oc hielm, som er, en halluff huid enhorning

uti eth bloth feld och en halluff huid enhorning owen upå helmen, effter som her uti maleth stander. . . . . Tog wort oc kronen frii bonde godz och köpsted gotz uti alle made uforkrencket. Thi forbiude wii alle ehwo the helst ær eller wære kunne och serdeles wore fogder och embitzmenn fornemte Eggerd Eggerdsson eller hans echte börn her uti eller emod at hindre eller hindre lade, dele, platze, möde, umage, eller uti noger made uforrette unnder wor konningxlige hefnd och vrede. Datum in castro nostro Nyborig feria quinta proxima ante festum beati Laurencii martiris, Regali nostro sub Secreto inferius appenso, anno Domini millesimo qvadringentesimo octuagesimo octavo

Litr. C.

Jeg Erik Walkendorp profast i Roskilld giore viturlegt alle med þetta mitt opne breff oc eigen handskrift, ad heidarleg mann Herr Erik Sumarlidason, Soknarherra uti Island i Saurbæ er svo ordenn med mig ofur eins uppa heidarlige oc fornumstige mends vegne Vigfus Erlendsson vor kieriste nadig Herra Konungs Hofudsmand uppa Island, hans Bröður Þorvardur Erlendsson oc þeirra Systur Husfru Holmfrydur; oc uppa andre fleire vegna af Island, so ad hann skal giefa oc forneygia mig fyrer min rettighedt oc omak, sem mig at riette ber ad hafa for fryheit oc privilegia vor kiereste nadig Herra Konung Christian hafver giefvit þeim oc menige Islands Innbyggierum 80 Rynsk gylldene af fulla vigt, oc þar til 80 Reffkinn, sem kallast svort Skolla Skinn, oc betale oc skicke þeim til Hamborg inn i Danckvort Sinit hus innann Sancte Michaelis dag næstkomande, eller oc skicka mig somu privilegia bref igien afftur til Hamborg innann fyrrnefnda tyd, oc hefer hann forneygt mig for sinn Part for fornefnte bref 10 Reinsk gyllene, men hvers kost oc tæring, sem hann ytar meir hefur giort oc haft fyrer hann feck fornefnd privilegia bref, hann var stor, þad er mier vel viturlegt, þad skulu þeir þess fyrer utann betala oc forneygia honum, oc vera þar fyrer i hans neygia. Til ytarmeire vitnisburd trycke eg mitt signet nedann fyrer þetta mitt oped bref, sem giefvit var oc skrifad er i Oslo, Odinsdagenn næstan effter Sancte Andreæ Apostoli dag Arum epter Gudz burd 1507.



CAP.

CAP. V.

De Christiano II.

§. I.

Anno 1481 die 2 Julii, hora 2, min. 16 p. m. Nominatissimus Princeps *Christianus Secundus*, Daniæ, Norvegiæ & Sveciæ Rex in partu plorans, & manum sangvine plenam habens, hanc lucem conspexit. Ephebis egressus primo more valde populari, apud Bibliopegum qvendam Hafniensem, sub cura Canonici cujusdam educatur, qvi eum etiam ad horas Canonicas canendum in templum secum adduxit, qvod Principi, cum plebeia juventute conversandi, eorumqve malos mores imbibendi occasionem dedit; qvos, adultior factus & haud pœnitendum nactus pædagogum Conradum Markium, denuo dediscere non potuit; Nam initio præceptori qvidem morem gessit, sed postea nec patrem nec præceptorem reveritus, noctu in plateis indigna perpetravit, qvod cum pater resciviset, accercitum ad se filium, primo gravi oratione reprehensum, deinde bene pulsatum, cum emendationem promisisset, dimisit; sed in malo proposito perseverans, patrem gravissime offendit, nihilo secius in liberalibus studiis artium & lingvarum cognitione haud parum profecit. Assumta toga virili anno 1502. ad sedandum in Norvegia ortos tumultus a patre ablegatur, qvod cum feliciter peregisset, Svecisqve non pauca intulisset damna, eidem Regno per integrum decennium, ut Pro Rex, præfuit. Revocatus autem a patre anno 1512, ipsi morienti anno 1513, adfuit, unde statim regimen capessivit, cui, in Dania anno 1486, in Norvegia 1489, in Svecia vero 1499, Ordinum voto & jure jurando destinatus fuerat; coronam autem Danicam solenni more in Festo Trinitatis per Birgeri Archiepiscopi Lundensis ministerium, accepit; sed anno 1515 cum Elizabetha Caroli V. sorore, nuptias Die Claræ Virginis Hafniæ celebravit, simulqve conjugem coronari curavit Anno 1517 Svecos ad obedientiam retracturus, bellum illis intulit, sed anno demum 1520, iisdem subjugatis, in festo omnium Sanctorum Coronam Regni Svecici assumsit. Anno 1521 cum splendido satis comitatu in Flandriam ad affinem Cæsarem perrexit, a qvo, inter alia ut Holsatiam, qvasi Regni Da-

niæ feudum, conferre Regi liceret, impetravit. Præter novas leges, anno 1522 promulgatas, dedit etiam varias Constitutiones Regno & Reipublicæ haud inutiles, qvæ, ob brevi subseqventem rerum conversionem, nullum adtulerunt emolumentum. Et hæc qvidem de eo ut viro frugi & Rege non spernendo referuntur, reliqva autem ut de tyranno & viro sangvinario. Norvegiæ Pro-Regem agens, Divikam qvandam, natione Belgam, concubinam sibi adsciverat, cujus mater Sibritta, mulierum imperiosissima & vaferrima, ejusqve assecla & agnatus Dietericus Slaghœch, professione chirurgus, vir acris, sed versipellis & crudelis ingenii, Regem ita occuparunt, ut totus ab iis penderet: Qvo subditorum animos non tantum offendit, sed tandem a se penitus abalienavit; illorum enim svasu & instinctu plurima mala perpetrare creditus est, qvotum maxime enormia fuerunt seqventia, nam omnia, qvæ ipsi vitio vertuntur, nimis longum est enumerare. Carolum Episcopum Hamarensem, sibi a patre datum consiliorum moderatorem, virum fidum & solertem, ob levissimas suspiciones tetro carceri compedibus vinctum inclusit, qvod Præsuli mortis causa fuit. Ericum Walchendorffium Nidarosiæ Archiepiscopum, suum qvondam Cancellarium, meris suspicionibus & diffamationibus inductus, gravissime persecutus est, & tandem e regno ejectum omnibus bonis spoliavit. Janum Beldenack episcopum Othinianum, suorum consiliorum conscium & moderatorem, carceribus inclusit Georgium Scotborgium ad Archiepiscopatum Lundensem evectum, eodem dejecit & in exilium egit. Dietericum Slaghœch, omnium consiliorum conscium, & crudelitatis ministrum, virum neqvam, primo ad Archiepiscopatum Lundensem evexit, mox, seu altero statim mense dejectum, crudelissimo suspendii & incendii supplicio affecit. Svecorum Nobilitatem & Episcopos, sibi supplices factos, crudelissime tractavit, qvorum Episcopos Matthiam Strengnesensem & Vincentium Scarensem cum aliis 90 uno die securi percussit & deinde combussit. Abbatem Nydalensem cum 11 monachis in undas projectos suffocavit, imo, nec ab infantibus manus abstituit; Taceo lanienam Finlandensem, in qva Henningus Gadd eorum Episcopus periit. Extra nostrum scopum est omnia recensere. Qvi numerum in Svecia anno 1520 crudeliter dilaniatorum ineunt, ajunt ibidem supra 600 insontes occisos fuisse. His aliisqve permultis subditi ad fidem ei renunciandam moti sunt, qvorum Sveci, anno 1521 rebellarunt, Dani autem 1523 seditionem movere cœperunt, qva fortuna Rex ita percussus

culſus eſt, ut extemplo convaſatis rebus, non tantum Regiam Gazam, ſed templorum qvorundam Ornamenta ſecum arripiens (nam ab illis manus non abſtinuit) 20 navibus in Belgium auſugeret, ubi, ut & in Germania & Anglia, Cæſaris, aliorumqve Regum & Dynaſtarum gratiam implorans, exercitusqve ad repetendum amiſſa Regna ſubinde conſcribens, decennium transegit. Anno 1532 in Regnum cum claſſe & milite reverſus, in Norvegia capitur, & arci Sönderborgenſi includitur, unde poſt 17 annorum arctam cuſtodiam, Callundburgum in Siællandiam transductus Regali pæne more vitam egit, ibidemqve anno 1559, 22. Januarii, obiit, ſed Othiniæ in templo Franciſcanorum ſepultus eſt. Ut per totam vitam variam expertus eſt fortunam (unum enim decennium Pro-Regem Norvegiæ, alterum Monarcham Daniæ & Norvegiæ, tertium in Belgio & Germania Exulem, & 27 annos Captivam egit) ita etiam in Religionis negotio diu inſtabilis & varius fuit, primo enim Catholicus, mox Semi-Lutheranus, adeo ut Martinum Reinhardt & Andream Carolſtadium in Daniam vocaret, qvos paulo poſt abegit, imo ſimul, ſeu eodem anno, qvo hosce Religionis Reformatores in Daniam accerſivit, cum Pontifice Romano de Canonizatione qvorundam Sanctorum egit. Qvoad in Saxonia exul degit, Lutheranus fuit, ſed in Belgio vivens, Catholicum ſemet profeſſus eſt, tandem vero Lutheraniſmo perfecte & ſine fuco nomen dedit. Princeps, cujus magnas virtutes ingentia vitia obfuſcabant.

§. 2.

Primo ut Pro-Rex Norvegiæ, & deinde ut totius Monarchiæ Rex Islandis qvædam Reſcripta miſit, qvorum præcipua ſunt:

1) Edictum de Decreto Regis Haconis, qvod communiter vocatur Mödruvallenſe (Mödruvalla Rettar bot) 1507 (a).

2) Literæ tutelares datæ Erico Sumarlidi filio. 1507 (b).

(a) Dat. Aggershus die 24 Novembris.

(b) Vid. ad finem Cap. Litr. A, ex inſtructiſſimo Perilluſtr. *LANGEBECK* tabulario exſcriptas.

3) Confirmatio omnium Edictorum Regis Norvegiæ Haconis Sancti (ut eundem vocat) data 1507 (a).

4) Literæ salvi conductus impertitæ Jacobo Brandini exuli 1514.

5) Interdictum, qvo mercimoniorum cum extraneis commutationem, priusqvam incolæ vectigalia & tributa solvissent, prohibet (b).

6) Edictum, qvo Jonæ Sigismundi judicium confirmat, Vatnsfiordum hæredibus Biorni Godvinii adjudicans 1519 (c).

7) Literæ qvibus Johanni Eggerti Præfecturam Islandiæ confert (d).

8) Interdictum ne qvis cum exteris mercimonia permutet priusqvam hi vectigal pro portu solvendum (20 aureos) numerarint (e).

§. 3.

Eodem, qvo thronum ascendit anno, Islandiæ Præfectum dedit *Johannem Rantzovium*; Fuerit autem hic magnus ille Johannes Rantzovius Holsatiæ sub Christiano III. & Friderico II. Pro-Rex, ut & exercitus Dux celeberrimus, cujus victoriæ & res gestæ ab horum Regum Biographis magnopere celebrantur; an alter ejusdem nominis, tam incertum, qvam illud, qvamdiu hanc Præfecturam & qvid in ea memorabile gesserit.

§. 4.

Anno 1515 *Severinum Nordby* percelebrem illum Archithalassum, in Islandiam misit, qvi piratas, præsertim Anglos perseqveretur (f). Hic

---

(a) Dat. Aggershus in vigilia Sanctæ Catharinæ.

(b) Dat. Haffniæ in festo Catharinæ.

(c) Vid. ad finem Cap. Litr. B.

(d) Vid. ad finem Cap. Litr. C.

(e) Vid. ibid. Litr. D. cujus exscriptum, ex ipso originali factum, Perillustri *LANGEBECKIO* nos debere, gratissimo animo agnoscimus.

(f) Huic expeditioni occasionem dedisse videtur, laniena illa & rapina qvam Angli anno 1512 in Islandia fecerant, de qva legendus *HVITFELDIUS* ad annum 1515 in *vita Christiani*

Hic primus ab Islandis Regis nomine tributi genus qvod vocatur, *giengierd*, exegit, cujus 20 piscium seu 40 obolorum valor erat. Fuit hicce Nordby natione Norvegus, qvi sub Johanne Rege contra Svecos & Lubecenses classi Danicæ Præfectus militaverat. Eo autem mortuo, Christiano II. constanter adhæsit, & semper fidissimus fuit, licet ab ejusdem crudelitatis & sangvinariis consiliis animo esset alienissimo, cujus rei egregium dedit documentum Holmiæ anno 1520 constitutus, cum laniena ibidem perageretur; nam proscriptorum, qvotqvot potuit, protexit & dimisit. Eodem anno Eqves factus & Gullandiæ Præfectus, Domino primum contra Svecos rebellantes, & deinde contra Fridericum I. Regna occupantem, fidelem magis qvam felicem navavit operam; nam Gullandiam & Arcem Visbyensem Friderico anno 1525 tradere necessum ducens, semet eidem subjicere noluit, qvapropter in exilium ire parans, Narvam tempestatum vi delatus, a Moscis capitur & carceri includitur, unde eum Carolus V. liberavit, cui militans, in obsidione Florentina anno 1530 globo trajectus occubuit.

§. 5.

Anno 1515 ex Islandia discedens Severinus Nordby, successorem ibidem reliqvit Regia instructum Præfectura *Johannem Eggerti* filium (a), Nobilem Norvegum, nam eodem anno Regius Islandiæ Præfectus appellatur, qvod officium etiam anno 1516, & 1517 continuavit, sed anno 1518, videtur ei adjunctus fuisse *Tylius Petri filius*, & una cum eo Præfecturam gessisse, ad minimum duobus annis, 1518 & 19 ita ut Tylius Qvartis orientali & boreali, Johannes vero occidentali & australi præfuerit, sed discordes eos fuisse patet ex literis seu dica, qvam Regina Elizabetha,

---

Christiani pag. 1107, & qvæ ex eo habet ad eundem annum *BIORNUS* de *Skardsaa*, nostras.

(a) Qvæ de nostro in *Novis liter. Havniens.* anni 1752 No 16. ut & de ejus filio Eggerto leguntur, valde erronea sunt, qvæ hic recensere & refutare non vacat. Patrem habuit Eggertum Eggerti, Vicensium in Norvegia Nomophylacem; Cui Johannes Daniæ Rex anno 1488 Nobilium Privilegia impertivit (vid. supra pag. 249.) addito insigni: albo unicornu in cæruleo panno clypei, & anteriore unicornu parte supra galeam; Qvo nuper in sigillo usus est ipsius posterorum Nobilissimus, *Magnus Gislavius*, Islandiæ Præfectus.

betha, abſente in Svecia Rege, Johanni ſcripſit anno 1520 d. 4 Maji. qva ille, ut proximo autumno circa Martini Feſtum, ad reſpondendum coram judicibus a Rege delegatis, & filio, ex eorum ſententia, pro illatis injuriis ſatisdandum, Hafniæ ſemet præſentem ſiſtat, citatur & graviter monetur, cui paruiſſe videtur Johannes, & cauſam contra Tylium obtinuiſſe; Nam anno ſeqvente d. 4 Octobr. ipſe Rex Johannem totius Islandiæ Præfectum denuo conſtituit (a), qvod officium ad annum 1524, ſi non ad 26 geſſiſſe eum, valde eſt probabile; anno enim 1524 cum Johannes Comitiis univerſalibus celebrandis occuparetur, Tylius portum Hafnfiordenſem ingreditur, effractoqve templo Beſſaſtadenſi, aliisqve ædibus, mercimonia & Regia vectigalia qvæ ibidem ſervabantur, aufert, & in onerariam qvam habuit navem tranſportari curat; Qvod audiens Johannes, citiſſime advolat, & collecto Islandorum & Germanorum mercatorum globo, Tylii navem adoritur & debellat, ipſum autem captum, capite plectit. Uxorem habuit Johannes Gudrunam Biörni Godvinidæ filiam, cum qva deinde Altonæ in Stormaria prope Hamburgum vixit. Circa annum 1530 cum Ogmundo Epiſcopo Skalholtenſi de prædiis qvibusdam controverſiam habuit, qva cauſa cecidit, & Epiſcopo ſupplex factus condonationem petiit (b). Mortuus eſſe videtur anno 1533 nam eodem anno Gudrunam in Islandiam translatam eſſe conſtat.

Litr. A.

Vii Chriſtian med Gudz Naade rett Arffuing til Norriges Rige, udvald Konning til Dannemarck oc Sverrig &c. Giore alle Vitterligt, at Vii udaf Vor ſynderlig Gunſt oc Naade haffve annammet oc undfanget, oc med thette Vort obne Breff annamme oc untfange thenne Brefviiſer Oſſ Elſkelig Her Eyrek Sumerlideſen, hans Hion, Tienere oc allt hans Gots löſt oc faſt, ihvad thet hellſt er eller være kand, uthi Vor Förſtelig Hegn, Vernd oc Fred oc Beſkiermelſe, beſynderligſt at forſvara oc fordagtinge til alle rette Maal. Sammeledes ville Vi at ingen ſkal vere hans Rettere eller Dommere i Vereldlige Sager, uthen Vii Selfer, eller hvem Vii thet

(a) Vid. ſupra pag. 254.

(b) Vid. ad finem Cap. Litr. E.

thet med Vort obne Bref besynderligen befalende vorder. Thi forbyde Vii alle i hvo the hellst ere eller være kunde, oc serdeeles Vore Fogeder oc Ombudzmend forenefnte Oss Elskelig Her Erik Somerledeson, her imod paa Person, Hion, Tienere eller Godts at hindre eller hindre lade, deele, pladse, mode oc umage, eller i nogen Maade at uforrette under Vor Förstelig Hessnd oc Vrede. Gifvet paa Vort Slot Akerhus Sancte Cathrinæ Dag, Anno 1507. Under Vort Secretum.

Litr. B.

Vii Christian met Guds naade Danmarkis, Norgis, Vendis oc Gotes Konyngh, udvaldh Konnyng till Sveriige, Hertug udi Slesvigh, Holstein, Stormarn oc Dytmersken, Grefve i Oldenborgh oc Delmenhorste, giore alle vitterligth, at oss ellskelige Ravellde Biörns Gundessons Efterleverske paa vort land Islandh, oc hennes barn Torffve Biörnsson oc hans brödre oc syskenne, hafve nu ladeth berette fore oss, at nu noghen aar sithen forledne hafver voreth trette emellom Biörn Gundeson paa Islandh oc Biörn Thorlussson, om nogen gaarde oc gots, som liggendes ere paa Islandh, som kaldes Vastföore gaard, och flere gorde och gots &c. at vor logmand Jon Sigmondson paa Islandh haffver til forenn dombt samme fornefnte gaarde och gots til fornefnte Biörns Gundeson oc hans barn och arffvinghe efter Norghes logh. Och haffve vii oc til forenn fundet samme Logmands breff och dom, som hand der paa giffvet haffver, ved sine fulde macht at blifve, oc fornefnte Biörn Gundesen oc hans barn oc rette arffvinghe at nyde oc beholde fornefnte gaarde met alle fornefnte gots, som vort breff vi ther paa til for gifvet hafve ytermere ther om udviiser oc indeholder. Tha effter saadan fornefnte leilighedt brefve oc bevisninge som der paa ganget er, undhe oc tillade vii, at forenefnte Biorns Gundesens barn, som kaldes Torffve Biornsson oc hans brödre oc syskene mue haffve, nyde, bruge oc beholde alle forenefnte gaarde oc gots, som vor Lagmand fornefnte Jon Sigmonsson haffver hannem och hans arffvinge tildomt effter Norges Logh. Thi forbiude vii allom i hvo the hellst ere eller vere kunde, serdeeles vore Fogeder oc Embetsmænd, och besonderlighen fornefnte Biorn Thorlaffsson, fornefnte Biorn Gundeson oc hans brödre oc söstre

her emoth paa fornefnte gaarde oc gots at hindre, hindre lade, modhe wellige platzſſe, deele eller i nogen maade at uforrette, under vor kongelige hefndh oc vrede. Gifvet paa vort Slot Kiopnehaffn Sancti Andreæ Apoſtoli dag. aar effter Guds byrd MDXIX. Under vort Signeth.

Litr. C.

Chriſtiern met Gudz nade Danmarkis Norgis Sverigis Wendis oc Gothis Konning, Hertug i Sleſſvig Holſten Stormarn oc Dytmerſken, Grefve i Oldenborg oc Delmenhorſt, Helſe Ether oſſ Elſkelige værdige fæther, Biſper, vore Lensmend oc Menige Almue, ſom bygge oc boe paa vort land Island kerligen met Gud oc Sancte Oluff Konge. Vider kiere venne at vii hafve thill troet oc befalet thende breffviiſer oſs elſkelig Hans Eggertsſon at vere vor Embitsmand ther paa Islandt, oc ther met Ether alle oc menige Islænder udi vern oc forſvar at hafve. Thi bete oc biude vii Ether alle oc hver ſerdelis, at I vere hannem paa vore vegne horige oc lydige, folgachtige oc biiſtandige, giorendis oc giffvendis hannem hvis Sagerøre, landgielde, geſterii oc all anden rettighet ſom I oſſ oc Norgis krune plichtige ere aarligin at gifve oc giore. Hand ſall hollde Ether alle vedt Sancte Oluff Konings log oc gode gamle ſedvaner oc ingen aff Ether at uforrette i nogen mader. Serdelis bete oc biude vii Ether alle fornefnte vor Lensmænd, at til gode reede antvorde fornefnte oſſ Elſkelig Hans Eggertsſon vor Embitzmand hviff. ſkatt oc tolld, ſom i offver alt Iſſland uppboret oc indtaget hafve, hand ſkall ſiden ythermer giore oſſ ther reede oc Regenſkab fore, oc lader thet ingenlunde, her met Ether Gud befalendes oc Sancte Oluff Konning. Giffvet paa vort Slot Kiobenhaffn Sondagen neſt effter Sancti Franciſci dag, det aar 1521. under vort Signethe.

Litr. D.

Chriſtiern met gudz nade Danmarkis Norgis Sverrigis vendis Gothis Konning Hertug udi Sleſſvig, Holſten Stormaren oc Dytmerſken Grefve i Oldenborg oc Delmenhorſt, helſe Ether alle oſſ Elſkelige Biſper Prelater, Abbether, Preſter, Knaber, Bonder oc menige Almue ſom bygge oc boe paa vort oc Norgis krones land Iſſlandt kierligen met Gud

oc

oc Sancte Oluff Konning vii bete oc biŭde Ether alle oc hver ſerdelis, at her effter ingen köbſlae met nogen utlendſke, enthen tyſke, Eingelſke, eller andre, for end thee hafve gifvet oc fornoget vor Embitsmand ther paa landet. 20. gylden paa vore vegne then told oc Rethighed, ſom thee oſſ aarligen pleige oc pliichtige ere at gifve, oc naar thee ſvoddan told udtgiffvet, oc til gode reede fornoget haffve, thaa mue i ſiden kope oc ſelge met them ubehindret, her retter ether altinges effter, oc lather that ingenlunde. Gifvet paa vort Slot Kopenhafn Sondagen Invocavit, Aaret 1523. Under vort Signet.

Litr. E.

(e) Ollum mönnum þeim ſem þetta brief ſiá edur heyra, ſenda Ellendur Þórvardsſon lögmann ſunnan oc auſtan á Islande. Þórleifur Pálsſon tilſkipadur af hogbornaſta herra Herra Fridrich med gudz nád Danmerkr Noregis &c. Eirekur Þorſteinsſon, Hákon Biörgólfsſon, Þóralle Einarsſon, Rafn Gudmundsſon, Jón Arnaſon, Brandur Gudmundzſon, Thomas Jonsſon, Jón Eireksſon Runulfur Þórſteinsſon, Biorn Jonsſon, Steingrimur Isleifsſon, Skúle Thumasſon, Gudmundr Gudmundsſon, Giſle Gudmundsſon, Jón Olafsſon Jón Jónsſon, Sigurdur Oddsſon, Narfe Sigurdsſon, Petur Loftsſon, Dade Gudmundsſon, Olafur Gudmundsſon, Jón Giſlaſon, Petur Araſon qvediu gudz oc ſina, kunnugt giörande ad ſub anno gratiæ milleſimo qvingenteſimo triceſimo á fimtudaginn næſtann epter Petursmeſſu oc Pálz á almenniligu Oxarár þinge, vorum vier ſamankomner epter bode oc ſkipan vors hogbornaſta Herra Kóng

(e) *Id eſt:* Omnibus viris has literas viſuris vel audituris, Erlendus Thorvardi, Nomophylax qvadrantum Iſlandiæ auſtralis & orientalis, Thorleifus Páuli a Sereniſſimo Domino, Domino Friderico Dei gratia Daniæ, Norvegiæ &c. (Rege, qvartarum borealis & occidentalis Nomophylax) conſtitutus, Ericus Thorſteini, Hakon Biörgolfi, Thorhallus Einaris, Rafnus Gudmundi, Jonas Arnæ, Brandus Gudmundi, Thomas Jonæ, Jonas Erici, Runulfus Thorſteini, Biörnus Jonæ, Steingrimus Iſleifi, Skulo Thomæ, Gudmundus Gudmundi, Giſlius Gudmundi, Jonas Olai, Jonas Jonæ, Sigurdus Oddi, Narfius Sigurdi, Petrus Lopti, David Gudmundi, Olaus Gudmundi, Jonas Giſlai, Petrus Arii, ſuam & Dei ſalutem mittunt, notum facientes, qvod ſub anno gratiæ milleſimo qvingenteſimo triceſimo, feria qvinta proxima poſt feſtum Petri

Kong Fridrich af Danmörk oc Norigie &c. ad skoda oc ransaka oc fullnadardóm á ad leggia, vm þá áklögun sem Hannes Eggertsson klagade til verdig fader i gude biskup Ogmund i Skálhollte, ad hann hiellde fyrer sier oc sinni kuinnu Gudrúnu Biornsdóttur fiórum gördum, er so heita. Watnsfiördur, Adalvík, Hvammur oc Asgardur &c Item stód so i Konúngsins brefi ad Hannefs heffdi sagt, ad Biörn Þórleifsson hefdi giefid biskup Stephåne gódrar minningar til málafylgis tvo garda Vatnsfiörd oc Adalvík, hvad skrifadur Hannes gat alldri med sannindum bevísad, því leyst oss þad vera hid stæsta róg fyrer Kónginum uppá biskupsins bak, því hann tiede þar fyrir oss ad greindur gardur Vatnzfiördur hefdi fallid þriár reisur under heilaga Skálholltz kirkiu med dómum oc fullum rökfemdar giörningum verdugra herra oc andlegra fedra erkibiskupa i nidarósi oc Skálhollts biskupa oc þeirra ærlegra preláta oc presta, in primis á dögum Arna biskups Helgasonar, þá lidid var frá gudz burd Anno þúsund þriú hundrud oc átta ár. I annan tíma þá Biörn Einarson hiellt gardenn Vatnzfiord, voru þá Christz ár þúsund þriúhundrud níutíu oc þriú ár. I þridia sinn i tíd herra Erkibiskups Gautonis gódrar minningar efter þui sem hanns brief

---

Petri & Pauli; in comitiis generalibus Öxaråensibus, jussu & mandato Serenissimi nostri Domini Friderici, Daniæ, Norvegiæ &c. Regis, ad libellos Johannis Eggerti, qvibus Venerabilem in Deo Patrem Augmundum Episcopum Skalholtensem, incusat, qvod in suam suæqve uxoris Gudrunæ Biörnis filiæ damnum qvatuor prædia, nomine Watnsfiörd, Adalvik, Hvamm & Asgard retineat &c. perspiciendum, inqvirendum, & decisivam de iis sententiam perferendum, convenerimus. Item Regiæ præterea literæ testantur, dixisse Johannem, qvod Biörn filius Thorleifi Episcopo Stephano bonæ memoriæ, ut ejus patrocinium redimeret, duo prædia Vatnsfiörd & Adalvik donaverit, qvam (criminationem) dictus Johannes argumentis idoneis nunqvam probare potuit, qvam ergo atrocissimam coram Rege in Episcopum absentem calumniam esse reputavimus, nobis enim, sententiis & authenticis Venerabilium Dominorum & spiritualium patrum, Archiepiscoporum Nidarosiensium & Episcoporum Skalholtensium, eorumqve honorabilium Prælatorum & sacerdotum, actis, dictum prædium Vatnsfiördum tribus vicibus sanctæ ecclesiæ Skalholtensi cessisse, comprobavit. Primo tempore Arnæ Episcopi filii Helgonis, anno post nativitatem Domini millesimo trecentesimo octavo. Secunda vice cum Biörn filius Einaris prædium Vatnsfiörd tenuit, erat tunc annus Christi millesimus trecentesimus nonagesimus tertius. Tertia vice tempore Domini Gautonis Archiepiscopi bonæ memoriæ, vel ut literæ ejus & sigillum, acta authentica, testantur, erat tunc annus Christi millesimus, qvingentesimus

brief oc innsigle, med fullum rokſemdargiörninge vtvíſar, þá lidid var frá gudz burd þúſund fimm hundrud oc ſiö ár. Enn nú um ſkrifada tíma hefur greindur gardur Vatnzfiordr verid gripinn oc halldinn af ómilldum mönnum, oc burttekner hanns peningar, med brefum oc ſkilrſkum, á móte öllu lögmále oc frelſe heilagrar kirkiu, því i Gudz nafne amen, ſeigium vier med fullum dóme oc laga vrſkurde áduríkrifadann gard Vatnzfiörd vera oc verid hafa fullkomlega eign heilagrar Skálhollcz kirkiu oc ádurgreindann Hanns ſkylldugann at leggia biſkupinum i hönd þau bref oc ſkilríke, ſem hann hefur uppá greindan gard Vatnsfiörd. vtann hann ſýnde á næſta Oxarár þinge fullkomid ſanninda próf ef adhalldzmenn greindz gardz hefdi leyſt edur bodid lauſn lögligum Skálhollcz biſkupe fyrrgreindan gard Vatnzfiörd. I annare grein þar Hanns Eggertsſon klagade til Hvamms oc Aasgardz, leiddi biſkupinn þar fyrer oſs á þinginu tvö löglig vitne, med ſvordum bókar eidum, ad Ragnhilldur húsfreya Biarnadótter med ſamþycke Torfa ſonar ſíns oc annara barna ſinna, gallt optſkrifudum Herra Augmund áduríkrifadar jarder i ſakferli Biarnar heitins Gudnaſonar bónda ſíns. Því dæmdum vier jardernar biſkupſins eign, oc Hannes Eggertsſon ekki til þeirra tala mega. Enn bóndann Biörn heitinn oc born hanns kvitt um ſo mykid ſakferle ſem til var ſkilt i ſátt-

---

mus & ſeptimus. Dictis vero temporibus, nominatum prædium Vatnsfiörd ejus bona, inſtrumenta & tabulæ contra leges & libertates ſanctæ eccleſiæ a violentis hominibus arrepta & retenta fuere. Qvam ob rem in nomine Domini, Amen, plena ſententia & deciſione legali prædictum prædium Vatnsfiörd legitimam ſæpdictæ eccleſiæ Skalholltenſis poſſeſſionem eſſe & fuiſſe, nominatum autem Johannem Epiſcopo tabulas & probationes, qvibus dictum prædium Vatnsfiörd ſibi vendicare nititur, in manus reddere debere, edicimus, niſi in proxime ſubſeqventibus Comitiis Öxaratenſibus perfectam & authenticam probationem proferat, dicti prædii uſurpatores antea nominatum prædium Vatnsfiörd a legitimo Epiſcopo Skalholtenſi reluiſſe, vel reluitionem obtuliſſe.

Secundo loco, cum Johannes Eggerti prædia Hvamm & Asgard poſtulet, Epiſcopus in hoc dicaſterio duos teſtes legitimos produxit, qvi jure jurando ſuper librum (Evangeliorum) dicto, Dominam Ragnhilldam filiam Biörni, filii ſui Torfii & reliqvorum ſuorum liberorum conſenſu, ſæpedicto Domino Augmundo præſcripta prædia mulctæ nomine, vice Biörni filii Goduini, mariti ſui tunc defuncti, perſolviſſe, teſtantur. Hæc igitur prædia Epiſcopi poſſeſſionem eſſe, nec Johanni Eggerti ea poſtulare licitum eſſe, Biörnum vero Colonum defunctum ejusqve liberos in tantum a mulcta

i fáttinne. I þridiu grein um þá áklögun sem Hannes hafdi um Adalvík, oc um þá peninga þar til heyra, liet biskupinn birta þar fyrir oss biskups úrskurd oc lögmannz, tólf presta oc tólf lögrettumannadóm, efter bifalning heidursamlegasta Herra Kong Christians á mille Biarna Gudnasonar oc Biörns Þórleifssonar, i hvoriu ályktarorde þeir dæmdu Biörn Þórleifsson hafa loglega golldid Hans Kruko fyrrskrifada peninga i Noregi. I annari grein liet biskupinn birta þar fyrir oss sitt kaupbref vnder gódra manna innsiglum, hvort giort var efter dóme oc vtgolldinn þridiúngur af verdi erfingium Hanns (Kruko) i Noreige. Því leist oss sem biskupinn mætti hallda sínu kaupi til laga under skiladóm. Enn Hannes Eggertsson oc Biörn Þórleifsson skylldu ga ad fara framm fyrir Kónginn næsta ár ad forfallalausu, med þau bref sem þeir hefdi uppá greinda jord Adalvík, oc láta sier þad nægia, sem Kóngurin þeim tilseiger. Item klagade biskup Ogmund þad til Hannefs Eggertssonar ad hann hefdi forrægt sig oc ófrægt oc sinn forverara biskup Stephan, fyrer vorum hogbornasta Herra Kónginum. Leist oss þad hin stærsta sök, ef til dóms kiæme. Enn fyrer bæna skulld þeirra sem i dómnum voru, oc annara dándemanna, gaf biskupinn þessa sok ofur: med því móte, ad Hannes Eggertsson skyllde alldrei mótsnúinn verda heilagrar Skálholltz kirkiu nie biskup-

---

a mulcta immunes esse, qvantum in pacto contrahebatur, sententiam ferimus. Tertio loco de postulatione prædii Adalvik & bonorum ad illud pertinentium a Johanne facta, Episcopus, decisionem ab episcopo, Nomophylace, duodecim sacerdotibus & duodecim laicis ex honorabilissimi Domini Regis Christiani mandato inter Biörnum Godvini filium & Biörnum Thorleifi filium factam, nobis coram produxit, qva sententia illi Biörnum filium Thorleifi prædicta bona Johanni Kruko in Norvegia jure persolvisse edixerunt. Secundo Episcopus tabulas emtionis integrorum virorum sigillis munitas, & ex sententia perlata factas nobis exhiberi fecit, erat & triens pretii hæredibus Johannis (Kruko) in Norvegia persolutus. Nobis igitur visum est, Episcopo rem emtam, usqve qvo sententia decisiva feretur, retinere licitum esse; Johannem autem Eggerti & Biörnum filium Thorleifi, proximo anno, si impedimenta non obfuerint, una cum tabulis, dicti prædii Adalvik dominium concernentibus, se Regi sistere, & ejus effato acqviescere debere.

Item Episcopus Augmundus Johannem Eggerti incusavit, qvod se suumqve prædecessorem Episcopum Stephanum Serenissimo nostro Regi falso detulerit & calumniatus fuerit, qvod, si sententiæ judiciali submitteretur, gravissimum delictum nobis visum est. Sed ob judicum & aliorum integrorum virorum intercessionem, Episcopus ab hac actione destitit, eo pacto, ut Johannes Eggerti sanctæ ecclesiæ Skalholtensi

biskupenum, med óriett. Samþykte med oss þennann vorn dóm ádurskrifadur Herra Augmund oc Didrich Fovete af Briamstad, oc allur almúgie sem þá var i logrettu, oc settu sin innsigle med vorum fyrer þetta dómsbref, skrifad i sama stad, deige sídar enn fyrr seiger.

Cap. VI.

De Friderico I.

§. I.

Fridericus Primus anno 1471 die 13 Septembris in lucem editus est. Duodecennis patre orbatus in tutelam matris transiit, cum qva Callundburgæ lingvis & bonis literis operam dans triennium transegit; inde Coloniam, ad uberiorem in studiis adipiscendam maturitatem, a fratre, qvi ut Holsatiæ Ducatum sibi retineret, sacro eum Ordini destinavit, transmittitur, qvod sentiens Fridericus, post biennium, fratre inconsulto Coloniam reliqvit, & improvisus in Holsatia præsens, homagium a subditis exegit. Cum fratre & fratris filio, dum Ducem Holsatiæ agebat, qvasdam sed non magni momenti controversias habuit, qvæ statim sopitæ sunt. Tandem vero anno 1523 ab Ordinibus Regni Electus, & anno 1524 d. 7 Augusti ut Rex Daniæ, Hafniæ, a Gustavo Trolle exule Svecorum Archiepiscopo, coronatus fuit. Pacatum satis nactus est imperium; nam Hafnia post 8 mensium obsidionem capta est. Motus vero, qvos Olaus Archiepiscopus Nidarosiensis, Severinus Nordby & Clemens Navarcha in initio regiminis concitaverunt, statim sedati sunt. Religionis Catholicæ, cujus principia, tam a matre; valde religiosa & ipsius amantissima, qvam in Collegio Religiosorum Coloniæ imbiberat, diu tenax fuit; sed postqvam a filio Christiano e Germania reduce, qvi Lutheri dogmata ibidem didicerat, meliora audivit, & edoctus fuit, veritati

tensi & Episcopo injuste nunqvam (exhinc) obsistat. Hanc nostram sententiam approbavit prædictus Dominus Augmundus & Dietericus de Briamstad Qvæstor, & tota universitas qvæ in dicasterio tunc præsens erat, & una cum nostris sigillis, his literis sententiæ decisivæ sua sigilla appenderunt, scriptis dicto loco, postridie ac supra.

ritati locum dedit & Lutheranam accepit, nam ipse anno 1521 sub utraqve specie communicavit, & diebus vetitis, carnibus vesci cœpit, aliis vero liberum Religionis exercitium permisit, qvo non parum Lutheranismi commoda promovit. Anno 1531 Norvegi ab eo, ad Christianum II. defecerunt, sed capto Christiano, & in carcerem incluso, pœnitentia ducti, se ei denuo submiserunt. Anno 1533 die Viridium, supremum obiit diem, cum vixisset annos 62 (a) regnasset annos 10. Corpus, anteqvam Slesvici sepeliretur, in feretro conspectui datum, ingens sangvinis profluvium emisisse ferunt, qvod ut omen futuri belli & ingentis sangvinis profusionis, qvæ mortem ejus secuta est, credulum vulgus accepit.

§. 2.

Edicta & Rescripta ab hoc Rege Islandis data, ad rem Ecclesiasticam & Publicam pertinentia nobis nulla videre contigit (b); sed provinciæ sub eo Præfecti fuerunt.

§. 3.

Johannes Petri Johanni Eggerti anno circiter 1525 successit, vel, ut qvibusdam videtur, in Islandiam anno 1524 venit (c). Anno 1529 adhuc Præfectus erat, tum enim Bessastadis feria tertia post festum Petri & Pauli, Jonæ Halli filio, non tantum Apocham redituum toparchiæ Rangarvallensis & prædiorum in ea regiorum, dedit, sed & dicta prædia ei in annum seqventem confert, qvo præfectura decessit.

§. 4.

(a) Sunt, qvi eum natum volunt 1477 & tantum 56 annos vixisse perhibent, inter qvos est *HELVADERUS*. Alii ejus nativitatem ad annum 1456 referunt; sed utrumqve perperam.

(b) Sed ne nullum prorsus existere videatur, unum tantum ex codice pergameno coævo Bibliothecæ A. Magnæi No. 191 in Qvarto ad finem Cap. Litr. A. exhibebimus.

(c) In Codice membraneo Bibliothecæ A. Magnæi No. 191 in Qvarto, literæ cessionis Johannis Eggerti existunt, qvas huic Capiti sub Litr. B. subjungemus. Sed notandum est annum 1522 recte se non habere, sed pro II legendum esse IV, nam ibi mentio fit Friderici Primi Electi Regis Daniæ, qvi Johannem Petri Præfectum Islandiæ constituerat, & in eodem Codice etiam existunt Apochæ eidem Jonæ Halli filio datæ pro iisdem redemturis a Johanne Eggerti de annis 1522 & 1523. Conf. supra pag. 256.

§. 4.

Dietericus de Bramsted anno 1530 in comitiis generalibus, Viginti qvatuor-virale judicium, qvod Erlendus Thorvardi Nomophylax in causa Ogmundi & Johannis Eggerti de 4 prædiis, Vatnsfiord, Stad in Adalvik, Hvamm & Asgard secundum Ogmundum pronuntiavit, confirmavit (a). Anno 1532 cum Johannes Breidius Anglus mercator, Regi consvetum tributum solvere renueret, Hamburgensium mercimonia & piscium copiam surripuisset, irrisoria tantum utrisqve remittens verba, Dietericus cum Hamburgensibus Breidium aggreditur & occidit. Anno 1533 noster celebre illud judicium Piningianum, una cum ambobus Episcopis, Nomophylacibus, & universa concione qvæ in comitiis aderat, solenniter confirmavit. Anno 1535 a Rege Christiano Tertio officium ei denuo demandatum fuit, sed intervenientibus Senatus Regni Norvegici literis, qvi Christianum suum Regem nondum agnoverat, nulla posthac in Islandia munia Satrapæ peregit (b).

§. 5.

Augmundum Episcopum Skalholtinum totius Islandiæ Præfectum fuisse, & id officii a Christiano Secundo anno 1522 nactum fuisse, *JONAS EGILLI, Hungurvaka Continuator*, primus scripsit, sed ex eo alii multi. Habemus seriem Præfectorum Islandiæ ab anno 1521 ad annum 1534 tam continuam, & nusqvam interruptam, ut hoc temporis spatio, nullus Augmundo, vel alteri cuiqvam, locus vacuus relinqvatur, nec adeo facile creditu est, Fridericum Primum aut Christianum Tertium tantam potestatem Episcopis concessisse, qvorum vires infringere & auctoritatem imminuere omnibus modis studebant. Sed Præfecturam Augmundi in

(a) Vid. supra pag. 259. De hoc etiam anno, ut & 1533 apocha ab eo Jonæ Halli supra pag. 264. memorato data existit. Anno 1534 Dietericus van Minden eidem nomine Dieterici Bramstedensis apocham scripsit, simulqve redemturam usqve in anni seqventis 1535 comitia generalia continuavit.

(b) Vid. hac de re Conclusum comitiorum generalium ad finem hujus Capitis Litr. C. ex laudato Codice pergameno Bibliothecæ Legati Magnæani in Qvarto No. 191.

in tempus Interregni incidisse abunde probat Conclusum comitiorum generalium (a) de anno 1535, qvod literas Archiepiscopi & Senatus Regni Norvegici anno præcedenti in Islandiam perlatas confirmat, qvibus utriqve Islandiæ Episcopo, Augmundo Skalholltensi, & Jonæ Holensi, in sua cuiqve diœcesi, Præfectura qvousqve interregnum duraret, demandatur. Ex qvarum literarum præscripto Augmundus anno statim 1534 redemturas regias suis clientibus contulit (b), qvas suas literas iterum 1535 & 1536 confirmavit, singulisqve annis redemturas ad annum seqventem continuavit (c), anno autem 1537 apochas tantum, & illas qvidem ex successoris in officio Claudii van Merwitz consensu (d), edidit, ita ut triennio Præfecturam gesserit.

Litr. A.

(e) Uier Fridrek med gudz nád konúng til Danmark &c heilsum ollum þeim sem byggia ok búa uppá uort land Island kærliga med gudz kuediu ok uorre. Witanligt sie ydur ad á millum uor ok kongs af Einglandi suo ok á millum stadanna Hamborg ok Breimen er sú sátt á uorden ok samþycke sem hier épter stendur. Hvar sem eingelsker. hamborgarar edr

---

(a) Qvod nuper not. præced. nominavimus.

(b) Vid. ad finem Cap. Litr. D. ex laudato mox Codice exscriptas.

(c) Exempla horum omnium continet Codex supra laudatus, prætereaqve literas Augmundi eidem Jonæ Halli scriptas, qvibus jubetur, ut tributum & vectigal *sekkagiölld* mercatores Anglos in Vestmanneyis appellentes postulet, auro & mercibus utilibus, linteo tantum excepto, numerandum. Merces vero viris integris mutuo dare liceret, qvi illas anno seqvente mercibus gravibus (Islandicis) vel pannis exoticis iterum persolvant. Literæ datæ sunt in Eyrarbacka Anno Domini 1536.

(d) Hoc anno Jonas Halli duplicem nactus est apocham, tam ab Episcopo Augmundo, qvam Merwitzio, qvi mutuum consensum uterqve allegant. Merwitzius præterea edito schedio Augmundo apochas hujus anni scribendi potestatem dedit. Vid. ad finem hujus Cap. Litr. E.

(e) *Id est:* Nos Fridericus Dei gratia Rex Daniæ &c. omnibus Islandiam inhabitantibus & incolentibus salutem Dei & nostram mittimus. Notum vobis esto, Nos inter & Regem Angliæ, ut & Civitates Hamburgum & Bremas, pactum & contractum initum esse, seqventem in modum: Ubicunqve Angli, Hamburgenses & Bremenses in qvodam

edr breimarar liggia i eirne hausn skal eirn láta annan liggia med frid. Huar sem ein hausn er þar sem uel er fiskad skal einn losa odrum inn huort þat er eingelsker hamborgarar edr breimarar ad huer sem eirn megi fá sina frakt. Suo ok skulu íslenzker færa ok flytia sina fiska huert sem þeir uilia. Somuleidis skulu þeir selia huar sem þeir uilia hellzt. Suo ok kome deilur edur kif i millum hamborgara edur breimara þá skal fouite i Islande þa sialfa forlika. En hamborgarar rad sem ok breimarar uilia þar aunguan hlut med hafa ad giora helldur huor sem eirn skal lata hafa sinn kaupskap fridsamliga. Suo ok skulu aller gefa kongenum fullan toll bæde eingelsker ok þyzker. Þesse fyrrskrifud samþyckt er innsiglut af os ok kongenum i einglande ok badum staudunum hamborg ok breimen Þar er annars sker ok einhuor helldur ecki þessar skipaner hann skal uera straffadur fyrer utan uægd. Valete in Christo.

Litr. B.

(b) Ek Hans Eggerdsson heilsar ollum dandemönnum sem byggia ok búa i island kærliga med gudi ok sancte Olaf kong. Kunngiöre ek ollum biskupum ábótum prelatum ok prestum lögmonnum ok syslumonnum ok ollum almúga sem byggia ok búa i Island at ek hefi med minn godan

qvodam portu simul sunt constituti, se invicem pacate ibi manere sinunto. Ubicunqve portus est, in qvo piscatura feliciter successit, sibi invicem introitum permittunto, sive Angli fuerint, sive Hamburgenses, sive Bremenses, ita ut unicuiqve suam navem onerare integrum sit. Ita & Islandis suos pisces, qvocunqve transferre, & ubicunqve libuerit, vendere, licitum esto. Ita & si lites & rixæ inter Hamburgenses vel Bremenses exoriantur, Qvæstor Islandiæ illas dirimito, Senatus enim Hamburgensium & Bremensium talibus se immiscere recusat, sed unumqvemqve suis mercimoniis pacate operam navare sinet. Ita & omnes, tam Angli qvam Germani integrum Regi vectigal solvunto. Prædicta hæc pacta conventa a Nobis & Rege Angliæ, ut & ab utraqve Civitate Hamburgo & Bremis, obsignata sunt. Si secus obtinuerit, & mandata hæc qvisqvam violaverit, ille sine ulla conniventia punietur. Valete in Christo.

(b) *Id est:* Ego Johannes Eggerti omnibus bonis viris Islandiam incolentibus & inhabitantibus, meam, cum Deo & Sancto Rege Olavo amicam salutationem mitto. Notum facio omnibus Episcopis, Abbatibus, Prælatis, & Sacerdotibus, Nomophylacibus & Prætoribus, omniqve universitati, Islandiam inhabitantibus & incolentibus, me,

uilia ofurgefit ok uppdreigit allt mitt fouitadæmi Johan Petursfyni fem ek hafde af heygbornasta Forsta kong Kristiern ut í Island sem nú hier epter tilheyrer heygbornasta Forsta kong Fridrek rett erfingia til Noreg ok Island ok uttualld kong til danmark. sem gefit ok unnt hefer þennan fyrskrifadan Johann Petursson. Ok til sannenda hier um bid ek þessa efterskrifada dandimenn uelborin mann. Kristiern Huittorp ok Hans Relyk. Hans Reinstorp ok Herman Langi borgara í Hamborg ad fetia sitt incigli med minu incigli fyrir þetta bref er skrifad uar í Hamborg miduikudagen næstan fyrir tueggia postula messo Philipi ok Jacobi arum epter gudz burd M.D.XX ok II. ár.

Litr. C.

(c) Ollum godum mönnum þeim sem þetta bref sjá edur heyra sendo Jon Þoruardzson Jon Eireksson Biorn Jonsson Eirekur Sniólfsson Jon Sæmundzson Filipus Runúlfsson Magnus Jonsson Jon Helgason Skule Tumasson Eirekur Snorrason Gudmundur Gudmundzson Biorn Jonsson Jon Jonsson Gisli Jonsson Gisli Hakonarson Jon Þórláksson Þórualldr Arnason Magnus Biornsson Einar Einarsson ok Þordur Gunnarsson suarner lögrettumenn kvediu gudz ok sína. Kunnegt giorande ad þá lidit uar frá

---

me, totam meam Præfecturam, qvam a Serenissimo Principe, Rege Christiano in Islandiam obtinueram, qvæ exhinc Serenissimo Principi Regi Friderico, legitimo Norvegiæ & Islandiæ hæredi, & Daniæ Regi electo competit, Johanni filio Petri sponte cessisse & tradidisse, qvam & ille prædicto huic Johanni filio Petri contulit & concessit. In qvorum testimonium ego infra scriptos viros integros, nobilem scilicet virum Christiernum Huittorp & Johannem Relyk, Johannem Reinstorp, & Hermannum Langium cives Hamburgenses sua sigilla unacum meo his literis appendere rogavi, scriptis Hamburgi, feria qvarta proxima post festum duorum Apostolorum Philippi & Jacobi, anno post nativitatem Christi M.D.XX & II.

(c) *Id est:* Omnibus bonis viris has literas visuris vel audituris Jonas Thorvardi, Jonas Erici, Biörnus Jonæ, Ericus Sniolfi, Jonas Sæmundi, Philippus Runulfi, Magnus Jonæ, Jonas Helgii, Skulius Thomæ, Ericus Snorrii, Gudmundus Gudmundi, Biörnus Jonæ, Jonas Jonæ, Gislaus Jonæ, Gislaus Haqvini, Jonas Thorlaci, Thorvaldus Arnæ, Magnus Biörni, Einarus Einari, & Thordus Gunnari, Pedanei jurati, salutem Dei & suam mittunt. Notum facientes, qvod anno post nativitatem Domini

frá hingatburd uors herra Jesu Christi M.D.XXX oc V ár miduikudagen næstan epter Peturss messu ok Páls á almenniligu Oxarár þinge uorum uier í dóm nefnder af ærligum monnum Erlendi Þoruardssyne logmanne sunnan oc austan á Islande ok Einare Bonda Bryniolfssyne er þá hafdi logligt umbod Ara Jonssonar Logmanz nordan ok uestan á Islande ad skoda ok ransaka ok fullnadardom á ad leggia huoria magt edur afl þau bref skulu hafa sem inn woro komen í landit í fyrstu grein bref herra Olafs erkibiskups í Þrandheim ok ollu ríkessens radi í Noregi huad innehelldur ad hann biifalar uerduga herra í gudi biskup Augmund ok herra biskup Jone á Hólum ad þeir uppbere ok ad sier take huor í sínu biskupsdæme alla krúnunnar rentu &c. I annare grein bref Hertuga Kristierns suo hliodandi ad hann biifalar Didrik Uaget upp at bera kongsens rentu hier í landit. I þridiu grein bref Kristifor Greifa í Oldinborg ok Delmenhorst í hvoriu suo stód ad hann biifalar herra Markus Meyer hirdstiórn yfer ollu Islande &c. Þiker oss ecki vort logmál hlýda uppá þessa þeirra skipan Hertugans ok Greifans saker þess ad krúnan í Noregi hefer aunguan útualen kóng yfer sig því ad uier hofum henne suared ok rettum Norigs Kongi uora eida. Því ad heilagx anda nad tilkalladre dæmdum uier fyrrnefnder domsmenn med fullu dóms atkuædi herra erkibiskupsins ok ríkisins ráds bref í Noregi

 skialligt

Domini nostri Jesu Christi millesimo, qvingentesimo, tricesimo qvinto, feria qvarta proxima post festum Petri & Pauli in comitiis generalibus Öxaraënsibus a viris honestis Erlendo Thorvardi, Nomophylace qvadrantum australis & orientalis Islandiæ, & Einaro Colono filio Bryniolfi, qvi ex legitimo Arii filii Jonæ, Nomophylacis qvadrantum septentrionalis & occidentalis Islandiæ, mandato, ejus vices agebat, ad perspiciendum, inqvirendum, & sententiam decisivam ferendum denominati fuimus, qvemnam valorem vel auctoritatem habere debeant literæ nuper huc delatæ, primo qvidem loco literæ Domini Olai Archiepiscopi Thrundheimensis & totius Senatus Regni Norvegici, qvibus Venerabiles in Deo Dominos, Episcopum Augmundum & Dominum Jonam Episcopum Holensem, in sua qvemqve diœcesi, omnes coronæ reditus assumere ac recipere &c. jubet. Secundo literæ Ducis Christierni, qvibus, ut Dietericus Qvæstor reditus regios in hac insula recipiat, præcipit. Tertio loco literæ Christophori Comitis in Oldenborg & Delmenhorst, qvibus Dominum Marcum Meyer totius Islandiæ Satrapam constituit &c. Videtur qvidem nobis, leges nostras cum mandatis istis Ducis & Comitis non convenire, cum corona Norvegiæ nullo Rege electo gaudeat, illi (coronæ) enim, & legitimo Norvegiæ Regi, homagium nostrum diximus. Invocata igitur Spiritus Sancti gratia, nos prædicti judices, Domini Archiepiscopi & Senatus Regni Norvegiæ literas, qvoad omnia, legitimas & authenticas,

ſkialligt ok myndugt í allan máta ok herra biſkup Augmund í Skálhollti ok biſkup Jón á Hólum fullmegtuga hvor í ſínu biſkupsdæmi ok alla krúnunnar rentu ad ſier mega taka epter þuí ſem þeirra biifalningar bref útvíſar ok innehelldur. Somuleidis dæmdum uier ad eingen krúnunnar renta ſkal burtu flytiaſt af landenu huorki ſkattur ſakafe edur ſektagiolld til þeſs ad allzmegtugur Gud gefur oſs rettan kong til Norigis. Suo ok dæmdum uier ad huor ſýſlumadur ſem heima hefer ſína ſýſlu ſkal biiuara ſinn ſkatt til næſta Oxarárþings ok biſkupenum þætte fullar uordzlur fyrir hafa en þeir ſem ecki hallda edur hafa ſínar ſýſlur heima. Þá afgreidi biſkupinum ſinn ſkatt ok toll. Samþykti þenna uorn dóm herra biſkup Augmund Erlendur Þóruardsſon logmadur ok Einar Bryniolfsſon ok oll logrettan lærder ok leiker. Ok til ſannenda hier um ſettu fyrrgreinder herrar ſín incigli med uorum fyrrgreindra manna inſiglum fyrir þetta dómsbref huort ad ſkrifat var í ſama ſtad deigi ſídar en fyrr ſeiger.

Litr. D.

(d) Uier Augmund med Gudz nád biſkup í Skálhollti heilſum ollum godum monnum þeim ſem byggia ok búa í millum Jokulſár á Sólheima-

---

authenticas, & Dominum Epiſcopum Augmundum Skalholtenſem, ac Epiſcopum Jonam Holenſem, in propria ſingulos diœceſi, competentes eſſe, qvi ex tenore & præſcripto officii demandati literarum, omnes coronæ reditus recipiant, plena ſententia dijudicante edicimus. Sententiam itidem ferimus, nullos coronæ reditus, nec tributa, nec bona fiſco adjudicata nec mulctas peregre eſſe devehendos, uſqve qvo omnipotens Deus legitimum Norvegiæ Regem nobis dederit. Ita & ſanximus, ut qvicunqve Prætor in ditione ſibi ſubjecta commorans, cui Epiſcopus ſponſore opus non eſſe reputaverit, tributa ad proxima Comitia Öxarænſia proxima depoſiti inſtar retineat, qvi vero præturas præſentes non adminiſtrant, tributa & vectigalia Epiſcopo perſolvunto. Hanc noſtram ſententiam Dominus Epiſcopus Augmundus, Erlendus Thorvardi Nomophylax, & Einarus Bryniolfi, ut & tota comitia, tam clerici qvam laici, comprobavere. In qvorum teſtimonium prædicti Domini una cum noſtrum virorum prædictorum ſigillis, ſua his literis deciſivis apponebant, ſcriptis dicto in loco poſtridie ac ſupra.

(d) *Id eſt:* Nos Augmundus Dei gratia Epiſcopus Skalholtenſis omnes bonos viros, tractum inter amnes Jökulſa in Solheimaſando & Thiorſa inhabitantes, ſalute Dei & noſtra

Sólheimasande ok Þióssár kærliga med gudz kuediu ok uorri. Kunngiörum uier ydur kærir uiner saker þess ad epter framgáng ok fráfall heygbornasta Forsta kong Fridrek til Noregis ok Danmarkis &c. huers sál gud nadi. hefer uirduligr herra ok fader í gudi herra Olaf erkibiskup í Þrándheim med odru rikesens rádi i Noregi unt oss ok biifalat upp at bera alla krúnunnar rentu ok kongdomsins sem hier fellur í landet í allt Skálholltz biskupsdæme. Suo ok at skicka sýslur ok adra hlute til hit betzsta epter landzens logum ok gömlum uana Hofum uier ueitt ok biifalat ærligum dandimanne Jone bonda Hallzsyne herra kongsens sýslu ok umbod hier med ydur skal hann í ollum hlutum suo framfara ok fullmegtugur blífa eignast ok fyrir sitt ómak af hafa sem gomul sýslubref útuísa ok innehallda. Þuí bidium uier ydur alla ok sierhueria ad styrkia greindan Jon Hallzson til goda suo at sancte Olafs laugmal megi framganga sem til ber. Saumuleidis hofum uær biifalat honum kóngs eigner Skóga ok Skógaeigner. Mörk ok Merkur eigner þar med allar kóngsens iarder ok iardar parta sem liggia í fyrr-

---

& nostra amice salutamus. Notum vobis esto, dilecti, qvod, cum post mortem & obitum Serenissimi Principis Friderici Norvegiæ, Daniæ, &c. Regis, cujus animæ Deus propitius esto, Venerabilis Dominus & in Deo pater, Dominus Olaus Archiepiscopus Thrandheimensis, una cum reliqvo regni Norvegiæ Senatu, omnes coronæ & regii imperii in hujus insulæ diœcesi Skalholltensi reditus, præturas, ac reliqva, ex legibus & consvetudinibus antiqvis conferendas nobis concesserit & demandaverit, honesto & frugi viro Jonæ Colono filio Halli Domini Regis mandatum & præturam intra dictos apud vos terminos contulimus & demandavimus, ita ut in omnibus se gerat, plena authoritate præditus sit, & pro labore mercedem recipiat, ut antiqvæ literæ Præturam in dictis terminis conferentes testantur. Qvare vos omnes & singulos rogamus, ut dicto Jonæ Halli opem feratis, ita ut (*) Sancti Olai leges pro debito obtineant. Illi etiam prædia regia Skoga & Skogaeigner, Mörk & Merkureigner, ut & omnes villas & partes villarum regiarum intra dictos terminos

(*) *Solennis hæc Augmundo erat formula, quando Regibus Danicis vel puriori religioni obniti conabatur, leges vero Islandicas vel alia solida argumenta allegare in promtu non erat; Sanctus Olaus nullas leges, quæ ætatem tulerunt, Islandiæ, quæ ei nec subjecta erat, dedit. Hæ autem allegatæ Sancti Olai leges, erant tantummodo arbitrium Archiepiscopi, & dogmata hierarchica, qvibus in legibus Islandicis frustra, tantum, ac Præsul voluit, patrocinium quærebatur, qvin & leges Sancti Olai, si quæ tunc exstitere, æque ac Islandicæ, Regi Christiano Tertio, Friderici Primi filio legitimo & natu maximo, successionem regni Norvegiæ adjudicavere.*

í fyrrgreindu takmarke. Skal þessi vor skipan standa til næsta Oxarár-þings. Ok til sanninda hier um þryckium vier vort insigli fyrir þetta syslubref huert er skrifat uar á Eyrarbacka infra octauas beate marie uirginis anno Domini M.D.XXX.IIII.

Litr. E.

(e) Pad medkennunzt ec Claues van der Merwytze fouiti yfer allt Island med þessu minu opnu brefi ad uerduger herra í Gudi biskup Augmund í Skálhollte hefer stadit mier greiniligann reikningskap af sýslunum, skauttum ok sýslugiaulldum sem fullu anno M.D.XXX.VII. Þuí bifala ec hans nád ad hann gefi syslumaunnunum sína kuittan þessa sama árs.

So ok ad hans nád hit bezta til siáe. ok kuittan gefi fyrer þau sakferli sem urdu þann tíd Dyrik uan Bramstedi war fouiti. ok standi Dyryk uan Mynden þar reikningskap af. Ok til sannenda hier um &c.

Cap. VII.

De Christiano III.

§. I.

Anno restitutæ salutis humanæ 1504 d. 12 Aug. in arce Gottorpiana, insigni illi salutaris doctrinæ & Ecclesiæ Danicæ Reformatori *Christiano*

---

terminos sitas, demandavimus. Hæc nostra constitutio ad proxima comitia Öxaraënsia valebit. In qvorum testimonium nos sigillum nostrum his literis præturam conferentibus apprimimus, scriptis in Eyrarbacka, infra octavas beatæ Mariæ Virginis anno Domini millesimo qvingentesimo tricesimo qvarto.

(e) *Id est:* Ego Claudius de Merwytze, Qvæstor totius Islandiæ, his meis literis patentibus notum facio, qvod Venerabilis in Deo Episcopus Augmundus Skalholltensis præturarum, tributorum & earum redituum anno millesimo qvingentesimo tricesimo septimo erogandorum rationes mihi reddiderit, qvare gratiæ ejus mandatum edo, ut Prætoribus pro dicto anno apochas suas impertiatur, & ut gratia ejus operam navet, ut apochæ pro mulctis, qvæ tempore Dieterici Bramstedensis Qvæstoris solvendæ erant, edantur, qvarum rationes Dietericus de Mynden reddat. In qvorum testimonium &c.

stiano III. hanc lucem videre contigit; qvem pater adolescentem in aulam avunculi sui Electoris Brandenburgensis educandum & informandum misit; ubi, licet Elector Catholicæ Religionis tenacissimus cultor & tutor, Lutheranæ vero infensissimus hostis & persecutor esset, tantum tamen ejus gustum & cognitionem imbibit, ut ab illa aversus, in hanc autem propensus fieri inciperet. Paucos juventutis nævos adulta ætate ita correxit & emendavit, ut parem vix unqvam mortales habuerint Regem; Nam non tantum regendo & præcipiendo, sed veræ pietatis, justitiæ, veritatis, fidei, castitatis, omniumqve virtutum exemplis, subditos ad eundem virtutum cultum & debitam Deo obedientiam flexit. Anno ætatis 21. Principem Lavemburgicam nomine Dorotheam 15 annos natam, thori sociam sibi adscivit. Anno 1534 Ducatum Holsatiæ & Slesvicæ contra Lubecenses eorumqve fæderatos fortissime defendit. Eodem etiam anno tantum non nolenti, & minime affectanti, a Nobilitate Danica Regnum & Corona offertur, qvam accipiens, gravissimum cum Christophoro Oldenburgico, Lubecensibus, & clero Danico suscepit bellum, qvod integrum paulo plus annum duravit. Tandem autem, cum Regnorum Metropolis Hafnia victori se dederet, cum summa Christiani gloria, hostium vero dedecore finitum. Anno 1536 uno die, omnes Catholicos Episcopos captivos ducendo & carceri includendo, Pontificiam Religionem in Dania sustulit, Lutheranam autem sine cæde & sangvine introduxit; moxqve Lutherano more & ceremoniis cum Regina Coronam solenniter suscepit. Abrogatis itaqve Pontificiorum antiqvis Episcopis, novos substituit Superintendentes, & cuiqve diœcesi suum attribuit Præfectum, qvi una cum Superintendente, Cleri, Templorum, Scholarum, Nosocomiorum, Viduarum & Pauperum supremam inspectionem & curam agerent. Anno 1539 in urbe Fioniæ Othinia concilium Nationale habens, fundationem Academiæ Hafniensis & Ordinationem Ecclesiasticam edidit. Anno 1550 Sancta Biblia in sermonem Danicum translata edidit; sed seqventi anno Religionem Lutheranam in Islandiam penitus introduxit, Catholicam vero eliminavit; opus qvod anno 1540 inchoaverat, sed jam demum perfecit, qvo etiam anno Islandi homagium ei solverunt. Post multa vereqve magna Regnis & Ecclesiæ utilissima gesta & Instituta, Christianissimum Regem mors non incautum oppressit, sed ad eandem dudum probeqve paratum; nam paulo ante, ut qvidam volunt, a cælesti Legato annun-

ciata, anno 1559 ipsis Calendis Januarii ex hoc mundo in beatam æternitatem introduxit, cum vixisset annos 55, Regnis autem 24 præfuisset.

§. 2.

Edicta & Rescripta Islandis plurima misit, qvorum præcipua sunt: 1) Introductio Ordinationis Ecclesiasticæ, Dat. Hafniæ die 2 Septembris 1537 (a). 2) De Novo Testamento per Oddum Gottskalki in lingvam Islandicam translato, anno 1539 (b). 3) Gissuri Enaridæ Episcopi Skalholtensis electionis confirmatio. Dat. Gottorpii die Lunæ proximo post Dominicam Judica, anno 1540 (c). 4) Ad eundem de negotiis a Hvitfeldio in Islandia expediendis, anno 1541 (d). 5) Ad eundem mandatum ut Hafniam trajiciat, anno 1541 (e). 6) Ad Islandos de tributo persolvendo, anno 1541 (f). 7) Ad Abbatem Helgafellensem & monachos Videyenses, ut scholas, seu lingvæ latinæ seminaria suis in cœnobiis instituant, anno 1542 (g). 8) Abrogatio hujus constitutionis, qvod ad cœnobium Videyense spectat, anno 1542 (h). 9) Ad Abbatem Thyckvabajensem, Priorem Skridensem, & Abbatissam Kyrkiubajensem, ut juventutis in legendo & scribendo instituendæ gratia scholas instituant, anno 1542 (i). 10) Edictum, qvo Gissurus Episcopus nominum, a suo prædecessore

---

(a) Hæc Prologi instar ipsi *Ordinationi ecclesiasticæ* impressa est præfixa.

(b) Hoc Privilegium impressum est cum dicto libro Roskildiæ anno 1540, ut & in Summe Venerabilis *HARBOE Islandske Reformations Historie* in *Kiöbenhavnske Selskabs Skrifter* Tom. 5. pag. 237.

(c) Vid. ibid. pag. 240 & *Danske Magazin* Tom. 3. pag. 350.

(d) Vid. ibid. pag. 351.

(e) Vid. ad finem hujus Cap. Litr. A.

(f) Vid. loc. citat. Litr. B.

(g) Vid. Summe Venerab. *HARBOE Disqvisitionem*, supra laudatam, in *Kiöbenhavnske Selskabs Skrifter* Tom. 5. pag. 273.

(h) Hanc ex *libro GISSURI* Episcopi *memoriali*, qvi inter Codices Manuscr. Bibliothecæ Magnæanæ sub No. 266 in Fol. existit, exscriptam exhibebimus ad finem hujus Capitis Litr. C.

(i) Vid. *Kiöbenhavnske Selskabs Skrifter* Tom. 5. pag. 271.

deceſſore contractorum, ſolvendorum abſolvitur, anno 1542 (a). 11) De ſacerdotum Islandorum ſalario & ſuſtentatione, anno 1542 (b). 12) Ad Clerum Islandiæ de Miſſis, inferiis, vigiliis, & id genus aliis eliminandis, ſed doctrina catechetica introducenda, anno 1542 (c). 13) De ornamentis & clenodiis templi Skalholtenſis, anno 1542 (d). 14) Literæ tutelares Davidi Gudmundino conceſſæ, anno 1542 (e). 15) De mercatorum peregrinorum in Islandia hyematione interdicta. Dat. Havniæ die 25 Decembr. anno 1542. 16) De prædio Biarnanes & circumjacentibus villis, anno 1545 (f). 17) De conjugiis ſacerdotum, & ex iis natorum in parentum bona legitima ſucceſſione, anno 1545 (g). 18) Literæ qvibus Magiſtratui Civitatis Havnienſis omnes reditus Islandiæ conferuntur, anno 1547 (h). 19) Ad Epiſcopum Jonam Arii, ut Regi ſe præſentem ſiſtat, anno 1548 (i). 20) Literæ tutelares datæ clero diœceſeos Skalholtinæ, anno 1549 (k). 21) Ad Clerum Islandicum, de Epiſcopo Jona Arii filio, qvod ei, tanqvam exuli, perduelli, & capite

(a) Vid. ad finem hujus Capitis Litr. D, ex nuper laudato *libro memorali* exſcriptum.

(b) Vid. *Kiöbenhavnſke Selſkabs Skrifter* Tom. 5. pag. 277. qvo Satrapa inſulæ & Giſſurus Epiſcopus jubentur, inito conſilio proſpiciant, ut parochi ſat redituum, qvibus ſe ſuſtentent, loco emolumentorum, qvæ iis de inferiis, miſſis, & ſimilibus cedebant, accipiant, & ut ſacerdotes tributum fœnarium, decimas templi, ubi hæc ipſa non indigent, & mortalia, retineant; Interdictum tandem additur, ne Satrapæ clericis onera vel irrogationes imponant.

(c) Vid. loc. cit. Tom. 5. pag. 274.

(d) Vid. infra ad finem Capitis Litr. E. Ab hac diverſa eſt Apocha Chriſtophoro Hvitfeldio data, die Saturni proximo poſt feſtum Sancti Petri ad vincula, qvæ exhibetur in *Danſke Magazin* Tom. 3. pag. 351.

(e) Vide infra ad calcem hujus Cap. Litr. F.

(f) Vid. ibid. Litr. G.

(g) Vid. *Kiöbenhavnſke Selſkabs Skrifter*, Tom. 5. pag. 279.

(h) Cum hæ literæ actis Laurentii Mule & Chriſtiani Scribæ magnam adferant lucem, illas ad finem hujus Capitis ſub Litr. H. adferemus.

(i) Hoc etiam anno incolis diœceſeos Holanæ interdictum, ut ei obedientiam præſtent vel opem ferant. Vid. S. V. *HARBOE Afhandling om Reformationen i Island* in *Kiöbenhavnſke Selſkabs Skrifter* Tom. 7. pag. 7.

(k) Vid. loc. cit. Tom. 7. pag. 18.

censo nulla obedientia sit præstanda, anno 1549 (a). 22) Aliud Rescriptum ejusdem argumenti ad Nomophylaces Prætores & plebem Islandicam, anno 1549. 23) Ad Davidem Gudmundi, ut Jonam Arii, si fieri potest, captivum ducat, anno 1549 (b). 24) Aliud ad eundem & Petrum Einari ejusdem argumenti, anno 1550 (c). 25) Ad Clerum Holanum ut obedientiam Jonæ Arii renuncient, & alium in ejus locum eligant, anno 1550 (d). 26) Ad omnes Islandiæ incolas admonitio, ut debitam obedientiam præstent, & de sigillo publico, anno 1550 (e). 27) Mandatum de schola in monasterio Helgafellensi instituenda, anno 1550 (f). 28) De hyematione mercatorum Hamburgensium in Islandia, eorum piscatura, & injuria incolis ab iis illata. Flenopoli, feria qvinta post Dominicam Lætare, anno 1550. 29) Ad Davidem Gudmundi ut Jonam Arii captivum

---

(a) Vid. ibidem pag. 21.

(b) Vid. ad finem hujus Capitis Litr. I.

(c) Vid. Summe Venerab. *HARBOE-Disqvisitionem* sæpius laudatam & laudandam, in *Kiøbenhavnske Selskabs Skrifter* Tom. 7. pag. 63. Celeberrimus *A. MAGNÆUS* scriptum reliqvit, qvod hujus Rescripti Originale, subscriptum Regis propria manu, cujus dorso, ut ipse loqvitur, impressum fuit Regis sigillum, viderit, qvod David sua manu ita notaverat " Mins Herra Kongsens Fyrsta Bref. " Id est: *Domini mei Regis Epistola prima*, unde suspicatur vir eruditissimus, priores Regis literas, Datas 1549 sub Litr. I. a nobis exhibitas, a posteris Davidis fictas fuisse. Sed nescio qvomodo hæc Summi viri conjectura cum ipsus Davidis Verbis in ejus *Apologia*, de mandatis Regiis & Episcopi comprehensione loqventis, conciliari qveant, ubi dicit; *Qvod fide erga clementissimum Dominum & Regem, juxta transmissas in patriam proxime elapso triennio literas, me fecisse existimo.* Triennum autem illud fuerunt anni 1549-50-51. Nam post annum 1551 nullæ de tali re in Islandiam transmissæ fuerunt literæ. Certum est etiam Davidem anno 1548 Regi aliqvid de Episcopo scripsisse; Suarum enim literarum mentionem facit in Epistola ad Laurentium Mule data 1547, ubi rogat, ut commendet Regi sua negotia, de qvibus scripserit, & Petro Einari perferenda tradiderit, qvod etiam eum 1548 fecisse, cum jam ab Episcopo graviter & hostiliter fuerit impetitus, & responsum tandem anno 1549 accepisse, valde est verisimile.

(d) Vid. loc. cit. pag. 38.

(e) Vid. ad finem Cap. Litr. K. Hoc edictum exscriptum est ex Indicibus Cancellariæ Danicæ, (*Tegnelse over alle Landene* No. 3. Fol. 127. B.), qvos notissimo in omne literarum genus, Consiliarii Regii a Conferentiis, & prædictæ Cancellariæ Præfecti primarii, Illustriss. *LUXDORPHII* favore, inspicere datum est.

(f) Vid. ibidem Litr. L. ex dictis Indicibus No. 3. Fol. 128 exscriptum.

vum ducendo Legatis Regiis ſubveniat, anno 1551 (a). 30) Ad Magnates qvosdam Islandiæ ſimilis argumenti, anno 1551 (b). 31) Olai Hialtidæ reſtitutio ad parœciam Laufaſenſem, unde Jonas Arii eum expulerat, anno 1551 (c). 32) Jus militare, copiis in Islandiam miſſis, ſcriptum anno 1551 (d). 33) Inſtructio Ottoni Stigoti data, anno 1551 (e). 34) Confirmatio Privilegiorum nobilitatis Eggerto Johannis conceſſa 1551 (f). 35) Ad omnes incolas diœceſeos Holenſis de obedienta Legatis Regiis, & homagio Regi, præſtando, anno 1551 (g). 36) Literæ ſimilis argumenti ad incolas diœceſeos Skalholtenſis de Ottone Stigoti ſpecialiter agentes, anno 1551 (h). 37) Inſtructio Legatorum Regiorum anno 1551 in Islandiam miſſorum (i). 38) De tribus diebus ſupplicationum & Litaniarum celebrandis anno 1551 (k). 39) De legitima liberorum ſacerdotum in Islandia ſucceſſione in bona parentum, anno 1551 (l). 40) Ad Eggertum Johannis ut Paulo Hvitfeldio in negotiis ab hoc gerendis ſubveniat, anno

 1552

(a) Vid *Kiöbenhavnſke Selſkabs Skrifter* Tom. 7. pag. 87.

(b) Vid. ad finem hujus Capitis Litr. M. ex laudatis Indicibus No. 3. Fol. 318. b.

(c) Vid. *Kiöbenhavnſke Selſkabs Skrifter* Tom. 7. pag. 82.

(d) Articulis triginta tribus conſtat, & ſub titulo: *See-Artickel als den Schiffsfolck und Krigsleuten gegeben nach Iſslandt abgefertigt*, in laudatis indicibus No. 3. fol. 319. b. ſqq. ut & tres literæ ſalvi conductus (*Söebreff*) huic expeditioni ſcriptæ ibidem fol. 331. ſq. exſtant.

(e) Vid. *Kiöbenhavnſke Selſkabs Skrifter* Tom. 7. pag. 84. Cujus præcipua momenta ſunt, ut (α) centum vel pluribus militibus ſtipatus Jonam Epiſcopum, ejusqve filios & aſſeclas perſeqvatur & capiat. (β) Plebem in diœceſi Skalholtenſi ad obſeqvium redactam, homagium præſtare curet. (γ) Martinum vinculis ereptum diœceſi reſtituat, qvod ſi fieri non poſſet, alium virum honeſtum in dictæ diœceſeos Superintendentem eligi curet. (δ) Pro rerum ſtatu, vel ſufficienti militum numero ſtipatus in Islandia hyemet, vel, ſi id opus non videatur, vicario ibi relicto, Havniam repetat.

(f) Vid. infra Litr. N. ex ſupra laudatis *Indicibus* No. 3. fol. 372.

(g) Vid. *Kiöbenhavnſke Selſkabs Skrifter* Tom. 7. pag. 88.

(h) Vid. ibid. Litr. O. ex iiſdem *Indicibus* fol. 330.

(i) Vid. ibid. Litr. P. ex dictis Indicibus fol. 333.

(k) Vid. ibid. Litr. Q. ex iiſdem fol. 421. b.

(l) Vid. infra Litr. R. Verſio ejusdem Islandica habetur ad calcem Legum Islandicarum *Jonsbok*, Edit. 1707. pag. 478.

1552 (a). 41) Ad universos Islandiæ incolas, ut Paulo Hvitfeldio & Eggerto Johannis opem ferant ad pœnam de homicidis Christiani Scribæ sumendam, anno 1552 (b). 42) De piscatura ad Islandiæ litora exteris interdicta, anno 1552 (c). 43) Ad Petrum Palladium de institutione scholarum in Islandia, anno 1552 (d). 44) Ad universos Islandiæ incolas de obedientia Eggerto Johannis præstanda, anno 1552 (e). 45) Ad Davidem Gudmundi de interfectoribus Christiani Scribæ persequendis, anno 1552 (f). 46) Instructio Paulo Hvitfeldio data, anno 1552 (g). 47) Pactum cum Magistratu Havniensi de reditibus Islandiæ initum, anno 1552 (h). 48) Literæ qvibus iisdem reditus de insulis Vestmannaeyar conceduntur, anno 1552 (i). 49) Diploma, qvo Episcopo Martino reditus cathedræ Skalholtensis conceduntur, anno 1552 (k). 50) Instructio Ivaro Jani data, anno 1552 (l). 51) Instructio Olao Calips data, anno 1553 (m). 52) Ad Episcopum Martinum Einari de bonis templi Skalholtensis, anno 1553 (n). 53) Mandatum Paulo Hvitfeldio datum, ut cum interfectoribus Christiani Scribæ transigere ei liceat, anno 1553 (o). 54) Literæ ad Rectores scholarum, Skalholtensis & Holensis, de eorundem

(a) Vid. ad finem hujus Cap. Litr. S.

(b) Vid. ibid. Litr. T.

(c) Danice *doggerii.* Dat. Drottningborg, festo Sancti Gregorii Papæ.

(d) Vid. ad finem Capitis Litr. U. ex *Indicibus* Cancellariæ Danicæ No. 4. fol. 48. a.

(e) Vid. ibid. Litr. X. ex iisdem fol. 49. a.

(f) Vid. ibid. Litr. Y. ex originali.

(g) Vid. ibid. Litr. Z.

(h) Vid. ibid. Litr. AA. Hoc & præcedens Diploma exscriptum est ex laudatis *Indicibus* No. 4. fol. 52. 175.

(i) Qvas ad finem Capitis exhibebimus sub Litr. BB.

(k) Vid. ad finem Capitis sub Litr. CC.

(l) Dat. Havniæ, festo Sancti Michaelis. Convenit plane cum seqventi, nisi qvod in Instructione Ivaro data articulus de cadastro templorum conficiendo non occurrat.

(m) Vid. ad finem hujus Capitis Litr. DD.

(n) Vid. ibid. Litr. EE. Hoc & præcedens diploma exscriptum est ex dictis *Indicibus* No. 4. fol. 227. 234.

(o) Vid. ad finem Capitis Litr. FF.

eorundem salario, anno 1553 (a). 56) Ad omnes Islandiæ incolas ut Paulum Hvitfeldium Præfectum recipiant, anno 1553 (b). 57) Sententia de prædio Stadarhcl dicta anno 1554 (c). 58) Ad utrumqve Islandiæ Episcopum de jure asyli templorum cathedralium & scholis, anno 1554 (d). 59) Mandatum ut Episcopus Martinus Havniam trajiciat, anno 1554 (e). 60) Ad universos Islandiæ incolas de obedientia Paulo Hvitfeldio & Canuto Stenonis præstanda, anno 1554 (f). 61) Ad Davidem Gudmundi, de vi Nicolao Biörni illata, anno 1555 (g). 62) Instructio Canuto Stenonis data, & ut de certis negotiis consultationem ineant Episcopi aliiqve proceres, mandatum, anno 1555 (h). 63) Decisio litis hæredum Biörni Godwinidæ & Biörni Thorlevidæ de horum familia hercíscunda, anno 1555 (i). 64) Venia officio cedendi Martino Episcopo data anno 1556 (k). 65) Instructio Canuto Stenonis data, sive supra memoratæ consultationis (*Bessastada sumþykt*) in qvibusdam confirmatio, in qvibusdam articulis mutatio, anno 1556 (l). 66) Edictum ne prædia templorum

---

(a) Vid. ibid. Litr. GG. HH.

(b) Vid. ibid. Litr. II. Qvatuor hæc Rescripta ex Regesto Cancellariæ Danicæ dicto: *Register over alle Landene* No. 6. fol. 593. sqq. desumta sunt.

(c) Vid. loc. cit. Litr. KK.

(d) Vid. ibid. Litr. LL.

(e) Vid. ibid. Litr. MM. Tria hæc Rescripta ex laudatis supra *Indicibus* No. 4. fol. 368. 383. 389. exscripta sunt.

(f) Vid. ad finem Capitis Litr. NN. ex *Regesto* supra laudato No. 6. fol. 601.

(g) Vid. ibid. Litr. OO. Simul & eodem die scriptæ sunt literæ ad Canutum Stenonis, ut Nicolao opem ferat, qva jure cum Davide agere possit, & præturam Borgfiordensem dicto Nicolao conferat, aliæ qvoqve literæ jubent ut Canutus Stenonis Thorolfo Egilli jus dici curet de prædiis Eingey, Berunes & pluribus.

(h) Vid. ibid. Litr. PP. Hæc & præcedens Rescriptum ex *Tegnelse over alle Landene* No. 4. fol. 514. 528. desumta sunt. Simul & eodem anno feria septima post Dominicam Oculi literæ ad Canutum Stenonis exstant, qvibus hæc negotia & Instructionem, in comitiis universalibus promulgare, & pelles vulpinas comparare jubetur. Ille etiam ultra centum tales pelles ærario regio eodem anno intulit.

(i) Vid. ad finem Capitis Litr. QQ. *Register over alle Landene* No. 6. fol. 603.

(k) Vid. ibid. Litr. RR. ex supra laudatis *Indicibus* No. 5. fol. 39. b.

(l) Vid. ad finem hujus Capitis Litr. SS.

plorum abalienentur, anno 1556 (a). 67) Literæ qvibus Gislao Jonæ episcopatus Skalholtensis confertur, anno 1558 (b). 68) Aliæ qvibus eidem qvatuor toparchiarum decimæ conceduntur, anno 1558 (c). 69) De mulcta pro incestibus Davidis Gudmundini irroganda, anno 1558 (d). Hæc fere sunt publicum commodum & ecclesiæ emolumentum concernentia optimi Regis edicta, qvæ nobis videre contigit, reliqva vero qvæ mere gratiosa sunt, in tanta copia libenter præterimus, inter qvæ tamen aggratiatio Christinæ filiæ Ejulfi de anno 1551 præ cæteris hic sibi locum postulat (e).

§. 3.

Anno 1536 (f) *Claudius de Mervitzen* Islandiæ Satrapa factus est, vir neqvam, qvi statim in incolas vi & sceleribus grassari cœpit, ita ut graves de eo qverimonias ad Regem emitterent, qvas ille, non tantum diluit, sed etiam aulicorum qvorundam gratia adjutus, Regium diploma, aut emendicavit, aut ementitus est (g), qvo ei Videyense Cœnobium cum suis

---

(a) Vid. ibid. Litr. TT. Qvod, ut & proxime præcedens, ex *Regesto* supra laudato No. 6. fol. 604. 606. desumtum est.

(b) Vid. ad finem hujusce Capitis Litr. UU. ex *Indicibus* Cancellariæ Danicæ No. 5. fol 336. a.

(c) Vid. ad calcem Capitis Litr. XX.

(d) Vid. ibid. Litr. YY. Hæ binæ Literæ ex *Register over alle Landene* No. 6. fol. 629. exscriptæ sunt.

(e) Literæ istæ, ex *Tegnelse over alle Landene* No. 3. fol. 334. desumtæ, ad finem hujus Capitis Litr. ZZ. exhibentur.

(f) In computandis annis Præfecturæ Mervitzianæ non bene conveniunt Authores. *Skardsaaënsis* vult qvod ille anno 1535 in Islandiam venerit, sed id Concluso comitiorum supra pag. 268. allato repugnat; nec ille munia Satrapæ ante annum 1537 exercuisse videtur. Conf. supra pag. 278. Qvid? qvod *Regestum* Cancellariæ Regiæ ab anno 1480 ad 1550 expressis verbis dicit: " Claus von Maruitz fick Fölgebreff thill " Islannd cum clausulis consvetis. Actum Hadersleff Juledag Anno 1536. "

(g) Diploma qvod protulit, aut arte aliqva emendicatum, aut, qvod verius esse puto, omnino ementitum fuisse, verosimile faciunt; (α) Vitiatio anni. (β) Non adscriptum nomen Regis, qvod licet non exemplis careat, in tali tamen causa vix est credibile.

suis proventibus concedebatur, qvod si exstiterit, diu celavit & clam Episcopo habuit; sed anno demum 1539 ipso Pentecostes festo per Mynden-

---

bile. (γ) Qvod illud tamdiu celavit. (δ) Qvod clam Episcopo & tam improbe, omnia fecerit, nam si veritatem a sua parte habuisset, statim in dicasterio anno 1538 id publicare debuisset; Qvæ omnia ex *GISSURI* Episcopi in *libro Memoriali* hac de re notatis lucem fœnerantur, ita enim ille:

Ut gratiosissimi Domini Regis voluntatem & vera mandata sciamus, & ne literis suppositiis fallamur, Regia Majestas promisit, propria manu se literas in hanc terram mittendas subscripturum, qvod & dicasterio generali in comitiis universalibus notum feci, & Claudium de Mervitz oblique insimulavi, ejus & asseclarum tempore, nos litteris, qvarum autoritate cœnobium Videyense retinuit, deceptos fuisse; qvod ita demonstratum volo: Cum scilicet Episcopum Augmundum Reykis in Olvesi prima vice convenit, & litteras Regias & mandata reddiderat & absolverat, nullas se plures habere, ab Episcopo Augmundo interrogatus, asseruit, & illas qvas de Videya postmodum in foro produxit, celavit, cœnobium autem tam proditiose, ut omnibus notum est, & sententiæ postea latæ monstrant, occupavit; In clausis qvidem suis literis exemplum mandati, qvod de Videya habere præ se tulit, Augmundo Episcopo misit, ubi verbotenus omnia non ita perscripta fuere, ac esse debuit, & literæ sigillo munitæ sonabant. Cum autem literas istas sigillo munitas in foro postmodum legerem, Datum, ut appellant, sive tempus qvo literæ editæ fuerunt, manifeste erasum erat, tempus autem qvo edebantur, ni fallor, fuit anno 1536, cujus loco scriptum fuit 1538, manu Diderici van Mynden qvam probe nosco, qvæqve scriptura in totum dissimilis fuit ei qva literæ exaratæ erant. Hic observandum est, qvod ubi *GISSURUS* de colloqvio Mervitzii loqvitur, in margine scribit "*Anno 1539*" qvo nullas se literas habere Mervitzius professus est, sed paulo post exemplum literarum a se scriptum misit, qvod cum obsignatis illis, id est originalibus, qvas *postmodum*, id est, anno ut videtur 1540 produxit, non consonabat. Hinc concludi posset, nullas omnino literas Mervitzium de monasterio Videyensi habuisse anno 1539, cum illud invaderet, sed ut jure agere videretur, formulam, qvalem tunc in Dania a Regibus concedi solere novit, exscripsisse, & Augmundo misisse, tandemqve Havniæ hyeme 1539-40 præsentem, diploma a Rege emendicasse, si non ementitum esse, qvod in comitiis generalibus anni 1540 produxerit, annum tamen vitiasse, ut dolus lateret. Qvæ conjectura verosimilis fit, tam ex præcedenti Gissuri relatione, qvam laudato nuper *Regesto*, qvod Fol. 146. a. ita habet: "Claus Maruidz fick Fölgebreff thil menige Bönder, som "ligge thil Huidöe Closter, dog saa at hand skal besörge Abbeden oc menige Brö- "dre der inde ere med dieris Wnderholling thil Kleder, Madt oc Öll. Actum Haff- "niæ Anno 1539." Ubi notandum, qvod proxime præcedens diploma in dicto Regesto sit de eodem loco & anno, die Sancti Matthæi. Mervitzius autem cœnobium Videyense die pentecostes invasit.

Myndensem illud insidiose invasit & spoliavit, domesticos vero male tractavit; magnisqve affecit injuriis, eodemqve anno cum Myndensis Skalholti cum asseclis cæsus esset, Ogmundum Episcopum, insontem & hujus sceleris vacuum, qvasi ejus jussu factum esset, apud Regem diffamavit, tantamqve optimo Regi suis calumniis bilem movit, ut, ni Hamburgenses intercessissent, exercitum in Islandiam ad ulciscendum hoc nefas misisset (a); sed cum Ogmundus in dicasterio universali anno 1540 se ab hoc crimine purgasset, Mervitzius, Arii Nomophylacis sententia pro

---

(a) Qvanta in Islandos, ob Myndensis & assectarum cædem, ira Rex a Mervitzio incitatus fuerit, ex seqventi patet documento:

Excerptum ex Germanico inter chartas RESENII (inqvit *A. MAGNÆUS*).

" 1541 Fredagen efter Matthiæ Apostoli (ɔ: 25 Febr.) fra Kiöbenhavn, skriver Kong Christian til de udi Hamborg, ladende dennem viide, at Hand ved nærværende deres Bud, haver bekommet deres Skrivelse, hvorinde de andrage, at nogle Indbyggere udi Hamborg, Kiöbmænd og Skippere, som have deres Seiglatz og Handel paa Island, haver dennem forebragt og sig beklaget, hvorledes Kongen var til Sinds, at sende Hans Foget paa Island, Claus von der Marvitz med nogle Skibe og Folk der hen (til Island) til Foraaret, til at straffe dem, som Hans (Fogedes) Folk og Tienere der have ihielslaget, hvorudover deres (Hamborgernes) Folk, ikke allene skulde lide Skade paa deres sædvanlige Handel og Næring, men end og paa deres udstaaende Skyld, og begiære at Kongen her med vilde i naade indeholde, og ikke anderledes med Islænderne herudinden lade forfare, end efter Lov og Rett, paa det deres (Hamborgernes) Borgere og Indbyggere, ikke skulde paa deres Handel eller udstaaende Gield lide Skade, med videre deres Breves Indehold, tillige med indlagde (Hamborgeres) Supplication, og Indbyggernes paa Island deres Brev. Svarer nu Kongen derpaa, at Hand vel haver lovet Hans Foged ved hans sidste igienkomst, da hand Kongen demonstrerede hvor elendig hans Tienere vare medhandlede og uden Skyld og Bröde ombragte, ikke at lade sligt ustraffet, og da vel var til Sinds, saadanne med Alvorlighed at lade straffe; mens nu, formedelst deris (Hamborgernis) Forbön, at deris Folk ikke derover skal geraade i Skade paa deres Næring og udstaaende Gield, haver Kongen taget Sagen i betænkende, og vil nu ikke forfare imod de Skyldige med saadanne Strænghed, som Hand tilforen hafde sat sig fore. Ikke dess mindre vil Hand skikke derhen nogle af Hans Folk, som udi Norsk Lov kyndige ere, med Befalinge at procedere imod samme Islands Indbyggere alleneste efter Lands Lov og Ret; Begiærer derfore og forlader sig til dennem (Hamborgerne) at de, deres Folk, som formedelst deris Handel derhen reise, alvorligen befale, at de Kongens Folk, efter deres Begiering, saavidt ret kand være, ere behielpelig, at samme Ondskab ikke skal blive ustraffet. "

pro tribunali dicta, infamia notatus fuit, & omnino ineptus judicatus, cui insulæ præfectura concrederetur, qvæ causa, ut & alia ejus facinora, anno 1541 in comitiis a Regio legato Christophoro Hvitfeldio denuo examinata fuit; sed, anno 1542 Flenopoli a Rege & Senatu, perfecte decisa, cujus sententia Mervitzius, infamia notatus, & æviterno carceri adjudicatus fuit, ex qvo, post unum in eo exactum annum, Senatus precibus liberatus est. Qvid, ut Islandiæ Satrapa, utile gesserit, nobis non innotuit, nisi qvod Constitutionem qvandam de erronibus, aliisqve injuste sese sustentantibus circa annum 1538 una cum Erlendo Nomophylace promulgavit.

§. 4.

Annis 1536 & seqventibus, scribit Skardsaaensis Annalium conditor *Dietericum Myndensem* Præfecturam Islandiæ obtinuisse, eandemqve ad annum 1539 gessisse; sed cum in his valde perplexus sit citatus Author, nos diplomata fide digna (a) secuti, statuimus Dietericum ab anno circiter 1529, vel 1530, ut mandatarium Satraparum Bessastadis hæsisse, omnibusqve bonis invisum, multis modis incolas pressisse. Anno 1539 monasteria Regi subjicere cœpit, initium faciens a Videyensi, qvod a Regia villa Bessastadis non longe dissitum, ipso Pentecostes festo absente Abbate ex improviso aggressus, domesticos partim fustibus contusos, partim sauciatos, fugavit, monasterium vero hoc modo occupatum, ad comitiorum usqve tempus retinuit. Hic cum Episcopus eum rogaret ut Documentum, qvo probaret, hocce, aliaqve sua facta, Regio Mandato & auctoritate fieri, si qvod haberet, promere vellet, maleferiatus mala tantum dedit responsa. Qvo successu inflatus, circa Nonas Augusti domo egreditur, & se 7 famulis stipatum totam Islandiam subjugaturum jactabundus, ad monasteria in Qvarta orientali sita, cursum instituit, sed unius diei iter progressus, dixit se Skalholtum haudqvaqvam præteriturum, eodemqve, contra qvod primo constituerat, iter flexit; Qvo ubi perventum est, cibo & potu cum suis ad libitum impletus, Episcopum ter qvaterve indignis verbis & scommatibus obruit; Qvi eum, ut discederet, humaniter

(a) Vid. supra pag. 265.

maniter monuit, cæcum & effœtum se, suos, si qvid inter eos & illum dissidii intercedere contingeret, compescere non valere, præbiturum autem discedenti qvicqvid opus haberet & rogare vellet: Qvibus Dietericus spretis, genio strenue indulsit, usqve dum armati qvidam, jussu Procuratoris cathedralis (non autem jubente Episcopo, ut qvidam volunt) in cænaculum irruunt, ipsumqve cum asseclis miserrime obtruncant; in qvo conflictu ex Dieterici anis 7 perierunt, postridie autem alii duo ad villam Hruna, qvi Skalholtum non venerant, pari letho affecti sunt. Facta est hæc laniena Skalholti ipso Laurentii Festo, anno 1539, de qva Jonas Biorni, Prætor Toparchiæ Arnesensis, convocatis qvibusdam optimatibus, duodecimvirale judicium instituit, qvi cognita causa, 1) qvod Ogmundo Episcopo 200 Rhenanos furto & raptu abstulisset, 2) qvod eidem 4 boves saginatos surripuisset, 3) qvod Episcopi & Cathedræ fundos in Grindavik violasset, ibidemqve domum ipsius ingratiis ædificasset, 4) qvod septem prædia Episcopo abstulisset, 5) qvod Episcopum infandis dictis proscidisset, Dietericum cum suis jure cæsum videri pro sententia dixerunt.

§. 5.

Cum ad aures Regis pervenit, qvam perverse multa in Islandia gererentur, ad eadem corrigenda opus esse vidit Viro magnæ auctoritatis & perspectæ prudentiæ, ut & antiqvæ virtutis & fidei, qvæ omnia in uno *Christophoro Hvitfeldio* Nobili Dano & Eqvite aurato, tunc temporis Præfecto arcis Steinvigsholm, concurrere videbantur. Hunc itaqve ad sedandos tumultus & expedienda negotia, amplissima præmunitum Instructione ablegat, & Islandiæ præfecit; Qvi anno 1541 medio vere portum Bessastadensem ingreditur, & accersito Gissuro Episcopo Regias tradit literas, datas feria 2 Paschatos eodem anno, qvibus injungitur Episcopo, ut Præfectum ore, opere & consilio adjuvet; Qvo facto, conventus indicitur Kopavogi habendus, ut ibidem Mandata Regia palam fiant, & qvantum fieri posset, executioni dentur: Qvo finito, nomine Regis rusticis indicitur, ut duodecim eqvos, qvibus farina & polenta, Skalholtum, inde vero vicissim butyrum, panni inqvilini (vadmal), & id genus mercimonia, vehantur, commodent; Qvi cum advenissent, duodecim

decim viris traduntur, qvi Hiallam Olvesensium advolant, ibiqve Ogmundum Episcopum Skalholtinum capiunt, & in triremem Regiam devehunt Cui primum Hvitfeldius sub promissione dimissionis, omnia sua mobilia aurum & argentum, moxqve omnes ejus fundos elicuit. Appropinqvante autem Comitiorum tempore, Præfectus ad ea proficiscitur, incolas, qvi ibidem præsentes erant, homagium Regi præstare adegit, aliaqve Regia Mandata magna gravitate & fide expedivit. Inter alia Davidi Gudmundino ab Ogmundo datas obligationes & apochas confirmavit & ratas esse jussit, Davidemqve cum omnibus suis in Regis singularem tutelam suscepit, ipsiqve anno seqvente literas ipsius Regis manu scriptas idem confirmantes transmisit. Cum Holensi autem Episcopo Jona Arii filio, qvi audito qvod cum Ogmundo gestum erat, in itinere ad Comitia primo Kalmanstungæ substiterat, & deinde re infecta domum reversus, per literas & nuntios egit; Tandemqve omnibus ex voto peractis, constituto in locum Arii Nomophylacis, qvi officio sponte abivit, Thorleifo Pauli, adjutoreqve ipsi dato Davide Gudmundi, & Præfecti vice Petro Enari, Ogmundum secum vehens Hafniam navigavit. Anno 1542 iterum in Islandia præsens fuit, tunc enim a Gissuro Episcopo calicem aureum accepit, aliosqve cathedræ Skalholtensis thesauros & nummos, ut testatur Regis apocha, data Dominica ante Presentationem Mariæ anno 1543. Num autem sæpius in Islandiam venerit, incertum est; Nam anno 1543 Petrus Enari ipsius vices egisse videtur, qvi judicium Nomophylacum Thorvardi Erlendi & Thorlevi Paulini de prædio Biarnanes, ejus loco confirmavit. Reliqva Viri fata & facta ex Historia Danica notissima sunt, scilicet, qvod anno 1532, cum Canuto Gyldenstiernio salvum conductum Christiani II. obsignavit, & 1535 Christiano III. de victoria qvam sui in Scania a Svecis & Lubecensibus reportarunt, annunciavit. Anno 1537, cum Ulfstandio in Norvegiam ad sedandos motus qvos Olaus Archiepiscopus excitaverat, missus fuit, in qva Legatione collega omnes Episcopos Norvegiæ in Daniam transportavit; ipse autem, subjecta Regi & in ejus verba jurare adacta universa Norvegia, ut Præfectus Arcis Steenvigsholm, ibidem remansisse videtur, ad annum 1540. Anno 1549 inter qvatuor Daniæ Nobilissimos, qvi Christianum II. Sönderburgo Callundburgum deduxerunt, conspicuus fuit. Præfecturam diu Bergensem, simulqve aliqvandiu adjunctam Færöarum, post Regni Daniæ Senator factus, Crucisoræ, & tandem

Gotlandiæ gessit, & tandem in arce Visby Gothlandiæ anno 1559 circa confinia mensium Octobris & Novembris, decessit.

§. 6.

Hvitfeldio in Præfectura Islandiæ successit anno 1544 *Otto Stigoti* (a); Eodem enim anno a Nomophylacibus Erlendo Thorvardi & Thorlevo Pauli judicium postulavit de peregrinorum mercatorum piscatoriis naviculis, qvas contra leges & Regia Edicta hic haberent, sed ad tegendam fallaciam incolas induxerant, ut aliqvam earum partem aut revera possiderent, aut sibi vindicarent; qvi talem pronunciaverunt sententiam; ut qvicqvid navicularum extranei hoc modo aut titulo possiderent, dimidium Regio fisco, dimidium autem Regio Præfecto cederet; Islandi autem qvod re vera possiderent, obtineant: qvam sententiam ut valde iniqvam, mercatores Regi detulerunt, utqve rescinderet postularunt, qvi eos ad Islandiæ leges & consvetudines remisit; unde Stigotus anno 1545 eos denuo in jus vocavit, & Constitutum obtinuit, ut omnes eorum cymbæ piscatoriæ, ex præscripto constitutionis Piningianæ, Regio fisco addictæ & publicatæ censerentur, qvæ tum temporis in Toparchia Kialnesensi 45 inventæ fuerunt. Eodem anno Stigotus Biörno Jonæ Episcopi filio tradidit Regis de Prædio Biarnanes & subjectis villis sententiam, qvam Rex secundum Jonam pronunciaverat, utrum 1546 in Islandiam venerit, dubium est & verosimilius negatur; sed 1547 ad diem Veneris ante festum Baptistæ adfuit, si genuinum est datum chirographi qvod Bessastadis Gissuro Episcopo dedit, in qvo testatur se ab eo accepisse 30 Joachimicos pro factis in Regium Rescriptum de conjugio Sacerdotum impensis: Liburnica vectus

---

(a) Nosterne Otto Stigoti unus idemqve sit ac ille, qvi sub Severino Nordby, Christiano II. in Scania militans 12000 Rusticos secum trahens, & Provinciam ferro flammaqve vastans, a Johanne Rantzovio 1525 fusus, fugatus, captusqve & neci destinatus fuit, sed proprio astu & aliorum intercessione ægre tandem evasit; Deinde autem anno 1532 Regio in Norvegia præfuit Exercitui, &, referente *UNDALINO* insignem illam bibliothecam Nidarosiensem non minus barbare qvam nefarie flammis dedit, qvi tandem anno 1534 Arci Neoburgicæ Præfectus fuit; nostrum non est disqvirere; id saltem scimus, qvod temporum rationes id minime prohibeant. Conf. *HVITFELD.* pag. 1380 & 1429. *HOLBERG.* Tom. 2. pag. 207. & *UNDALIN.* in *Descript. Norv.* pag. 90.

vectus alteraqve Subsidiaria comitatus, & ducentis armatorum stipatus, in Islandiam a Rege missus venit, qvo trium Qvartarum, australis scilicet, orientalis & occidentalis incolas in Comitiis universalibus ad præstandum Regi homagium denuo adegit; Idem enim ante decennium sub Hvitfeldio pleriqve prius fecerant, qvo aliisqve Regiis, qvæ in Mandatis habuit negotiis peractis, abiit.

§. 7.

Initio anni 1547 Rex omnes reditus & Regalia Islandiæ Magistratui Havniensi concessit, qvo ipso Præfectura Ottoni Stigoti ademta ad dictum Magistratum devoluta est, qvi illam tam Regis, qvam propria vice *Laurentio Mule* Civitatis ejusdem Senatori concessit, qvam & hic in annum usqve 1550 vel seqventem gessit, qvid autem egerit, non liqvet, nisi qvod cum Hamburgensium mercatoribus qvandam controversiam habuit, qvorum mercimonia confiscavit, de qvo legendum est Regis Edictum, datum Flenopoli, die lunæ post hebdomadem Paschatos 1551, in qvo Rex injunxisse & mandasse se profitetur, ut suus tum temporis in Islandia Præfectus Laurentius Mule, Episcopi Jonæ & filiorum molitionibus obviam eat, & si posset, eum captivum ducat; Sed in his seditionibus & negotiis mitius, imo negligentius se gesisse videtur, qyam temporum conditio reqvirebat, unde etiam contemptum contrariæ partis incurrit; Nam anno 1550 in Comitiis universalibus, cum Arius Episcopi filius pensiones ex Toparchia, cui præfuit, ipsi numeraret, easdem, seu nummos qvosdam, ita violento ictu in os ejus projecit, ut Præfecto ex naribus sangvis promanaret, scommatica addens dicta, ut eosdem deglutiret; ad qvod Mule ne hiscere qvidem ausus est, cum illi in promtu haberent 350 armatos, qvi ipsum, siqvid tentasset, adoriri parati erant (a). Similiter etiam paulo post, cum Præsul Skalholto Videyam moveret,

(a) Hac tempestate id agebat Rex, ut commercia regnorum a civitatibus Hanseaticis & aliis exteris ad suos subditos transferret, qvod Hamburgenses & reliqvos pessime ussit, unde nec mirum Aresonium ejusqve asseclas Regi refractarios communem cum his causam fecisse. Forsan & Aresonius Laurentium Mule Havniensium tantum vicarium æstimaverit, qvo fere titulo ipse qvoqve Rex eum appellare videtur in schedula Eskio Bille Eqviti, & Eskildo Oxe Qvæstori, missa, Dat. Drottningborg die Sancti Andreæ Apostoli anno 1551. Vid. infra ad finem Capitis Litr. AAA.

ret, Laurentius omnia hostis arbitrio relinqvens, fuga in navem, qvam paratam habuit, semet periculo subtraxit, & vela statim ventis dans in Daniam transnavigavit.

§. 8.

Ex Islandia discedens Laurentius Mule, reliqvit pro solito Præfectorum more Procuratorem nomine *Christianum Schrifer*, qvi a Scriptoribus communiter vocatur *Christianus Scriba* (a). Qvando in Islandiam venerit, aut Procuratoris officium acceperit, non liqvet, non tamen improbabile est, eum statim cum Laurentio huc venisse, constat enim ex ejus literis, datis ad Davidem Gudmundi die 3 natalitiorum anno 1549, qvod tum eandem hanc Spartam ornaverit. Anno 1550 cum David Gudmundi filius Jonam Arii & ejus filios cepisset & captivos secum Snoksdali detineret, Christianum extemplo de re gesta certiorem fecit, qvi sine mora advolans, Ormum Sturlæ Nomophylacem, cum 13 subacti consilii & spectatæ prudentiæ viris convocat, rogans qvid factu opus sit? Qvi unanimiter decernunt & judicant eos jure & ex Regio mandato captos esse; Regii autem Præfecti, & eo absente, ejus Procuratoris esse, eos ad proxima Comitia captivos, sed incolumes tenere. Qvo facto, Skalholtum eos devexit, ibidemqve novam de iis consul-

(a) Judices Snoksdalenses (vid. infra Sect. 4. cap. 7. §. 55.) expresse vocant eum Christianum Scriverium, qvasi id ei cognomen fuerit; alii autem id ei ut antiqvum officii nomen tribuunt; Qvidam vero amanuensem Consulum & Senatorum Hafniensium vocant; Ipse autem Rex vocat eum. " Oss Elskelig Raffgemester og Raadmands Tiener udi " Vor Stad Kiöbenhaffn," ut ex Litr. Y. infra patebit, qvæ officia qvomodo cum Procuratoris munere in Islandia gesto combinari aut conciliari qveant, non video; Dicendum itaqve aut talem aliqvando eum fuisse, & a Rege mortuum, honoris ergo & ad augendum facti invidiam prioris officii titulo ornari, aut Magistratus Havniensis, qvi anno 1547 reditus Islandiæ & mercaturam mille marcis; Lubecensibus in 10 annos conduxerat, ut ex codicillis Regiis datis hoc anno patet, mercaturæ inspectorem egisse, qvod non caret probabilitate, imprimis cum hac ætate cognomen *Schriffer* freqvens admodum fuerit, qvin Michaël Schriffer tunc temporis Prætor (Byfoget), post Consul (Borgemester), Havniensis erat, qvem Christianus cognatione forte contingebat. Christianum non ita timidum, excordem & nauci hominem fuisse, ut a qvibusdam Nostratium, præsertim Jonæ Arii cognatis & affeclis affirmatur & traditur, ostendunt ejus ad Davidem Gudmundi literæ datæ 1549, Sect. 4. cap. 7. §. 65. in qvibus haud parum fidei, judicii & animositatis præ se fert; sed nostrum non est ejus Apologetam agere.

consultationem iniit, ubi Christianus, ob multitudinem Holanæ diœceseos incolarum, qvi in Toparchia Kialnesensi (in qva sita est villa Regia Bessastadum) tempore hyemali, piscatione intenti se continere solent, sibi haud fidam, sed liberationi captivorum operam daturam, ulli eorum custodiendo semet imparem agnovit & palam professus est. Unde tandem (qvod qvidam Christiano, plures Martini Episcopi Procuratori Jonæ Biarni filio tribuunt) conclusum est, ut securi omnes percuterentur; qvod ibidem die 7 Novembr. executioni datum fuit. Abhinc Christianus domi se continuit, usqve ad initium Februarii, qvo tempore ad providendum, ut Regiæ naves piscatoriæ habilibus piscatoribus aliisqve necessariis instruerentur, iter in demandatam sibi provinciam, vulgo Sudurnes, suscepit, qvo delatus, & hospitio cum qvibusdam suorum in villa Kirkebol exceptus, ab iis, qvos tantopere timuerat, borealis Qvartæ incolis, aliisqve, qvi eorum partibus accesserant, qvorum numerum, qviminimum 30, qvi maximum 60, faciunt, invaditur, & cum filio ac 13 aliis misere obtruncatur, &, ne qvid contumeliæ genus deesset mortuis pudendo more illuditur. Qvod audiens Rex, ægerrime tulit, & severissime mandavit, ut homicidæ conqvirerentur, & pro meritis plecterentur; sed eorum qvidam hanc procellam providentes, in tempore fuga se in Angliam subduxerunt, qvidam vero vitam ab executoribus Regii Mandati pecunia redemerunt, adeo, ut ex toto hoc numero duos tantum securi percussos invenire liceat.

§. 9.

Tristibus ex Islandia, qvas anno 1550 Laurentius Mule aliiqve adtulerunt, relationibus excitatus justissimus & piissimus Rex, majoribus copiis & viris militiæ peritis opus esse putans, primo vere anni 1551 (a) *Ottonem Stigoti*, qvi ante sexennium Islandiæ Præfectus fuerat, una cum triremi & 200 militibus in diœcesin Skalholtensem, sed *Christophorum Trundsonium* de Epelholt & *Axelium Juel* de Vilstrup ad occupandum & subi-

(a) Doctiss. *ARNGRIMUS* in *Comment. de Island.* Fol. 82. hæc de Axelio Juel refert ad annum 1552, cum scribendum fuerit 1551. Eodem enim anno Axelius Juel hic præsens fuit, sed 1552 Islandiam nón vidit.

& subigendum diœcesin Holanam cum duabus rostratis navibus & 500 militibus ablegavit (a). Hi Islandiam ingressi, Martinum liberatum, rebelles vero capite plexos, nulloqve milite opus esse, omnia vero pacata invenerunt. Qvapropter Oddeyræ in Ejafiordo die Mercurii post Barnabæ, anno 1551, 24 virorum judicio, Præside Ormo Sturlæ filio occidentalis & borealis qvartæ Nomophylace, incolas in Regis verba jurare adegerunt, Jonam Arii filium cum duobus filiis rebelles & jure cæsos pronuntiarunt, omnia vero eorum bona Regio fisco adjudicarunt, qvibus peractis, sedem Episcopalem adierunt, indeqve calicem aureum & qvicqvid auferri potuit, secum sumserunt (b). Ex bonis proscriptorum liberis dimidiam partem mobilium reliqverunt, parentumqve donationes retinere permiserunt. Thorunnæ etiam Episcopi filiæ, qvæ tum vidua vixit, duo prædia ad dies vitæ concesserunt. Id in Axelio Juel laudatur, qvod 15 orbos & ephebos secum abduxerit, suisqve sumtibus sustentari, ut viri frugi fierent, effecit. Sub abitum Stigotius Petrum Einari filium, Martini Episcopi fratrem, Procuratorem Bessastadis, reliqvis consentientibus, præfecit.

§. 10.

Huc usqve suprema rerum Islandicarum inspectio penes vicarium Magistratus Havniensis erat, sed cum Majestas Regia, nec reditus tantos ac par erat acciperet (c), nec Havniensium tanta in Islandia esset authoritas, qvantam tempora exigebant (d), proprium Rex Satrapam Islandis anno 1552 misit *Paulum Hvitfeldium*, Christophori Hvitfeldii, qvi abhinc decennio Islandiæ Præfecturam gesserat, fratrem, virum magni nominis & expertæ fortitudinis; fratrem enim Claudium Hvitfeldium, e captivitate Batavica eo modo redemit, ut piraticam exercens, Batavorum qvoddam navigium, in qvo Henrici Theodori Consulis Amstelodamensis filius vehebatur, caperet, cujus permutatione fratrem liberavit.

(a) Vid. ad finem Capitis Litr. P.

(b) Vid. infra Sect. 4. cap. 7. §. 64.

(c) Vid. infra ad finem Cap. Litr. H. BB.

(d) Vid. ibidem Litr. AAA.

vit. Qvo majorem apud Islandos autoritatem sibi conciliaret, duas naves qvæ illum veherent, & duas sclopetariorum cohortes nactus est (a). Anno 1553 altera ei legatio in Islandiam injuncta est, cum non solum duarum regiarum liburnicarum, qvæ ex Norvegia templo & scholæ Holensi ædificandis materiam advexerunt (b), inspectio ei demandata erat, sed & Cubicularium Regium Jacobum Hvide, & celeberrimum illum Norvegiæ Legiferum Jonam Simonis, socios itineris habuit (c). Eodem anno apocham edidit, qva se Biörni & Arii, Jonæ Episcopi filiorum dimidiam mobilium partem, qvæ fisco regio adjudicata fuerat, accepisse confitetur, & Petro Einari monasterium Reinenesensi jussu regio (d) ademit. Anno 1554 itidem unacum Canuto Stenonis (e) in Islandia fuit, tunc enim Ormum Nomophylacem illicitæ venditionis prædii cujusdam Regii ut & debitorum, qvibus Ormus solvendis non suffecit, accusavit, qvapropter Præfectus ei officium abrogavit. Ex Islandia redux præfecturas maximi momenti nactus est, Havniensem,

(a) Ut patet ex Regis Christiani Tertii literis ad Præfectum Havniensem Petrum Godske Dat. Drottningborg Dominica Reminiscere 1552. Instructionem Hvitfeldio ad hanc Expeditionem datam, vid. ad finem Capitis Litr. Z. Constitutionem a Hvitfeldio de scholis Islandicis infra Period. 5. Sect. 2. cap. 2. §. 4. exhibebimus.

(b) Huic expeditioni, Ivarus Jani, Præfectus Norvegus, cujus sæpe in expeditionibus nauticis posteriorum temporum mentio fit, præficiebatur, & Instructionem jam acceperat, (vid. supra pag. 278.), sed cum morbo esset præpeditus, ei suffectus est Olaus Calips, itidem Norvegus, qvi tandem sub Friderico Secundo Cancellarius regni Norvegici, & Præfectus Classis Regiæ (Admiral) factus est. Hujus Instructionem vid. ad finem Cap. Litr. DD.

(c) Literæ Regiæ hac de re ad Jacobum Hvide datæ sunt Nyborg, feria qvinta post Dominicam Oculi, anno 1553. Literas ad Petrum Hvitfeldium, Cancellarium Regni Norvegici, qvibus Jonæ Simonis iter in Islandiam injungitur, vid. ad finem Capitis Litr. BBB, ex *Tegnelse over alle Landene* No. 4. fol. 226. a. Una cum Christophoro Hvitfeldio anno 1541 advenerat Legifer qvidam Norvegus, qvi jus & æqvum observaret, qva expeditione Augmundus Episcopus, præsertim vero soror ejus Asdisa, forma, nec justa, nec æqva, opibus suis spoliabantur; Nec multo feliciorem hæc expeditio juridica successum habuit, nam qvod effecerit, boni, nullum apud scriptores coævos vestigium invenimus.

(d) Literæ Regiæ datæ sunt Nyburgi die Saturni post Dominicam Oculi anno 1553. Causa erat, qvod Petrus pretium admodiationis solvere detrectavit.

(e) Vid. ad finem Capitis Litr. NN.

Krogen (hodie Cronborg) & Abrahamstrup in Siællandia, post Coldinghusiæ in Jutia, & tandem Hallandiæ, ubi anno 1563 Halmstadum fortiter defendit, & Svecos obsidionem, qam per sex continuaverant septimanas, solvere coëgit.

§. II.

Licet *Eggertum Johannis*, potius Hvitfeldii vicarium, qvam Regium Præfectum fuisse statuamus, cum tamen Regia auctoritate & permissu id officii a Hvitfeldio obtinuerit, hic ei locum concedimus (a). Patrem habuit Johannem Eggerti, Islandiæ qvondam Præfectum (b), matrem vero Gudrunam Biorni Godvinidæ filiam, ex viri itidem nobilitate donati Biorni Thorleifidæ prosapia oriundam. Eggertum anno 1550 ad exteros abiisse & Flenopoli 1551 apud Regem fuisse patet ex privilegiorum nobilitatis a Rege Johanne avo ejus Eggerto Eggerti Vicensium in Norvegia Nomophylaci anno 1488 concessorum confirmatione (c), simulqve Rex ejus judicium, qvod ut Præfectus Toparchiæ Isafiordensis anno 1550 de sceleribus Olai Gunnaridæ ejusqve fratrum, qvi Brinjolfo Sigurdi pedem amputarant, pronuntiaverat, ibidem confirmavit In Islandiam reversus eadem æstate ab Ottone Stigoti, villæ Bessastadensis & Toparchiæ Gullbringensi præficitur. Anno 1552 a Paulo Hvitfelldio jussu regio (d) Islandiæ Præfectus constitutus, de sicariis, qvi Christianum Scribam occiderunt, sententiam dixit (e), qvod officium 1553 retinuit. Anno 1554 loco Erlendi Thorvardini australis & orientalis qvartæ Nomophylax constitutus est, sed post mortem Oddi Gotskalkidæ in occidentali & boreali qvarta idem officium obtinuit, qvo, usqvedum Ormus Sturlæus id ei 1569 eripuit, functus est. Qvæ ut Nomophylax aut Prætor Isafiordensis, vel forsan totius Thorskafiordensis Toparchiæ Prætor gessit, huc non pertinent, præter literas monitorias ad incolas provinciæ unacum

---

(a) Vid. infra ad finem Cap. Litr. S. X. Z.

(b) Vid. supra pag. 255.

(c) Vid. infra ad finem Cap. Litr. N.

(d) Vid. ad finem hujus Cap. Litr. S. X. Z.

(e) Vid. infra Period. 5. Sect. 3. cap. 2. §. 11.

cum Officiali Jona Lopti subscriptas (a). Insigne damnum anno 1579 a piratis Flessingensibus accepit, qvorum unum antea offenderat & male multaverat, illi enim improvisi, villam ejus Bæ in Raudasand armati invaserunt, & spoliaverunt, ipsum vero captivum detinuerunt, usqvedum ingenti argenti pondere, a cognatis & amicis collato, redemtus fuit, sed eodem anno in Daniam delatus, illatam sibi injuriam coram Regia Majestate supplicibus literis qverebatur, qvibus Rex permotus Senatores Stadenses per literas monuit & rogavit, ut piratas istos per Navarchum qvendam Stadensem nomine Henricum Gevirs, iisdem notum, exqvirerent & proderent, Eggertumqve ad jus suum obtinendum, adjuvarent. His munitus literis Eggertus Stadum transvectus, prædones natione Anglos Flessingiæ se continere cognovit, qvos ibi paulo post deprehensos scelerisqve convictos, suis recuperatis, in furcam agi curavit. Uxorem primo duxit Sigridam Thorleifi Grimæi filiam, qvæ ex partu apud eum obiit, qvi filius paulo post obiens, patrem opum maternarum hæredem fecit. Deinde Ceciliam duxit, ex qva, viva adhuc Sigrida, duos susceperat liberos, Jonam dictum Murte & Ragneidam; Jonas, (ut qvidam volunt) non inscio patre, Jonam Grimi filium occidit, ideoqve exul Hamburgum confugit, ubi pater ei de omnibus bene prospexerat. Tandem ipse mortua Cecelia, duxit Steinunnam Jonæ filiam, Biörni Jonæ Aræsonii filii, qvondam concubinam, eaqve relicta Hamburgum secessit, qvo qvotannis magnam opum vim præmiserat, ibiqve qvartam, viva adhuc Steinuna uxorem duxit (b). Qvando abierit, non liqvet, sed in

 Islandia

(a) Jonas Lopti fuit Gissai Præsulis per universam Toparchiam Thorskafiordensem Officialis, qvæ jam tres facit præfecturas, Bardastrandensem, Isafiordensem & Strandensem; In literis autem monitoriis, qvas anno 1566 die 27 Martii universo clero in sua Præpositura habitanti scripsit, dicit: *Omnia hæc nuper confirmavit honorandus Prætor Eggertus Johannis, Domini mei Regis Nomophylax, unaqve mecum hos codicillos obsignavit.*

(b) Steinuna Eggerti uxor dixisse & amicis retulisse fertur, Eggertum Hamburgi divitem duxisse viduam nomine Armgert, cum antea dejurasset, se in Islandia nullam in vivis uxorem habere, deinde se vino & epulis dedisse, morbumqve inde contraxisse, ex qvo fere septuagenarius perierit anno 1583, sepultum esse, unacum filio Jona Murto, in templo Sanctæ Cathrinæ. Qvæ qvantum fidei habeant, nostrum non est judicare.

Hujus

Islandia post 1580 non fuit. Ex filia ejus Ragneida, qvæ Magno Jonæ, Steinunæ fratri nupsit, magna per universam Islandiam dispersa est familia.

§. 12.

Anno 1554 Paulus Hvitfeldius in Comitiis generalibus adfuit, ibiqve Præfecti officium administravit, sed illis exactis ipsi successit *Canutus Steini* filius, in sententia enim Spialdhagæ in tractu Ejafiordensi die Mercurii ante festum Laurentii lata, de incestu ab Oddc Thorsteini filio Pastore Fellensi commisso, allegatur mandatum totius Islandiæ Satrapæ Regii Canuti Steinidæ, unde patet eum Hvitfelldio anno 1554 successisse (a). Anno 1555 Regia qvædam attulit mandata, qvæ communiter vocantur

---

Hujus Eggerti vitam scripsit ejus abnepos *JONAS THORKILLIUS*, sed valde incuriose, & erroribus scatentem. 1) Si non perperam statuit *Johannem ab anno 1517 ad 27 Islandiæ præfuisse*, certe sibi ipse mox contradicit, innuendo *eum statim a morte Thylonis obiisse*, cum Thylo 1524 occisus fuerit, Johannes autem Thyloni certe plus sexennio, sive in annum 1530, supervixerit. 2) De *Præfectis sex patrem & filium intercedentibus*, Auctori non gravem movebimus litem, veritatem Lector ex ipsa eorum supra allata serie cognoscere potest. 3) Dicit *Eggertum Islandiam cum imperio adiisse anno 1553*, cum id factum sit 1551. 4) Qvod *Hagæ Bardastrandinæ sedem habuerit, & qvidem pluribus annis, ibiqve demum captus fuerit*, perperam asseritur, nam Hagam nunqvam, sed Bæj in Raudasand, incoluit. 5) Qvod *scapham coactus sit ingredi*, alienum est ab ipsius Eggerti relatione, dicentis: " Sídan mig " klædflett, og nöktum uppá eirn klárhest kastad, og færdu med sier 6 mílur vegs " til síns skips, og þar í fángelse settu. " Id est: *Exutum & nudum incommodo imposuerunt eqvo, & sex milliaria ad navem devectum, carceri incluserunt.* 6) Dicit *eum interea ab hospite laute habitum fuisse*, ipse autem Eggertus dicit: " Hvern " dag hafa þeir mier stórlega hótad, so eg var ei eina stund ugglaus um mitt " líf, " & paulo post: " Og mátte eg aumur madur á hverre stundu míns dauda " væntande vera. " Id est: *Qvotidie me minis terruerunt, qvovisqve momento mors mihi imminebat, ita ut ne miser ego unam horam de vita mea securus essem.* 7) Innuit *eum breve tantum tempus detentum fuisse*, ipse autem Eggertus 28 dies numerat. 8) De *discessu Eggerti ex Islandia*, de *bonorum recuperatione*, aliisqve, præsertim, *qvod socia thori cum illo discesserit, Hamburgiqve vivendi finem fecerit, & eidem monumento sepulcrali illati fuerint.* Partim enim summis ima miscet, partim contra manifestam veritatem asserit, qvæ omnia sigillatim referre & refutare piget.

(a) Vid ad finem Cap. Litr. NN.

vocantur *Priora Canuti Steinonii Negotia* (a), de qvibus Episcopi, Nomophylaces, aliiqve Magnates, Bessastadis deliberationem instituerunt, qvæ communiter vocatur *Conventio Bessastadensis* (b), sed cum illa Regi minus placeret, Canutus anno 1556 reversus, attulit Regium Diploma, datum 15. Aprilis, communiter vocatum *Steinonii Negotia posteriora* (c), qvo Conventio Bessastadensis in paucis confirmatur, sed majori ex parte, aut immutatur, aut penitus abrogatur, eodemqve anno prædiorum qvorundam cum cathedra Skalholtina, ipsi valde damnosam commutationem fecit, decimisqve Episcopos privavit, qvæ qvidem Rege sic jubente peregit, sed qvorum ipse omnium causa existimabatur. Anno 1557 in Comitiis adfuit, ibiqve de prædio Stadarhol controversiam inter Davidem Gudmundi & Paulum Jonæ dirimere voluit, prout Regia Majestas 17 Martii 1557 jusserat. Anno 1558 commutationem prædiorum cum Templo & Pastore Gardensi Lopto Narfi fecit, illis auferens prædium Hlid, sed pretii loco restituens Vifelstade, & pro discrimine prædiorum, unam qvotannis promittens tonnam farinæ, qvam Pastor penitus amisit circa annum 1604, cum controversia qvædam inter Enevold Kruse, & Pastorem Gardensem Jonam Kraki incideret, (d). Anno 1559 post fata Christiani Tertii Canutus ultima vice in Islandiam venit, a novo Rege Friderico Secundo in mandatis habens, datis Aarhusii d. 5 Martii, ut incolas Regi homagium præstare curaret, qvod in ejusdem anni foro generali effecit, qvo facto cum qvinqvennium provinciæ præfuisset, nunqvam reversurus abiit.

§. 13.

Hæc fere sunt, qvæ de Præfectis Islandiæ notatu digna occurrunt, qvæ non ideo hujus & superioris Periodi Historiæ inseruimus, ut eorundem Biographum agere nobis constitutum esset; sed cum Regum vices agere

(a) Vid. ibid. Litr. PP.

(b) Vid. Period. 5. Sect. 3. cap. 2. §. 16.

(c) Vid. ad finem hujusce Cap. Litr. SS.

(d) Hinc patet Steinonium majorem lucri & rerum, qvam publici boni curam habuisse, & ærarium regium, sive se ipsum, nam reditus regii tunc temporis magna ex parte Satrapis cedebant, haud scrupulose ditare qvæsivisse.

agere, & Ecclesiæ Nutritores se præstare debuerint, eorumqve res gestæ cum rebus Ecclesiasticis magnam habeant cognationem, imo magnam sæpe connexionem; præterea qvod illis cum Episcopis aliisqve personis Sacri Ordinis aliqvoties magnæ lites intercesserint, nostri esse officii duximus, ostendere, qvi qvalesqve fuerint, & qvid in *Nutritoris*, seu defensionis *Ecclesiæ* munere præstiterint, ut inde intelligi posset, qvid mali aut boni, qvid commodi aut emolumenti ad Ecclesiam ex cujusvis actis redundaverit. Hinc strictim tantum eorum gesta tetigimus, qvæstionesqve chronologicas leviter retulimus, res minoris momenti & qvasdam circumstantias, qvæ ad nostram rem minus facere visæ sunt, consulto omittentes. Qvæ, ne cordatus Lector, nostri instituti ignarus, nos, aut polypragmosýnes, aut incuriæ, reos agere, incautus præsumat, hic loci monere necessum putamus, de reliqvorum judiciis, qvibus ipse Juppiter, sive pluat, sive serenus sit, placere non potest, parum solliciti.

Litr. A.

Christian med Guds Naade &c. Vor Hylde altid med! Viider at Vii have at tale oc handle med Eder om det aandelige Regimente, oc tænke at lade undervise Eder om en Christelig Reformation oc Skick, som Vi med Os Elskelig almindelige Danmarks oc Norgis Rigs-Raad, efter lærde Mænds Raad, Villie oc Samtycke, hvilken Skick Vi ville over alle Vores Lande oc Riger fast oc uryggeligen af alle oc eenhver skal ved magt holdes, oc have Vi nu paa det samme, skrivet til Os Elskelig Jon Biskop til Holum Stift, at hand skal komme hid til Os, paa et af disse Vores Skibe til Vor Stad Kiöbenhavn, at fornemme Vor Villie. Thi bede Vi Eder, oc ville at I skicker alle Eders Erender derefter, oc kommer paa et af disse Vores Skibe hid til Oss, til forenefnte Vores Kiöbstæd Kiobenhavn, der at forhöre Vores Villie, som Vii da agte at lade Eder kundgiöre. Vi tænker strax at skicke Eder tilbage igien til Island. Herefter viider Eder aldeeles at rette, oc lader det ingenlunde. Befalendes Eder Gud. Skrevet paa Vores Slot Gottorp, Laugerdagen epter Lætare, Anno 1541.

Litr. B.

Wii Christian mett Guds Naade Danmarkz, Norgis, Wendis oc Gottiz Konning, Hertug udi Sleſſwyg, Holſtenn, Stormarenn, oc Diettmerſchenn, Greffue udi Oldenborg, och Delmenhorſt, helſe Ether alle vore Underſate, Biſchopper, Prelater, Abbeter, Prouеſter, Priore, Sogne-Preſter, Sogne-Degner, oc menige Clerici, ſom bygge och boo paa alle Vort oc Norgiz Krones Landt Islandt Evindeligen meth Gud oc vor Naade. Wider kere Wenner, ſom I alle och hver ſerdeles vell hordt och befarett haffue. Thii ſtor och ſuar Tyunge och Pendinges Udtgifft, ſom Oſſ och Rigett paahengt haffuer, meth the mangefollige och attſchillige Krigsfolk oc Aarlogz-Skyb, ſom Wii nu udi neſte forledne Feygde paa Vor oc Rigens merkelige Omkoſtninge hollet haffue. Saa Wii therfor titt och offte haffue verett treingt till thes till behoff att tage Hielp aff vaar Undſate, Rigennes Inbygger udi Danmark oc Norge, ſaa vel af Geiſtlicke, ſom aff Verdtzlige, oc theſsligeſte aff Kirke oc Kloſtr. Till hvilcket the och alle tidt, ſom gode er och villige Undſoter, haffue ladet thenom hörſameligen och velvilligen findz och Wii dog alle tidt haffue forſkonett Ether och har ... ingen ſönnerligen Hielp veritt begerendes aff Ether, anſeendes och haffue att i ſaa langt fra handenn beſittende. Thi haffue Wii nu afferdiget oc forſkicket oſſ Elſkelig Chriſtoffer Hvitfeldt vor Mandt, Tener och Embittzmandt paa vort Slott Steinvigzholm tiidt til Landett, till Ether, oc befalett hannom paa Vor Vegne at ſchulle tinge mett Ether, om en Landthielp och Schatt, ſom I ſchulle komme Oſſ och Rigett til Hielp mett, epter then Landtz Leylighedt, bode for Ether egne Perſoner och theſsligeſte med aff Kirker och Kloſther. Thi bede Wii Ether, alle, och hver ſerdelis biude att I tinge mett forneſnte Chriſtoffer Hvidtfeldt om ſamme Hielp och Schatt, och bliffue till eins mett hannem ther om hvad I giffue ſchulle, hver epter ſin Leyligheidt, och ſiden lade Ether hörſammelige och velvillige therudtinden findz oc lade ſamme Hielp mett theth förſte udtgiffue, oc andtvorde thennom forneſnte Chriſtoffer Hvitfeldtt ther till paa Vor Vegne forördinerendz vorder ſamme Hielp att udtkreffue och upböre ſchulle. Wii ville igien vere Ether alle och hver ſerdeilis en naadige Herre och Konning, och forſvare Ether for Urette och Offuervoldt;

Thi lader thette ingenlunde. Giffuet paa Vort Slott Kiöbenhaffn anden Dag Paaſke Ar e. C. M.D.XLI. Under Vort Indtzegelle.

Litr. C.

Christian mett Guds Naade, Danmarckis &c. vor ſynderlige Gunſt tilfornn Viider att ſom I, ther I nu ſiiſt vore hooſſ Oſſ, eblantt andre Erennde foruerffuit Vor Schreffvelſe till alle Cloſter, att ther ſchulle holles Scholer; Och eptherthii Vii nu forſare, at Vii haffve ingenn beqvem Kongsgaardt ther paa Landet, ſom Vor Lendsmandt kand haffue ſyn Verrelſe paa, och lade indlegge Vor Landſkylldt oc andenn Kongelige Rennte oc Rettighed, ſom Oſſ ther paa Landitt tilkommer, ſaa Vii therfore iche kunde ombere Hvidöed Cloſter, menn ville haffue thett, oc bruge till vor Kongsgaardt. Thi bede Vii Eder oc ville, att I inthet for ynde ſamme Abiit af Hvidöe, att handtt ſkal holle Schole udi ſamme Cloſter. Thi haffue Vi beffalit Oſſ Elſkelig Otte Stygſon Vor Mandt, Tienner, ſom Vii nu ſamme Land udi Beffaling giffuit haffue, att ſchulle udi ſamme Cloſter paa Vore Vegne ſine Verelſe haffue, oc thett bruge till en Kongsgaardtt. Dog ſchall handtt beſorge the Muncke oc Broder, ſom I ſamme Cloſter nu findes oc indgiffne ere, theres Klæde oc Fode, ſaa lenge the leffue. Udi the andre Cloſter ſchulle Scholer uppehollis, paa thet att Religionen maa thes beder holdes ved Magt Her viider att rette Ether epther. oc lader thett ingelunde. Beffalendis Ether Gudtt. Schreffvit paa Vort Slott Kiöpnehaffnn Juledag Aar M.D.XLII. Under Vortt Signett.

CHRISTIAN.

Litr. D.

Vi Christian mett Guds Naade &c. Giör alle vitterligt ad oſſ elſkelig Her Giſſer Einerſſen Superintendent i Skalholts Stigt paa vort Land Islandt haſver nu været her for oſſ mett ett obitt beſeglett Pergments brev, ſom Snur Hialmſſon, Jon Hedenſſonn, medt fleere Sandemendt oc Preſtmendt, paa vort Land Island udgivett have, indholdendes at thenne have domptt forneſnte Herr Gitzer at være fri, oc icke ſkyldig att være at betale Biſkop Augmunds ſkyldt effter laugen fore

fore thi hand hafver ingen peninge eller gots undfangen eller oppboritt af hannem, som samme bref ydermeer indholder, och udviser, hvilkett brev vi nu af vor synderlige gunst oc naade have fuldbyrdet, samtyckt och stadfesth, oc nu med thette vorth aabne brev fuldbyrde samtycke oc stadfeste ved fuldmagt at blifve ved alle sin ordtt, pungth oc Artikle, som thett udty alle maade udvisser oc indholder, thi forbiude vi alle, oc hvo helst er, eller være kunde, serdeles vore fougeder, Embitsmænd, Laugmændt, oc alle andre fornefnte Her Gitzer Einartssen, her imodt effther som forskrevett staar, att hyndre eller udti nogen maade forfang att giöre, under vor hyldest oc naade, gifvet paa vort Slott Kiöbenhavn vor Frue afthen Præsentationis aar Domini M.D.XLII. Under vort Signett.

CHRISTIAN.

Litr. E.

Wii Christian med Guds Naade Konge til &c. giore alle vitterligt, at Oss Elskelig Herr Gitzer Einerson Superintendent udi Skalholts Stift paa vort Landtt Islandt hafver nu verett her hos Oss och medtt Oss Elskelige Christoffer Hvitfeldt, vor Mandt, Tiener och Embitzmand ther samme Stedtt abne besegelde Qvittandtz bevisth, hvorledes att hand paa Vore Vegne haffuer andttvordett oc fornöyet fornefnte Christoffer Hvitfeldt udaf Skalhollt Domkirkes Clenodii siu hundrede Lodt Sölff, fem Lodt mindre, Colnisk Vigtt, och en Guld-Kalk. Thesslígeste Trysindtztiuge Jochims Daler oc tiuge Engelotter, som handtt Oss af sitt egett skicket haffuer. Thi lade Wii fornefnte Herr Gitzer Einerson oc hans Arffvinger qvitt fry oc leedig oc læss for Oss oc Vore Arffvinge, Effterkommere, Konninger udi Danmark oc Norge, oc alle andre for ydermeere Kraff eller Tiltale for fornefnte Summ Sölff, Guld oc Jochims Daller effter fornefnte Christoffer Hvitfeldts Qvittantz liudelse i alle Maader. Giffuet paa Vort Slott Kiöbenhafn, Söndagen nest for Vor Fruesdag Præsentationis Anno 1542. Under Vort Signet.

CHRISTIAN.

Litr. F.

rationes ſibi reddere faciat; ei omnem hanc authoritatem, ut decet, conceſſimus. Præterea vos omnes ſcitote, nos plenum noſtrum & legitimum mandatum dilecto noſtro fratri Domino Epiſcopo Gotſkalko impertiiſſe, ut cum omni dignitate, honore, & reverentia (ejus officio) debita, noſtra vice ſit totius Iſlandiæ Viſitator, jus dicat, miſſasqve celebret in gratiam cœnobialium, clericorum, eccleſiarum & laïcorum, æqvali, ac nos ipſi, authoritate. Nos etiam ei mandatum dedimus accipiendi & poſtulandi noſtrum pallii ſubſidium, tam illud, qvod tempore Reverendi Domini noſtri anteceſſoris, bonæ memoriæ, Archiepiſcopi Eſkilli tempore expendendum erat, qvam noſtro tempore, ex qvo archicathedram Throndheimenſem aſcendimus; qvod ſubſidium pallii dimidios unius anni reditus & decimas, tam monaſteriorum & beneficiorum, qvam eccleſiarum a laïcis poſſeſſarum, cujusvis Archiepiſcopi tempore ſemel expendendos, conſtituit, veluti Sancti Pontifices Maximi ſanxerunt, & ſententias tulerunt, qvorum Bullæ Thrandheimi exiſtentes, hac de re luculenter agunt. Hinc nos vos omnes amice rogamus & jubemus, ut ei, ejusve vicario, hæc probe & expedite perſolvatis, veluti & antea in Iſlandia citra tergiverſationem factum fuit, qvod & ita per totum Regnum Norvegiæ, (Reverendum hic fratrem Dominum Epiſcopum Gotſcalcum anteſtor), obtinuit; Eccleſia ſiqvidem Thrundheimenſis eſt reliqvarum per totam provinciam mater. Nos Deo & Sancto Olao Regi vos commendamus. Scriptum Oſloæ, feria ſecunda proxima poſt Dominicam

proxima post dominicam possionis Domini anno Domini M.CD.XL. nono. Sigillo nostro presentibus appenso in fidem & testimonium omnium præmissorum.

Litr. C.

(c) Vii Aslac med Gudz miskund Erchibiskop i nideross ok paueligx setis legatus heilsom idr alla wara kæira ok elskeliga syner bade lerde ok leika sem byggia ok boa i skalaholtz ok hola biskopcdömum a Islande kerlige med gud ok ware andeliga bletzan jdr kunnokt giörannde, med þesso varo opno brefue at wii hafuom fengit warom vyrdeligom brodr herra biskup Gotskalk wart fult wald ok lagligit vmbod til at vnna forlena skipa skipta ok gifua til fullar eignar war beneficia. ok kirkior. sem sancte Olafuer ok wii sielfue þer eigande erom vppa Islande sem sua heita oddastader ok hitradaler sem liggia i skalaholtz biskopcdöme sua ok greniadastader ok bredabolstader sem liggia i hola biskopcdöme hvarom sem helst honom tekker a wara vegna i þera lifdaga nema þeir sielfue them af sik briota viliom vii ok þat at alla þem sem þenna beneficia fornempd halda ok hafua til eignar at þe gifua oss edr varom vyrdeligom brodr herra biskup Gotskalk a vara vegna nokot subsidium

---

minicam passionis Domini, anno Domini millesimo qvadringentesimo qvadragesimo nono. Sigillo nostro præsentibus appenso, in fidem & testimonium omnium præmissorum.

(c) Nos Aslacus, Dei gratia Archiepiscopus Nidarosiensis & Sedis Apostolicæ Legatus, vobis omnibus acceptis & dilectis nostris filiis, tam clericis, qvam laïcis, diœceses Skalholtinam & Holensem in Islandia inhabitantibus, amicam cum Deo salutem & nostram spiritualem benedictionem. Notum vobis per has nostras literas patentes facimus, qvod Reverendo nostro fratri Domino Episcopo Gotscalco, beneficia nostra & ecclesias, qvas Sanctus Olaus & nos in Islandia possidemus, nomine Oddastader & Hitradaler in diœcesi Skalholtensi, sed Greniadarstader & Breidabolstader in diœcesi Holensi sitas, cuicunqve libuerit, nostra vice, in dies vitæ, nisi illi ipsi delicto qvodam se iis indignos monstraverint, concedendi, conferendi, disponendi, transferendi & in plenam possessionem donandi, plenam facultatem, & legitimum nostrum mandatum impertierimus. Nos qvoqve volumus, ut omnes prædicta hæc beneficia habentes, retinentes & possidentes, Nobis, vel nostra vice, Reverendo nostro fratri Domino Episcopo Gotskalko,

subsidium ok veinmanceligan godvilia þer af at wii mattom finna heider ok gersemd af þem beneficiis sem tilhöra helgo trondems kirkio. ok han ma oss þet alt framdeles senda sem han þer af far a vara vegna her med befala wii idr alla Gud ok hinom sancte Olaf koning nu ok jempnan. Scriptum Asloye feria tertia post Dominicam sexagesimæ. Anno Domini M.CD.XL. nono. Sigillo nostro presentibus appenso in fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum.

Litr. D.

Wii Gauto met Guds naad Erchibiscopp i Nidaross oc pavelig sættes Legatus sændæ allum them godom monnom som halffkirkior i værio haffue i Hole biscoppdomme aa Islande Q. g. oc vore andelige bledzan. Gierer wii kunnigt at vor virdalighe brodher biscop Olaff haffuer klagat for oss. baade nu oc formerlig, at i vilia hannem ingen Rekningscap gor, aff tiond oc adrom eignom, som halffkirkiom tilhorer, sva at kirkior mage forderffues oc niderfalle, for edher forsommelse skyld oc ingestæds synes huart kirkionne renthe bliffuer, en thoat thet kunnigt er, at hende aarlighe opbærer hvilket oppenbarlega mot er baadhe vorom oc ydrum christnom rette. Ey loffuer thet nockerstæds christen logh, at leikmenn skullæ offver kirkior raadhe, utthan reikningskap; oc ei kunne i aff nockræ sidvenio orsekt haffvæ, for thy then sidvenio maa ei holdes som moth kirkionne rett ær ok helghe fædre skippan. Hvar for raadhe vii edher oc höyelighe biodhe under lydno at I gor hedan i fra rettan regningscap aff kirkiotiond oc ollum ödrum kirkionne renthom som i aarlighe upbær aff kirkionne eitt sinne i trem aarom tha han far i sin visitering; en om kostnad oc natteleie aff halffkirkiom fara effter thi som biscops naudson tillsigher i sinnæ ferd, oc kirkionne mackt

 ær

ko, subsidium qvoddam & amicam benignitatem contribuant, ut Nos de beneficiis ad sanctam ecclesiam Trundheimensem pertinentibus, honorem & emolumentum reportemus. Qvæ autem ille nostra vice inde acceperit, omnia nobis transmittet. Nos Deo & Sancto Olao Regi vos omnes nunc & semper commendamus. Scriptum Alloyæ, feria tertia post Dominicam sexagesimæ, anno Domini millesimo qvadringentesimo qvadragesimo nono. Sigillo nostro præsentibus appenso, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

ær at halda, oc falla i theirra rekningſcap i huat them kan ſtanda thennæ biſcops geſtingh. Eræ thier oc nockræ med edher ſom nockræ ſkelligæ ſaker haffve her a moth oc viliæ thet ei vnderganga, tha ſtempne vii han æller them hiit for oſs met theſſæ ſamæ var breffve innen try aar her næſt effter komende ſielffvæ ædher therra vmbodsmen at ſvare for de biſcop Olaff æller hans umbodsmand i theſſæ ſak ok hvar her i moth thrioſkes ok bliffver ei i lydno ſekall han ther for lida kirkionne næſſt, met them framferdom ſom kirkionne lögh vtviiſe, oc hvat forde edhr biſcop ther vtinnan logylige hörer vilia vii hanom fulkomelige tillſtaa ok hans lagyleghe domæ fulberde ok ſtadfeſte. Datum in Curia noſtra Bergen ſabbato qvatuor temporum ante feſtum beati Michaëlis Archangeli Anno Domini MCDLXXX primo. Sub Secret. noſtris patentibus apreſſ. in fidem & teſtimonium omnium præmiſſorum.

Litr. E.

(e) Vii Gauto med Guds nád Erkibiſkup í Nidaróſi oc páfaligs ſætis legatus. Giorum kunnigt aullum þeim ſem þetta vort brief ſiá edur heyra. ad vii haufum ſied oc yferleſid oc giorla ſkodad vegna vors virduligs brodurs herra Stephans med Gudz nád biſkups í Skálhollti dóm oc úrſkurd yfer vatzfiardar kirkiu í Iſafirde framſagdan oc uppleſin ſtyrktan oc ſtaudugan giordan med ſamþycke briefum oc inſiglum margra kennimanna þeſs ſama biſkupsdæmis i hverium dome edur vrſkurde þeir haufdu álykt arord geſit kirkiunnar laugum ſmáſmugliga ádur vndirſkodudum þeſſa ſaumu vatzfiardarkirkiu vera oc eiga at bliſa fullmektugt beneficium æfinliga hier epter. hvern dóm edur vrſkurd. vii ſamþyckium oc

(e) Nos Gauto Dei gratia Archiepiſcopus Nidaroſienſis & Sedis Apoſtolicæ Legatus, omnibus has noſtras literas viſuris vel audituris notum facimus, nos in gratiam Reverendi noſtri fratris Domini Stephani, dei gratia Epiſcopi diœceſeos Skalholtenſis, ſententiam & deciſionem de templo Vatnsfiordenſi in Iſafiordo, prolatam, recitatam, confirmatam & conſenſu, literis, ac multorum ejusdem diœceſeos ſacerdotum ſigillis munitam, vidiſſe, legiſſe, & accurate perſpexiſſe; qva in ſententia vel deciſione illi (ſacerdotes) legibus eccleſiaſticis antea curatiſſime perpenſis, idem hoc templum Vatnsfiordenſe perfectum beneficium eſſe, & abhinc in æternum permanere debere, edixerunt. Qvam ſententiam & deciſionem nos approbamus, confirmamus, & aucto-

oc ſtadfeſtum med raukſemd haufuddómkirkiunnar i Nidaróſi. oc i guds nafne alſendiliga ſtyrkium. firerbiódande ſtrídlega aullum ok ſierhverium hier imóte at tala edur giora oc til meire ſtyrkingar oc ſtadfeſti hier um feſtum vier vort inſigle fyrir þetta brief ſkrifad uppá vorn gard i biorguin upp á ſancte birgittardag. Anno Domini milleſimo qvingenteſimo ſeptimo.

Litr. F.

(f) Vii Eirrek med Guds nád errkebiſkup i þrándheim oc páfaligs ſætis Legatus Giorum kunnigt aullum þeim ſem þetta vort brief ſiá edur heyra ad vii haufum ſied oc yferleſit oc giorla ſkodad vegna vors virduligs bródurs herra ſteffans med guds nád biſkups i Skálhollti. hvers ſál gud nádi. dom oc úrſkurd yfer vatzfiardarkirkiu í Iſafirde framm ſagdan oc uppleſin ſtyrktan oc ſtaudugan giordan med ſamþycke briefum oc inſiglum margra kennemanna þeſs ſama biſkupsdæmis. i hverium dómi edur vrſkurdi þeir haufdu ályktarord ſeſit kirkivnar laugum ſmáſmugliga adur vnderſkodudum þeſſa ſaumu vatzfiardarkirkiv vera oc eiga at bliſa fullmektvgt beneficium æfenlega hier epter. Saumuleidis haufum vii oc ſied oc yferleſit vors forſaudurs erkibiſkups Gautonis. huers ſál oc gud náde. ſtadfeſt-

& auctoritate Archicathedræ Nidaroſienſis in nomine Dei perfecte ſtabilimus, ſtricte omnibus & ſingulis prohibentes contra hæc loqvi vel agere. In qvorum majorem firmitatem & confirmationem, nos literis hisce ſigillum noſtrum appendimus, ſcriptis in curia noſtra, Bergis, die Sanctæ Birgittæ, anno Domini milleſimo, qvingenteſimo ſeptimo.

(f) Nos Ericus Dei gratia Archiepiſcopus Thrandheimenſis & Sedis Apoſtolicæ Legatus, omnibus has noſtras literas viſuris vel audituris notum facimus, nos in gratiam Reverendi fratris noſtri, Domini Stephani, Dei gratia Epiſcopi Skalholtenſis, cujus animæ Deus propitius eſto, ſententiam & deciſionem de templo Vatnsfiordenſi in Iſafiordo, prolatam, recitatam, confirmatam, & conſenſu, diplomate, & multorum dictæ diœceſeos ſacerdotum ſigillis munitam, vidiſſe, perlegiſſe, & accurate perſpexiſſe; qva ſententia vel deciſione illi, legibus eccleſiæ in anteceſſum curatiſſime perpenſis, idem hoc templum Vatnsfiordenſe merum beneficium eſſe, & abhinc in perpetuum permanere debere, edixerunt. Similiter & anteceſſoris noſtri, Archiepiſcopi Gautonis, cujus animæ Deus qvoqve propitius eſto, prædictarum ſententiarum & deciſionum

ſtadfeſtingarbref um fyrrſagda dóma oc vrſkurda. oc i guds nafne ſtadfeſtum vier ſtyrkium oc ſtaudugt giorum med þetta vort bref fyrrnefnda giorninga dóma oc vrſkurda vt i aullum þeim ordum oc articulis ſem þeir innehallda med rauksemd haufuddómkirkiunar i nidaroſe oc optnefnda vatzfiardarkirkiu eiga at vera oc bliſa æfinlegt beneficium oc vnder vallde oc veiſlu Skáhollltz biſkups. fyrerbiódande aullum oc ſierhverium hier i móti at giora eda tala eda i nockurn máta at hindra ſo framt ſem hann vill fordazt ſtrídu oc álaugur af heilagre kirkiu. Datum in reſidencia noſtra archiepiſcopali nidroſiencis. Vigilia beati Andree apoſtoli. Anno domini milleſimo qvingenteſimo viceſimo ſub noſtris ſigillis precentibus appenſis.

---

deciſionum literas confirmationis vidimus & perlegimus; Hinc in nomine Dei his noſtris literis prædicta acta, ſententias & deciſiones in omnibus eorum, qvæ continent, verbis & articulis, authoritate Archicathedræ Nidaroſienſis, confirmamus, ſtabilimus & rata habemus, ac ſæpe nominatum templum Vatnsfiordenſe perpetuum beneficium, poteſtati & collationi Epiſcopi Skalholtenſis obnoxium eſſe & permanere debere (jubemus), omnibus & ſingulis, contra hæc qvocunqve modo loqvi vel agere, aut obniti, prohibentes, ſi modo illi ſanctæ eccleſiæ animadverſionem & rigorem evitare deſiderabunt. Datum in Reſidentia noſtra archiepiſcopali Nidaroſienſi, vigilia beati Andreæ Apoſtoli, anno Domini milleſimo qvingenteſimo viceſimo, ſub noſtris ſigillis præſentibus appenſis.



SEC-

SECTIO II.

De interno ſtatu eccleſiæ, doctrina, ritibus eccleſiaſticis, re literaria & literatis.

CAP. I.

De ſtatu Eccleſiæ & Religionis, aliisqve eo ſpectantibus.

§. I.

Si rerum eccleſiaſticarum cenſu veniunt, templorum & cœnobiorum ditationes, leges de decimis ſine fraude dandis, armata Præſulum odia, Reliqviarum veneratio, anathematum proclamatio, Sanctorum adoratio, miraculorum varia perſvaſio, horum omnium ſatis ferax eſt hiſtoria Seculi, qvod ordimur, a nato Salvatore, decimi qvinti; Sin doctrinæ ſanioris prædicatio, falſæ propulſatio, impiorum converſio, diſciplinæ recta uſurpatio, Epiſcoporum vita & doctrina pariter coruſca, huc magis videantur pertinere, oppido pauca in medium afferenda habemus; Seqvens enim Periodus ſui aſperitate & boni ſterilitate, mali vero exuberantia lutea, ſed inopia ſcriptorum, obſcura appellari meretur. Sive enim Reip. Regimen Politicum, ſive rei œconomicæ adminiſtrationem & ſtatum, ſive tandem rei Literariæ conditionem reſpicias, omnia hoc tempore degeneraſſe, & qvaſi interitum minari cœpiſſe, invenias; Monarchiæ etenim Dano Norvegicæ multis qvidem nominibus laudabiles fuere Reges, bellis tamen plerumqve & aliis negotiis impliciti, longe diſſitarum provinciarum, ut Islandiæ, parvam vel nullam curam habuerunt, niſi qvod Præfectos qvi vectigalia colligerent, conſtituerunt, qvi qvam pauca Reipublicæ utilia, aut Eccleſiæ emolumento fecerint aut conſtituerint, ex eorum actis, ſupra expoſitis, manifeſtum eſt. Præterea epidemica illa peſtis, qvæ ineunte hoc Seculo in Islandia graſſabatur inſulam incolis ita privavit, ut tertia pars vix ſupereſſet, qvaſdam vero parœcias & tractus penitus evacuavit, unde factum eſt, ut artes, ſcien-

tiæ, & opera manuaria, tanta affecta sint jactura, ut nunqvam postea pristino nitori restitui potuerint; In his præsertim literarum studium, agriculturæ exercitium, salis confectio, commerciorum propriis navibus usus, aliaqve, qvæ omnia ad hæc usqve tempora, si non ita, ut cum maxime floruerunt, saltim duraverunt, & aliqvatenus exercita fuerunt, posthac vero obsoleta penitus interciderunt.

§. 2.

Et hic qvidem fuit Reipublicæ status. Qvi autem Ecclesiæ faciem & formam intueri desiderant, ut in cælo Ecclesiastico videbit tres simul pari candore coruscantes Soles, seu tria simul in uno corpore capita, ɔ tres simul & semel Pontifices Maximos, unum Romæ, alterum Avenione, tertium Arimini sedentem, omnes autem invicem dissentientes, & mutuo anathematis telo pugnantes, qvod etiam sæpius in capita diademata, integra Regna & Respublicas vibrare non erubuerunt; Ita etiam inter minora illa sydera, seu membra capiti proxima, inordinatos motus & exorbitantias observare licebit; Nam Nidarosiensem Archisedem duos simul candidatos, Marcellum Episcopum Skalholtinum & Henricum Kalteisen expetiisse reperimus, qvorum tamen neuter voti compos factus est, imo ita indoctum Archiepiscopum, ut literas plane nesciret, qvorum aliqvos pariter ac prædecessores, Regibus contra mandare, eorumqve Edicta conculcare, piaculo sibi non duxisse, exempla Aslaci & Olai satis superqve docent. Qvod autem Archipræsules Nidarosienses Ecclesiæ Islandicæ utile præstiterunt, præter ordinationes qvorundam Episcoporum, exiguum valde est, ut in præcedenti sectione exposuimus.

§. 3.

Horum exempla *Episcopi* Islandi haud defunctorie, non modo imitati sunt, sed etiam supergressi; habuit enim Islandia Matthæum qvendam, qvi nunc Skalholtinæ, nunc Holanæ sedi semet intrudere voluit; qvanta primo dissidia, deinde odia, & tandem, si non alii obstitissent, inter Ogmundum & Jonam Arii filium cruenta prælia, de Episcopatu Holano, seu in eundem successione, commissa fuissent? Certum est, alterum 1300, alterum vero 900 armatorum in aciem produxisse.

Qvantas

Qvantas turbas Jonas Arii post Gissuri Einaridæ mortem, suscitaverit, cum 300 armatorum cinctus, latronis instar, totam insulam pervagaretur, a rapinis, stupris & cædibus suos haud qvaqvam compescens, ex infra dicendis apparebit; Qvantulam autem Regibus obedientiam & honorem habuerint, exemplo Stephani & Ogmundi, qvi contra eorundem mandata & edicta judicare & discernere non dubitarunt, satis elucescit. Jonas etiam Arii filius & Ogmundus cum suis asseclis, Christiano III. (glor. mem.) mandanti, ut novam, qvam in Islandiam miserat, Ordinationem Ecclesiasticam reciperent, & cev legem observari curarent, rescribere non erubuerunt, Pontificis Romani esse ferre leges ecclesiasticas non vero Regis Daniæ. Nec modestius erga subditos sese gesserunt, immodicis enim, ob minimum qvodvis delictum mulctis & emunctionibus eosdem exhauserunt & enervarunt, qvas si solvere detrectarent, aut obloqvi auderent, primum gladio oris, seu anathemate percutiebant, qvod si contemserunt, aderat mox os gladii, seu pæna corporalis; Hinc ut ad omnia parati essent, ingenti sæpius multitudine stipati visitationes Ecclesiasticas peragebant, imo, nunqvam non armatorum globo, qvi sæpius maleferiatis constabat, semet cingebant, unde qvotidianæ fere rixæ, velitationes, nec raro homicidia, variaqve scandalorum & injuriarum genera accidebant. Taceo qvorundam apud exteros diutinas mansiones, qvi commissi gregis nullam curam agebant, proventus per Qvæstores collegisse contenti. Hoc tamen haudqvaqvam de omnibus promiscue dictum aut intellectum esse volumus, nam fuerunt sine dubio etiam inter hos viri pii & cordati, qvorum nævos genio magis & moribus seculi qvo vixerunt, qvam ipsis tribuendos censemus; Qvidam vero ob brevitatem temporis, qvo floruerunt, bonis an malis adnumerandi sint, ambiguum faciunt. Omnes qvidem cœlibes, non vero omnes pari pudicitiæ laude vixerunt, nam ex Skalholtinis Jonam Gerichii, Svenum, & Sigismundum, nothos habuisse, memoriæ proditum est; Ex Holanis vero Gottskalkus posterior & Jonas Arii, concubinas aperte & legitimarum uxorum loco habuerunt, ex qvibus ille tres, hic vero ad minimum sex liberos suscepit.

§. 4.

Ut Ecclesiæ Romanæ summum semper præceptum, summusqve fidei articulus fuit *ecclesiæ ditatio*, ita eundem nostrates haud neglexe-

runt, qvapropter etiam plurimi magnas corraserunt divitias; Reliqvit enim Ogmundus Skalholtinus, præter ea, qvæ templis aliisqve nuncupaverat, villas & prædia tantum in Qvarta occidentali supra 40, qvod si in reliqvis duabus tantundem habuit, emergit summa 120, qvæ omnia Regio fisco accesserunt. Olaus Rognvaldi 109 prædia Holanæ sedi pro salute animæ suæ legavit. Jonas Arii cum filiis fere 200 villas acqvisiverat, qvarum plurimæ Regio fisco adjudicatæ sunt; Nec mirum, cum præter ordinarios ex fundis, qvi ad cathedras pertinebant, reditus, emendi, vendendi, mutandi, extorqvendi, nullum facerent finem, ex legatis etiam & donationibus, decimis, annatis, cathedratico, & hospitalitate Episcopi, qvæ jam postliminio, licet prohibita essent, introducere studebant, magnum qvæstum capiebant, illis enim ex qvalibet re lucri odor dulcis erat, ideoqve negotia ad officium pertinentia haud perfunctorie exeqvebantur, qvalia erant, annuæ visitationes, encænia & dedicationes templorum, baptisationes campanarum, confirmatio infantum, & id genus alia, nam pleraqve horum aliqvid lucri adtulerunt; sed de rudiorum informatione, verbi divini prædicatione, infirmorum exhortatione & consolatione, & talibus, qvæ revera primaria eorum munia esse debuerunt, rarius actum & cogitatum fuit.

§. 5.

Ex talibus Episcoporum moribus & officii administratione pronum est de reliqvi *Cleri vita* & *doctrina* divinare, fuisse nimirum inter eos nimis multos, qvi Domino non servierunt, sed proprio ventri, per dulcia verba & assentationes, simplicium corda seducentes. Vitam multorum secularem magis qvam sacerdotalem fuisse, documenta & acta publica sufficienter probant, legitur enim in illis de Abbate & Monachis in adulterio, plus simplici vice deprehensis, de sacerdotum adulteriis, furto, rapinis & homicidio, sed concubinatus Pastorum hoc tempore vix inter peccata habebatur, præsertim si indictam mulctam promte solverent. Hinc etiam Episcopi, cum in personam qvandam præbendam aliqvam conferrent, haudqvaqvam concubinam habere, sed domi eam alere, severe vetuerunt, veriti forte ne sacer fundus tali conversatione contaminaretur, aut, qvod verius puto, ne opes templorum concubinarum dispensatione dilapidarentur, hinc qvidam non unam, sed plures alibi habuerunt,

runt, de qvodam enim sacerdote memoriæ mandatum est, qvod 50 nothos reliqverit. Sed sub ipsam Reformationem melioris notæ sacerdotes, Episcoporum exemplo, suas concubinas, legitimarum loco uxorum, habuerunt, qvæ ut concubinarum nomen dedignabantur, ita uxoris sive conjugis titulus iis plane denegabatur, sed ejus loco *adjutrices* vocatæ sunt, qvibus cum nihilo minus pacta dotalia contraxerunt, & nuptias, sed sine consvetis cæremoniis & benedictione pastorali celebrarunt, iisdem interesse, & easdem contrahere, non ipsos puduit Episcopos, ut exemplum Jonæ Aresonii docet, qvi in tali negotio filii auspicem aut pararium egit, ut ex pactis dotalibus filii ejus Magni, sacerdotis Grenjadarstadensis, patet. Ad Pastoris exemplum, qvaliscunqve fuerit, gregem semet composuisse non est improbabile; De Magnatibus autem certum est, qvosdam tres qvatuor aut qvinqve habuisse nothos aut adulterinos, qvandoqve etiam in incestu genitos, Qvæ, etsi de multis, & forte magna parte, vera sunt, minime tamen ad omnes extendenda; nam idem ille Deus, qvi pessimis temporibus septem millia in Israële habuit, qvi coram Baale genua non flexerunt, etiam haud dubie non paucos, qvi eum in simplicitate cordis invocarunt, & se a mundo immaculatos servare studuerunt, heic loci sibi reservavit.

§. 6.

Consistit *Pastorum officium*, ut omnibus patet, in pura verbi prædicatione & Sacramentorum secundum Christi institutum administratione. Qvod doctrina salutaris perfunctorie, oscitanter, & corrupta a multis proposita fuerit, non est dubitandum; plurimi enim plane indocti erant & libris destituti, ideoqve eorum conciones seu orationes in cætibus publicis meræ fuerunt fabulæ, de miraculis Sanctorum eorumqve intercessione & operibus supererogationis, donationibus ad pios usus, emendis indulgentiis, cæremoniis rite observandis, & aliis ejusmodi externis actionibus. Sacramentorum, utpote actionum externarum & in oculos incurrentium administratio, minime omittebatur, qvorum usum ex opere operato gratiam conferre persvasi erant: Ritus & cæremoniæ Ecclesiasticæ eædem qvidem ac antea fuerunt, qvarum unaqvæqve vocula & minimi momenti actio summe necessaria & magnum continere mysterium censebatur, qvæ omnia auditoribus explicare & fide-

 liter

ſiter inſtillare ſacerdotes tenebantur; & ut de reliqvis eo facilius judicari qveat, unum aut alterum exemplum adſcribere, non abs re putamus: Vox *Haleluja* non niſi in ſuprema lingva, ɔ: Hebraica, proferri potuit, qvia denotat ſupremam laudem, qvam oramus & ſperamus nos cum omnibus Sanctis canturos in altera vita; Idem etiam canticum qvod *Seqventia* vocatur, ſignificat, nam ab *Haleluja* deducitur; Paſtor ad populum ſemet vertens, & dicens: *Dominus vobiscum*, notat ipſum Salvatorem, qvi in terris converſans magnam nobis pacem annunciavit; Reſponſum autem populi; *& cum Spiritu tuo*, idem eſt ac diceret: Dominus purget & ſanctificet Spiritum tuum, ut pro nobis ſanctas & efficaces preces effundas. Κυϱιε ἐλεησον novies in qvovis officio canendum erat, ad denotandum novem anglorum choros. Epiſcopus & Sacerdos ad altare accedentes ſe inclinant, in memoriam humilitatis Chriſti, qvi factus eſt Patri obediens usqve ad mortem. Lumen & liber primo ponuntur in dextero altaris cornu, qvia primo Evangelium annunciatum fuit Judæis, qvi tum filii dextræ fuerunt, ſed qvod ad ſiniſtram deinde moventur, notat, verbi prædicationem deinde factam gentilibus, filiis ſiniſtræ. Qvod dum Evangelium legitur, ſacerdos erectus ſtat, & ſine baculo, oſtendit omnem noſtram fiduciam in Evangelio repoſitam eſſe; Incenſum vero thuris granum notat odorem bonorum operum. Unus tantum Sacerdos debet intonare *Gloria in excelſis*, deinde autem reliqvi ſuccinere, qvia unus Angelorum nunciavit nativitatem Domini, totus autem Angelorum chorus reliqvum hymnum cecinit Qvi Evangelium legit, debet contra boream ſemet vertere, qvia Evangelium reſiſtit diabolo, qvem boreas adumbrat a). His talibusqve næniis & qvisqviliis gregem Domini paverunt, cujus farinæ multo plura adferri poſſunt, ſed hæc exempli loco promſiſſe, ſufficere videtur.

§. 7.

Ineptus eſſem, ſi omnes & ſingulas hujus temporis *cæremonias* & ritus Eccleſiaſticos integrum plane poſcentes volumen in hoc compendio enume-

---

(a) Hæc eqvidem antiqva ſunt, & in *Libro Pænitentiali Sancti Thorlaci* memorantur, ſed cum ea antea non recenſuerimus, & hoc tempore ut fundamentalis fidei Articulus rudioribus inculcarentur, hic inſerere non piguit.

enumerare conarer, ne autem officii omnino obliti fuisse videamur, pauca tantum & maxime obvia, sed obiter tantum tangamus, qvorum in præcedentibus aut nullam aut exiguam mentionem fecimus, qvalia sunt: *Purificans* ille & ad veram pœnitentiam agendum, perfectamqve peccatorum remissionem accipiendum *consecratus cinis*, qvi ex combusta publice die palmarum, arbore aut ramo palmæ, in Islandia autem, ubi palmæ nulla copia, ex vulgari betula conficiebatur, deinde autem in templo sollicite servabatur, hujus enim in qvavis pœnitentia, ut & templorum enceniis, talibusqve, magnus usus fuit, præsertim autem die cinerum cum solenne esset tali cinere aspergi, ubi non tacendum vulgarem etiam in defectu sacri illius cineris adhibitum fuisse, qvo non tantum caput asperserunt, sed etiam in veræ sinceræqve pœnitentiæ ac Christianæ humilitatis signum, sacculos eo repletos vestibus affixos portabant, eo sibi aliisqve in memoriam revocantes pios qvondam in sacco & cinere veram egisse pœnitentiam.

§. 8.

Nec minor *aqvæ ad pœnitentiam* & purgationes, *necessitas*, qvæ ideo, qvovis die sacro certis cæremoniis a sacerdote consecrabatur, & in vasculo ad fores templi exponebatur, ut qvivis templum intrans, digito eadem madefacto, frontem pectusqve cruce signare posset, hoc enim omittens, ut impius & impurus a sacro cœtu arcendus fuit, taceo consecratæ aqvæ usum, in templorum purgationibus, obsessorum exorcizationibus, larvarum profligationibus, imo in qvavis actione sacra maximum fuisse, hinc non tantum sacerdos qvovis die Dominico post consecrationem aqvæ, virgula eadem illita, qvemcunqve præsentem aspersit, cum recitatione verborum ex *Ps.* 52. v. 9. *Asperge me Isopo* &c. Curiati autem aliqvid consecratæ aqvæ domum auferre solebant, eoqve lares, seu domicilia & utensilia, imo etiam armenta ad omnia mala averruncandum aspergere solebant.

§. 9.

Majoribus plerisqve festis solennis instituebatur *processio*, qvæ talis fuit; primo sonantibus campanis aqva consecrata portabatur, eaqve obvia

via qvævis a sacerdote aspergebantur, sacerdotem seqvebatur diaconus, candelabrum qvoddam portans, ad minimum tres habens (a) candelas, horum utrumqve duæ comitabantur personæ, hymnos a Diacono inchoatos succinentes; Sacerdos ut & Diaconus albas induti fuerunt tunicas linteas, qvibus crux præferebatur. Cantus autem ad tempus accommodatus fuit ex gr. Festo Paschatos de Resurrectione Domini; Natalitiorum de ejus Nativitate; Festis Mariæ ut diei conveniebat, Dominica Palmarum (nam ei etiam Processio competebat) de introitu Christi in urbem Hierosolymas, & sic de cæteris.

§. 10.

Una autem omnium processionum maxima & sola tantum in lege Ecclesiastica omnibus injuncta (b) incidens in 25 Aprilis, qvod festum

(a) Candelabrum seu Lychnuchus, qvem portabant, vocabatur *uppballdsstika*, longa scilicet pertica, planum habens pedem, ita ut sine fulcro in terra & pavimento, si opus esset, consistere posset, supra eandem erant in minimis tres, sæpe sex, & qvandoqve novem candelæ; ternarius autem numerus in omnibus hisce sollicite observari debuit, ut ubiqve repræsentaretur sacro Sanctæ Trinitatis mysterium, qvod eo fiebat efficacius, qvo plures ternarii numeri concurrebant, vide supra Period. 2. Sect. 2. cap. 1 §. 30. Tom. 1. pag. 152. Hinc hodiedum in qvibusdam templis viluntur tales Lychnuchi (*Uppbaldsstikur*), ad tres recipiendas candelas aptati, in ipso autem Cathedrali templo Skalholtensi unus superest, novem candelarum capax, qvæ exoche matri omnium diœceseos templorum congrua videtur.

(b) Ita hac de re *Jus Ecclesiasticum Thorlaco-Ketillianum:* " Gagndeginn eina skulum " ver hallda at helgi sem þvattdag oc fasta. nema hann verdi á páskaviku. edr á " kirkiudegi. þá er rett at hafa tvímællt oc æi kiöt nema hann beri á páska hina " helgu daga. edr drottinsdag. " Id est: *Diem rogationum solitarium qvoad sanctitatem, diei dominicæ instar, jejunium præterea, nisi ille in septimanam paschatis vel natalem templi inciderit, observabimus; Hoc in casu cibum, carne excepta, bis sumere licet, qva* (vesci non licet), *nisi ille in dies paschatis festos vel diem dominicam inciderit.* Sed *Jus Ecclesiast. Arnaeanum* ita: " Gagndag hinn eina skulum ver " hallda at helgi sem þvattdag. oc eta einmællt-hvítt. oc gánga med krossum. nema " hann beri á páskaviku. " Id est; *Diem rogationum solitarium diei dominicæ instar sanctum celebrabimus, lacticiniis semel per diem vescamur, & cruces seqvamur, nisi ille in septimanam pascatos incidat.* A qvibusdam hocce festum vocatur *gángdagrinn Mikli*, seu magnus ille processionum dies, ab aliis autem *gagndagrinn eini*, sive dies commodi solitarius, ad distinctionem *gagndaga í gagndagaviku*, sive bidui ante

festum communiter vocabatur *gagndagur*, seu dies commodi, tunc enim non tantum qvivis sacerdos singularibus adhibitis hisce cæremoniis, prælata scilicet aqva consecrata, cruce & ante memorato lychnucho, sine alba, librum tantum & lumen manu tenens, & preculas qvasdam secum susurrans, totum cœmeterium universa concione subseqvente, suas itidem precationes murmurante, circuire debuit, erectis in cœmiterii summitate septem crucibus, coram qvibus prætereuntes summa veneratione semet incurvare debebant, sed etiam qvivis paterfamilias, cum familia, qvæ seqvi potuit, totum suum territorium, ignem secum ferens, cum lumina adhibere non posset, circuire, & illo fines, & omnia qvæ illis includebantur, lustrare debuit.

§. 11.

Qvantis næniis & traditionum qvisqviliis *Theologiam dogmaticam* conspurcaverint, seqvens exemplum Articuli de Descensu Christi ad inferos abunde docere potest, qvem qvidam hujus Seculi non incelebris

---

ante festum ascensionis, illa enim septimana vocata fuit *gagndagavika*, septimana commodi. Qvæ scribenti, in mentem recurrit me audivisse vetulam qvandam decrepitam, cum sacram cænam accepisset, orantem protulisse: *Domine mi! fac me participem omnium commodorum* (gagn) *qvæ acqvisivisti, cum in cælum ascenderes die Jovis in hebdomade dierum commodi* (fimtudaginn í gagndagaviku). Hujus autem hebdomadis dies Lunæ & Martis, simili, licet non eodem plane modo celebrandi erant. *Jus Eccles.* Cap. 24. " Frá páskadeginum fyrsta skulu vera vikur " fimm til drottinsdags þess sem gagndagavika hefst upp. Annan dag viku í gagn- " dögum oc þridia dag skal hallda at helgi sem þvattdag. gánga um bæ sinn oc " tún med vígdu vatne krossum oc bænahalldi. Midvikudaginn skal fasta vid þurr- " an mat bædi setumönnum ok vinnumönnum enn tua daga hina fyrri skal eta " einmælt oc hvítt nema krossmesso edr kirkiudag beri á annan hvern. Þá er lofat " at hafa tvímælt. oc æi slátur." Id est: *A feria prima paschatos usqve ad diem dominicam, qvæ hebdomadem dierum commodi orditur, sunt septimanæ qvinqve. Feria secunda & tertia hujus septimanæ, diei instar dominicæ, sanctæ celebrantor, villam tunc & campos, aqva consecrata, crucibus, & precationibus adhibitis, qvivis circumito. Feria quarta jejunium siccum observetur, tam a vitam sedentariam agentibus, qvam operariis, duobus autem diebus præcedentibus, lacticiniis semel vesci licitum est, nisi in alterutrum, festum Crucis aut Natalis templi, inciderit, qvo in casu cibum, non tamen carnem, bis sumere conceditur.*

bris poëta nobis hoc modo exhibuit. Salvatore in cruce animam ponente, Satanas condemnatis in inferno hanc suam de Christo reportatam victoriam, & qvod brevi illuc æternum excarnificandus adventurus foret, se in ipso totum mundum superasse, fractum jam esse & submissi animi, neqve posthac contra suam sapientiam & potentiam qvicqvam valiturum, intensissimo itaqve frigore & æstu aliisqve cruciatibus plectendum esse, magna cum exultatione annunciavit. Qvæ reliqvi dæmones audientes, contra ejus spem graviter perturbati sunt, dicentes se hoc nuncio haudqvaqvam lætari, probe enim se ejus potentiam cognitam habere, qvi eorundem qvondam integram legionem fugarit & in infernum detruserit; nihil itaqve læti aut boni ex ipsius adventu sibi proventurum. Qvibus ille perceptis, in draconis formam conversus, uno momento animam salvatoris a corpore exeuntem deglutiendo, rem totam confecturus, in crucem surrepsit; sed cum eo ipso momento latus Domini hasta militis apertum fuerit, unde immensa Divinitatis vis exiit, vertigine percussus in infernum prolapsus est, agnovitqve tandem se non vicisse, sed revera victum esse; claudi itaqve portas inferni & qvam fortissime firmari jussit, ne adveniens Rex gloriæ eas effringere posset. Qvæ cum ille pronuntiasset, omnes reliqvi diaboli furore qvodam perciti ob rem tam male gestam, & qvod Christum tam potentem Dominum, qvi magno propediem cum exercitu sit adventurus ad destruendum infernum, irritaverit aut illexerit, in ipsum Beelzebubum irruerunt, verbisqve & verberibus male mulctatum ex inferno clamantem & ejulantem invitum extraxerunt, foresqve occluserunt. Qvibus gestis, terribilis Angelorum Regis vox ad portas inferni audita est, jubentis, ut fores cito & sine mora aperiant, qvo intrante, totus infernus contremuit, ignis infernalis, dum Christus mortem ab ipsis diabolis conculcari curavit exstinctus est. Qvo facto Adamum propria manu tenens, Evam autem maritum amplexam, reliqvosqve Patriarchas unum alterum continuo ordine comprehendentes, inde eduxit (a).

§. 12.

(a) Ne hæc allata pro figmento tantum poëtico, aut ampliatione agnoscamus, similia in eorum temporum scriptis occurrentia prohibent. Poëmata etiam talia apud plebem divina fere gaudebant auctoritate.

§. 12.

Nec omnino omittendum censemus, qvod *Iconolatria* & *invocatio Sanctorum* nunqvam magis inoleverit, qvam sub ipsam Reformationem (a) seu Religionis mutationem; Tantus etiam tunc ad Sanctum Thorlacum, Divum Jonam, & Bonum Gudmundum multitudinis confluxus fuit, qvantus antea nunqvam; Similiter etiam ad crucem Kaldadarnesensem, Mariam Hofstadensem, & alia loca, qvæ sanctas reliqvias servare putabantur. Qvantum Gudmundi intercessioni rudis plebecula tribuerit, inde colligi potest, qvod qvidam Episcopus Holanus moriens, animam suam illi & Sancto Johanni commendaverit, & anno 1525, cum Olao Archiepiscopo Nidarosiensi de ejus canonizatione egisse se, illamqve propediem futuram spopondisse, affirmaverit Jonas Arii filius; qvod paulo post interveniens Reformationis negotium impedivit (b). Moris etiam erat, ut qvi Deum laudaret, invocaret, aut ei gratias ageret, eidem Sanctum suum tutelarem a latere poneret; ex. gr. *Ita me Deus & Sancta Virgo juvet! In nomine Dei, Divi Olai & omnium Sanctorum! Laus Deo & Sancto Martino!* &c. (c).

§. 13.

Crucis veneratio a primo Religionis Christianæ in Islandia exordio, semper qvidem magna, sed hac tempestate maxima fuit. Exstant hac de re plura poëmata, sed unum reliqvis celebrius hoc temporis tractu conscriptum, ex qvo liqvido constat, Cruci divinum honorem & invocationem attributam fuisse, nam postqvam auctor Crucis auxilium invocaverat,

---

(a) De invocatione Sanctorum & divino honore illis attributo, irrefragabile testimonium ferunt Litaniæ, sive preces publicæ, qvarum unam ex codice membraneo exscriptam, vide ad finem Capitis Litr. A.

(b) Hinc etiam Author *Vitæ Gudmundi Boni* asserit, Islandiam nulli terræ, qvo ad splendorem & præcellentiam Indigetum indigenarum, cedere. Gottskalkus Nicolai animam suam moriens commendavit *Johanni & Bono Gudmundo*, Teste GUDBRANDO Episcopo Holano in *Apologia pro Jona Sigmundi.*

(c) De cultus Sancti Martini introductione in Norvegiam & Islandiam, vide *Ol. Trygg. Vit.* Part. 2. cap. 18.

caverat, & ut sibi æternam salutem impertiri vellet, oraverat, recitat antiqvam de ligni crucis, in qvo passus est mundi Salvator, origine fabulam, scilicet, qvod Angelus custos Paradisi, Setho Adami filio tria grana tradiderit, ori morientis parentis inserenda, ex qvibus, procedente tempore lucus in formam crucis enatus, ætate Davidis inventus, in aulam portatus, ibidèmqve auro & purpura ornatus, maximo in honore habitus fuerit, usqvedum Regina Sabæ, qvæ Salomonem invisum auditumqve Hierosolymam venit, aspectu luci contristata & lacrymas tenere non potens, Regem certiorem fecerit, qvæ fata hunc lucum essent mansura, scilicet, qvod in qvodam illius ligno ipsius Dei Filius, totius mundi salvator, olim suspendendus & crudeliter necandus foret. Qvod prævertere volens sapientissimus Rex, lucum extemplo excisum in profundam limosamqve paludem detrudi curaverit, unde tandem, exhibito in carne generis humani Redemtore, putredini proximus extractus, tandemqve dudum destinato usui adhibitus fuerit. Recitat deinde, recentiorem, sive fabulam, sive historiam, qvod ab Helena, Constantini Magni matre, inventa & agnita fuerit, in qva Dominus vitam posuit, crux, cujus super omnes alias sanctas reliqvias, sanctitas & virtutes prædicantur, nempe, qvod dæmones abigat, ægrotos & saucios sanet, pauperes ditet, oppressos a periculis liberet, procellarum & ventorum vim cohibeat, ensium aciem hebetet, sangvinis profluvia sistat, & id genus alia, qvæ omnia enumerare piget; Tandem ab eodem Poëta vocatur Crux lumen regionum, vita spirituum, honor Angelorum, hominum auxilium qvæ, ut pro nobis in judicio intercedat, & cujus in æternum maneat honor, votis ardentissimis expetitur (a).

§. 14.

In templo Kaldadarnesensi intra Toparchiam Arnesensem ad fluvium Olvesaa in diœcesi Skalholtina Crux erat eximiæ magnitudinis, &, ut putabatur, summæ sanctitatis. Ad hanc qvovis vere & autumno, ut diebus Crucis venerationi dicatis, præsertim vero tempore autumnali, circa 14 diem Septembris, seu Exaltationem Crucis, ingens mortalium multitudo confluere solebat, qvorum nemo, nisi mendicus esset, vacuis manibus

(a) Conf. supra pag. 360. not.

manibus apparuit. Hac occasione accidit, circa Annum 1518, ut navis qva 59 aut 60 hujus modi religiosorum transvehebantur, nimio pondere depressa, in medio fluvio mergeretur, omnes autem vectores, inter qvos fuit Bödvarus sacerdos Gardensis, vir non infimi nominis, aqvis absorberentur (a). Præterea in Toparchia Skagafiordensi, intra Diœcesin Holanam, in templo qvod Hoffstadi erat, Icon seu simulacrum Sanctæ Virginis, vocatum *Hofstada Maria*, justæ fœmineæ staturæ, apprime vestitum, auro & argento coruscans, collocatum fuit. Huc, similiter ac ad Crucem Kalldadarnesensem qvovis Mariæ festo magna undiqvaqve religiosorum multitudo, vota, aut facientium, aut solventium, aut etiam opem Divæ implorantium, confluere solebat; nemini tamen, nisi extremæ paupertatis, sine aliqva oblatione pro modo facultatum apparere licuit (b). Qvidam vero ditiorum ut auxilium & exauditionem Mariæ Hoffstadensis debiti aut depositi instar in promtu & numerato semper haberent, certum tributum sibi indixerunt, qvod ei qvotannis expendebant; Horum unus fuit Teitus Nomophylax, qvi pro felici rerum successu, qvovis anno fordam, seu vaccam præstantissimam, dono ipsi dedit.

§. 15.

Marialatria, qvantum hoc tempore inoleverit, indicant ejus simulacra hodiedum passim obvia, ut & encomia & epitheta, qvæ in hymnis, vulgo *Mariu-visur* ipsi attributa occurrunt, qvalia sunt: *Regina cæli, pulcra gemma polorum, gloria sanctorum, tutamen fidelium, flos florum, salus anxiorum, peccatorum consolatrix, mater miserorum*, & plura ejusdem farinæ, qvæ longum foret enumerare. Omnes autem Mariæ Encomiastas longo post se intervallo reliqvit *EYSTEINUS* Monachus, in poemate, qvod *Lilia* vocatur, cujus tanta habebatur sanctitas & necessitas, ut qvidam id qvotidie, qvidam minimum semel qvavis hebdomade clara voce recitarent,

(a) Crucem Kaldadarnesensem anno 1548 sustulit Gissurus Einari filius, Episcopus Skalholtinus meritissimus, dissecuit autem, & in favillas redegit, Gislavus Jonæ; In cujus locum jussu & authoritate Brinjulfi Svenonii substituta est altera, earum, qvas in Islandia conspicere licuit, maxima, qvæ tamen nemini hodie scandalo est.

(b) Mariam Hofstadensem abolevit Olaus Hialti filius, primus apud Holanos reformatæ religionis Episcopus.

rent, qviqve id neglexerint, parum pietatis habere cenſerentur, adeo, ut multis ſymboli loco eſſet, & fere pro publica confeſſione fidei haberetur (a).

§. 16.

Tandem etiam *publicæ* & *privatæ precationes*, qvæ tum temporis in uſu erant, hic ſibi locum vindicant, qvas, ſi omnes adſcribi curaremus, nauſeam lectori moturas haud immerito timendum eſſet, harum itaqve paucas tantum, easqve non valde prolixas adducemus, qvasdam ex codice pergameno antiqvo (b), reliqvas ex antiqvis apographis cartaceis, qvædam etiam harum per oralem traditionem ad nos pervenerunt (c).

§. 17.

Indulgentias noſtrates Epiſcopi templis & ſimulacris ita conceſſerunt, ut qvi in illis legeret *Pater noſter*, *Ave Maria*! aut tale qvid, 40 dierum indulgentias haberet, qvibus populares non contenti, de aliis & extraneis adminiculis ſibi proſpexerunt; Qvorum non ultimum fuit oratio ſatis prolixa, qvam Angelus qvidam Leoni Papæ (ſi Diis placet) tradidit, ille autem Carolo Magno transmiſit, cujus præloqvium in libro membraneo, qvi inter ſchedulas noſtras latitat, ita ſe habet: *Hujus precationis authographum Angelus ex Paradiſo Sancto Leoni Papæ attulit* (d), *jubens*

(a) Hoc poëma, cum paulo prolixius ſit, infra ad finem hujus Sectionis exhibebimus. Cæterum conf. ſupra Tom. 1. pag. 587.

(b) Vid. ad finem Capitis Litr. B.

(c) Vid. ibid. Litr. C. Plures qvoqve hujus generis precationes habentur in *S. V. HARBOE Afhandling om Reformationen i Island* in *Kiöbenhavnſke Selſkabs Skriffter* Tom. 5. pag. 289. 290.

(d) Authoris eruditio inde patet, qvod Leonem Magnum, qvi anno 461 deceſſit, Carolo Magno ſynchronum facit, qvi anno 814 mortuus eſt; Nec juvat hoc ad Leonem III. referre, qvi anno 795 Papalem thronum aſcendit, & Carolum Magnum anno 800 Auguſtum appellavit, cum ingens illa clades, qva Carolus a Vaſconibus in ſaltibus Pyrenæis affectus fuit, qvam noſter vocat prælium Roncevallenſe, ad annum 778 ſit

jubens, ut indicet Regi Carolo Magno ad prælium Roncevallense ituro, literas hasce; earundem portatorem ab omnibus ejus tam spiritualibus qvam corporalibus hostibus, ab igne & aqva, a tonitru & igne cælesti, malis spiritibus, furibus, homicidiis, submersione & malis somniis liberaturas fore, qvem nec ipsa mors, nisi confessis peccatis, absolutionis & evcharistiæ participem factum, opprimere poterit, a membrorum tremore & titubatione semper immunem futurum, qvi nunqvam injuste judicetur, a qvoqvam insons odio nunqvam habebitur, nec in qvoqvam periculo interibit; mulier parturiens brevi vivum edet partum, qvi sacri lavacri particeps fiet, ipsaqve sanitati restituetur: qvæ omnia subseqventium Domini & Salvatoris nostri nominum & epithetorum virtute & nomine fient. Deinde seqvitur ipsa precatio, continens fere 200 nomina, epitheta, & attributa divina, partim lingva Hebræa, partim Græca, Latina aut Islandica. His subjunguntur septem Angelorum, & illis deniqve pleraqve Apostolorum nomina cum aliqvali explicatione, adjunctis votis & precandi formulis ex sacra scriptura depromtis. Qvibus tot tantisqve hujus precationis portatoribus datis promissis, alii adjiciunt haud minora ejus lectoribus assignata, nam cuicunqve eandem legenti dicunt hunc Papam M. dierum dedisse indulgentias. Sanctum Gregorium Papam qvinqve tales precationes composuisse & eas legentibus 20 millia 24 annorum 24 dierum indulgentias largitum esse, creditum est; Qvibus, Sixtus 4 orationes & collectas addidit. eoqve modo indulgentias duplicavit, ita, ut tandem existerent 40 millia 48 dierum indulgentiæ. Sed circa annum 1518 in Islandiam venit celebris illius Arcemboldi indulgentiarum venditoris emissarius, qvi Regionem circumiens, publice eas vendidit; Hæc, ad indicandum immanis superstitionis & indulgentiarum hac tempestate inolescentem abusum sufficere videntur (a).

§. 18.

---

sit referenda, adeoqve 17 annis ante ejus Pontificatum sub Adriano I. acciderit. Gregorius autem Magnus mortuus est 504, ubi non diffitendum, in qvibusdam exemplaribus legi Georgium, qvi inter Pontifices Romanos non invenitur.

(a) Fuerunt tamen sine dubio, qvi harum ineptiarum futilitatem perspiciebant, sed oppido pauci, qvorum qvidam proprio lucro vel honori velificantes veritatem in injustitia detinuerunt, ex. gr. Episcopus Stephanus, qvi indulgentiis Papæ vendendis se tantum non opposuit, sed ipse eas haud parce rudiori plebi dispertiit. Vid. infra Sect. 3. cap. 9. §. 3. 13.

§. 18.

Cum hactenus de perantiqva (a), & nescio magisne ridicula, qvam perversa, majorum de semidiis persvasione, ne verbum qvidem fecerimus, hic tandem, cum hac præsertim ætate ad fastigium qvasi pervenerit, & ut verus ac necessarius Religionis articulus, creditum fuerit, dari genios aut Semideos, nostra lingva *Alfa* & *alfafolk* vocatos, vel tribus tantum verbis tam famosum figmentum attingendum videtur. De eorum essentia & origine variant Auctores, qvidam enim a Deo immediate & sine parentum interventu, ut spiritus qvosdam, creatos esse volunt, qvidam vero ab Adamo, sed anteqvam Eva condita fuit, prognatos esse perhibent, tandem etiam nonnulli ad aliud hominum genus, sive Præ-Adamitarum prosapiam referunt, qvidam illis non tantum corpus humanum, sed immortalem etiam tribuunt animam, qvidam vero mortalem tantum spiritum animæ loco illis assignant, unde blatero qvidam (b) in schediasmate de illis scripto vocat eos nostrum *Half-kyn* (semi-homines). Hæcce geniorum gens, scilicet, qvæ in Islandia & circa eandem habitat, ex talium næniarum venditorum mente, magistratum habet politicum eodem fere modo institutum, qvo ipsi regionis incolæ, cui duo præsunt Reguli, qvi per vices altero qvovis anno, una cum subditorum qvibusdam in Norvegiam, ipsi gentis Monarchæ, qvi ibidem habitat, semet stituri enavigant, illi de subditorum fide, continentia, & obedientia,

(a) Originem hujus superstitionis qvidam a gentilibus derivant, & Paganismi reliqvias esse putant, qvos etiam genios aut Deastros, lapides & montes incolere credidisse certum est. Qvidam vero Monachorum fabulis eandem adscribunt, qvi easdem ex proprio cerebro potulerint, qvalia sunt: *Somnium Katla*, *Gullkari Oda*, *Modari fabula*, aliaqve ejusdem farinæ; Nostra sententia est, originem qvidem a gentilibus manasse, sed Monachos suo more ex antiqvis fabellis & Præadamitarum doctrina historias fecisse, qvas rudioribus pro veritate vendiderunt.

(b) Plura qvidem hujus argumenti circumferuntur scripta, qvalia sunt *Fiandafala*, ɔ: dæmoniorum terror, authorem agnoscens notissimum circumforaneum *JONAM GUDMUNDIUM*, per ironiam communiter dictum *Doctum*, de qvo Vir Doctiss. Magist. *BRYNJ. SVENONIUS* in Epistola ad Wormium, vide *WORMII Epistol.* 970, pag. 1050, ita: *Jonas Gudmundius ære dirutus, verius qvam rude donatus, sibi & aliis inutilis in angulo consenuit.* Præcipuum autem Schediasma de Alfis & Alfheimum ɔ: de Semidiis eorumqve habitatiunculis, eidem auctori vulgo attributum, nostro judicio est scriptum nullius pretii, & meras nugas continens.

entia, verax dicturi testimonium, hi vero, magistratum aut Regulos, si justitiæ aut bonorum morum limites transgressi fuerint, accusaturi, qvi criminis aut injustitiæ convicti, statim officio exuuntur, aliiqve iisdem substituuntur; justitiam enim, & æqvitatem præ aliis virtutibus gens hæc colere fertur. Hinc licet valde, præsertim verbis & imprecationibus, potens sit, raro tamen nisi lacessita aut injuria affecta hominibus nocet. Irritata autem horrendis inimicos diris ac pœnis ulciscitur. Recens præterea natis & nondum baptisatis Christianorum liberis, ne suis, qvos mente, viribus, forma aut aliis dotibus invalidos futuros prævident, illorum loco substitutis, eosdem suffurarentur, magnum semper creditum est imminere periculum, qvales suppositi semideorum liberi communiter vocabantur *umskiptingar*, unde nutriculis & obstetricibus jugiter vigilandum, & infans, usqvedum baptismo potiretur, firmiter ulnis tenendus fuit, ne tali permutationi ullam præberent occasionem, & hinc est, qvod vulgus stultos, fædos & inciviliter sese gerentes "Umskiptinga, eins og hann sie kominn af álfum" id est: *suppositios, qvasi ab Alfis genitos*, vocare solet. Rupibus, tumulis, colliculis, & ipsis etiam maribus pro domiciliis utuntur, qvæ intus nitida, omniaqve domus utensilia ad munditiem accommodata sunt, domum qvandoqve homines invitant, præcipue autem Christianorum conversatione delectantur, qvorum qvidam cum eorum filiabus aut sororibus, qvas non minus salaces qvam formosas esse ferunt, congressi sunt, & ex iisdem liberos susceperunt, qvos sacra lympha, ut immortalem plane, & qvæ salvari posset, accipiant animam, ablui omnino decet, qvid, qvod? qvasdam eorum mulieres legitimo conjugio cum qvibusdam hominibus conjunctas perseveranter cohabitasse, & bene qvidem initio, sed malo plerumqve aut tragico fine rem gessisse, fingere non erubuerunt. Armenta eorum, si non qvidem numero sunt permulta, magnopere tamen qvæstuosa, qvæ pariter ac domini invisibilia sunt, nisi qvando apparere placet, qvod sereno aëre & splendente sole plerumqve fieri solet, nam cum intra suas habitationes solem non videant, in apricum sæpe exspatiantur, ut solis fulgore exhilarentur. Hinc etiam mortuorum Regum & Magnatum loculi, qvales sunt oblongi lapides, qvi passim in tesqvis & salebris conspiciuntur, sub dio & in solis conspectu semper jacent. Domicilia & habitationes non secus qvam homines subinde mutant, idqve ipsa novi anni nocte prima, unde harioli & ardeliones qvidam hac nocte

in compitis excubare ſolebant, ut variis & ad id deſtinatis, adhibitis exſecrationum formulis, a tranſeuntibus futurorum revelationem exprimerent (a), reliqvi autem talium non periti, præſertim familiarum capita, hoc veſpere liberis & ſubditis ſevere injungebant, ut eadem nocte verbis & factis graviter & modeſte ſe gererent, ne inviſibiles hoſpites, & futuri forte proximi & accolæ læderentur, aut qvodam modo offendi poſſent, hinc cubitum euntes, qvidam nec exteriores domuum, nec cænaculi, fores claudebant; ſed accenſo lumine inſtructaqve menſa, adventitios aut adventuros, appoſitis, ſi placeret, frui jubebant, intraqve ſui territorii fines, ſi ibidem habitare allubeſceret, ſalvos ac ſoſpites, ſibiqve faventes vivere optabant. Ut perantiqva eſt hæc ſuperſtitioſa perſvaſio, ita diu & ad patrum fere memoriam apud qvosdam viguit.

§. 19.

Qvæ hucusqve retulimus, non omnia ita nova ſunt ac ſi hoc demum tempore inventa ſint & in uſum venerint, qvædam enim prioribus ſeculis non ignota fuerunt, licet inter neceſſaria non numerarentur, ſed hoc demum tempore ſuperſtitioni maxime dedito, omnia una cum antea recenſitis & forte pluribus qvæ noſtram diligentiam effugere facile potuerunt, ut ſumme neceſſarii & fundamentales Religionis Articuli obſervabantur. In reliqvis autem perparum mutatum invenimus; *Ceremoniæ* enim, *Ritus* & *Ordines Eccleſiaſtici* iidem prorſus fuerunt, niſi qvod *Excommunicatio* jam triplici modo fieri cœpit, primo per publicum judicium, qvando Epiſcopus cuidam dicam ſcripſit & ex ſententia judicum, ipſo qvod commiſerat peccato aut facto excommunicationem promeruiſſe pronuntiavit, qvam (ſcilicet ne actu & formaliter excommunicaretur) ſi effugere voluit, mulcta ei ſtatim erat ſolvenda, pœnitentia ex Epiſcopi præſcripto agenda, & abſolutio petenda, qvod ſi ſubterfugit, ſeqvebatur excommunicatio minor, qvæ ſcripto fiebat & publice per totam provinciam proclamabatur, tandemqve, ſi non intra conſtitutum tempus

(a) Qvalis fuit famoſiſſimus ille *JONAS KRUCK* qvi Seculo 15 vixiſſe perhibetur, cujus prophetia dicta *Krucksſpá* de mutatione Religionis aliisqve futuris, a talibus ſemidiis illi revelatis, circumfertur, qvæ nugæ, ab inepto qvodam Brynjulfi Svenonii, viri laude meliore digni, præcone, circa vel paulo ante annum 1660 revera ſcriptæ ſunt.

tempus se submisit, ultima illa & maxima ab ipso Episcopo ore & opere, assistentibus 12 sacerdotibus, accensis candelis & sonantibus campanis addebatur, ut ex ipsa historia & Episcoporum actis abunde patebit (a).

(a) Conf. supra Period. 2. cap. 1. §. 23. Tom. 1. pag. 145. Magnam his lucem adfert formula excommunicationis a Jona Arii Gislao Jonæ, postmodum Episcopo Skalholtensi inflictæ, qvæ talis est: *Omnibus & singulis has literas visuris & audituris, salutem dicimus; Nos Jonas, Dei tolerantia Episcopus Holana & Visitator Skalholtina diœceseos, item a Sanctissimo Patre Papa Constitutus Judex omnium Causarum Papalium qvæ oriuntur & orta sunt in Islandia, nec per legitimas Qvittantias olim composita & sopita sunt, notos facimus subseqventes Articulos, qvos tu Gislo Jonæ locutus fuisti. 1) Ausus fuisti talem proferre blasphemiam & detestabilem loqvendi modum Beatam Dei Matrem, Sanctam Virginem Mariam potentiorem non esse qvam alias vulgares & egenas Virgines, illosqve esse servos Diaboli, qvi credunt eam pro Christianis intercedere, illis adesse, & qvidqvam auxilli ferre. 2) In Generali Synodo, & in ipso templo Skalholtensi in legum contemtum & suppressionem te nunqvam Juri Romano esse obsecuturum, aut Episcopo obediturum, qvi mithram ferret, aut Monachus esset. 3) Christianos homines falsam Religionem docuisti, & propagasti. Cum igitur recitati Articuli testibus probari possint, & vere evictum sit, ut supra dictum est, te & fecisse & dixisse; hac dica tibi diem diximus, jubemusqve sine omni mora aut effugio, ut ad nos venias, ubi & qvando nos assequi poteris, ob dictas causas nostram petiturus gratiam & conciliationem. Tres tibi admonitiones ponimus, qvarum cuiqve qvinqve dies concedimus: Si autem statuto tempore ad dicendum causam ad nos venire neglexeris, noscas te interdictioni a sacris & perfectæ devotioni obnoxium esse, qvam, & verbis & factis promeritus es. Prohibemus ergo ne posthac templum intres aut qvidqvam sacerdotalis officii peragas, excepto qvod tuas horas legere liceat, tamen submissa adeo voce, ut nemo eam audiat; Prohibemus etiam omnes christianos homines ullum commercium, mercaturam & conversationem tecum habere, tecum dormire, edere aut preces pro te effundere, excepto, qvod pro tua emendatione orare liceat, prout Jus Ecclesiasticum mandat & indicat: Si qvi osculantur, salutant, orant nuntium ferunt aut sermones publice serunt, cum qvoqvam Papalem excommunicationem promerito, minorem excommunicationem sibi contrahunt debentqve mulctas pro tali conversatione pendere. Nisi tu post unius mensis tempus exactum, a qvo has nostras literas audieris, te excusatum & emendatum ad nos accedas, justis causis inducimur, invocata Spiritus Sancti gratia, perfecte te diris devovere & excommunicare huc pertinentibus verbis qvæ Sanctus Rex David protulit, & Sanctissimi Patres Papæ & alius christianus Magistratus constituerunt & injunxerunt. Si qvid autem impedimenti intervenerit, qvin munia nostra erga te perficere poterimus, certe æternæ maledictioni obnoxius es, nisi legitime accipias absolutionem. In testimonium & confirmationem his literis nostrum appendimus sigillum. Holis in Hialtadal. Anno 1550.* Hinc patet, non duplicem tantum ut prioribus seculis hac tempestate excommunicationem, sed triplicem in usu fuisse, nam

Eidem innodati, omni qvidem tempore pro Episcopi beneplacito absolvi potuerunt, sed maxime usitatum fuit, eosdem die Cinerum, facta in conspectu Ecclesiæ confessione, absolvere & *pœnitentiam* publice injungere, qvam, subseqvente Qvadragesimæ tempore tali pietatis operi præsertim destinato, publice agerent, ut eo absoluto, Die Paschatos corpus Domini accipere possent; Qvod si ob prægnantes aliqvas causas fieri non potuit, huic operi destinatus fuit dies Viridium, ut postridie, seu Die Soteriorum, coram tota Ecclesia pænitentiam agentes, seminudi, sacco & vilissimis centonibus aliqvatenus tecti ad plagas & sangvinem usqve flagellarentur & misere excruciarentur, qvod eo majori ratione a lapsis exigi potuit, qvod stantes etiam, in memoriam aut ad imitationem Dominicæ passionis eo die jejuni, sordidati, & nudis pedibus incedentes variis modis corpora qvandoqve virgis & scuticis castigabant (a), adeo ut infantes

---

triplex hic memoratur. *Minor*, *Major* & *Maxima*. De *Minore* seu *Minima*, loqvitur Episcopus his verbis: *si qvis* &c. scilicet *cum excommunicato conversantur; Minorem sibi contrahunt excommunicationem debentqve* &c. *Majorem* dat, sistitqve ante oculos ipsum Diploma. De tertia & *Maxima* loqvitur, dicens: *Justis causis inducimur, advocata Spiritus Sancti gratia perfecte te Diris devovere & excommunicare huc pertinentibus verbis qvæ Sanctus Rex David protulit, & Sancti Patres Papæ* &c. Erant hæ diræ ex Psalmis Davidis, libris Mosaicis, & aliunde collectæ, præsertim vero ex *Deut.* 28, & *Psalm.* 109. Conf. supra Per. 2. Sect. 1. cap. 1. §. 23. Tom. 1. pag. 145. Id tantum monitu dignum putamus, qvod hæc excommunicatio *Major* seu *Maxima*, de qva hic sermo est, a reliqvis qvas vidimus (conf. loc. cit. & infra Sect. 4. cap. 5. §. 6.) in eo differat, qvod campanarum soni & candelarum exstinctionis in Maxima excommunicatione usurpare solitorum non meminit, qvod tamen apud Papicolas in tali actu fuisse usitatum certo certius est. Conf. præter alios Perillustr. *PONTOPPID. Annal. Eccles. Dan.* Tom. 2. pag. 759. & *JOH. WOLFG. JÆGERI Hist. Ecclesiastico Polit.* lib. 6. cap. 1. ad annum 1616 ubi tale qvid adfert, dicens: *Nec Pontifex amplius moratus, nigram candelam manibus tenens eodem in loco terribilem excommunicationem in* M. Antonium de Dominis *pronuntiavit.*

(a) Cum perantiqvus sit hic mos & a primis Religionis Christianæ in his Regionibus exordiis, seu illis temporibus derivandus, qvibus una seu antiqva Danica lingva plerisqve gentibus cis Rhenanis communis fuit, facile inducimur ut credamus *Char* in *Char-freytag* esse idem ac antiqvorum *Kar*, sqvalor, seu sangvis cum pulvere & sudore concretus; qvæ vox hodie apud nos in compositis usurpatur, ut *Kar-Kalfr*, *Kar-Lamb*, vitulus & agnus recens natus, sordibus nativitatis sqvalens: Verbum *kara*, significat purgare, sqvalorem abluere: *U-karadur*, sqvalidus, impurus; *Hálf-karadur*, semipurgatus. Primitivum vero *kar*, occurrit, (ut unicum tantum antiqvum

infantes a talibus non immunes essent, eosdem enim, sive aliqvid, sive nihil, commiserant, Soteriorum die virgis cædere moris fuit, qvi mos, ut perantiqvus, ita ejus reliqviæ, longo post Reformationem tempore, apud qvosdam antiqvorum rituum tenacissimos in usu fuit.

§. 20.

Ordines & officia Ecclesiastica licet eadem essent, *nova* tamen *dignitatum nomina* qvibusdam personis indita fuerunt, ita ut Pastores, Grenjadarstadensis in Holana, & Oddensis ac Hytardalensis in Skalholtina dioecesi fuerint jam vocati *Canonici Archicathedræ Nidarosiensis*, nec aliam ob causam, qvam qvod Archiepiscopus & Capitulum Nidarosiense potestatem has Præbendas conferendi sibi arrogabant, Sacerdotes etiam nullas habentes Præbendas in domo Episcopi ejus beneficio & qvadra viventes, sacrisqve in templis Cathedralibus subservientes, hujus vel illius *Cathedræ*

 Canonici

---

qvum adferam exemplum (in *Vigaslyrs Saga* & qvibusdam *Eyrbyggiæ* Exemplaribus in Rythmo Vigastyri, qvem anno 1008 sqvalorem itinere & turbida tempestate contractum abluturus, in balneo, occisus, paucis post diebus puellæ mortuum conspicere desideranti, cecinisse fertur, hoc modo: " Horfinn er fagur farvi, forvitin fiadu " litinn. Kar er í kampi varum, kystu mær ef lyster. " Id est: *Defluxit nitida pulcritudo*, *aspice curiosa colorem*, *sqvalor* (kar) *est in barba nostra*, *osculare virgo*, *si placet.* Hic sqvalorem seu concretum cum sangvine sudorem & pulverem, vocat *Kar;* Cui simile qvod *VIRGIL. Æn.* 2 ita exprimit:

Sqvalentem barbam & concretos sangvine crines
Vulneraqve illa gerens ——

Cum itaqve Sanctissimi Salvatoris corpus die Passionis totum hoc modo laceratum & sqvalidum esset, conf. *Ps* 22. v. 7. ut & *Es.* 53. v. 3. seq. & antiqvi in ejus memoriam se aliosqve eodem die hoc modo affligerent; aut ipsum diem a Nomine substantivo *Kar* vocarunt *Chartag*, seu diem sqvaloris, aut a verbo *kara*, sqvalorem abluere, diem purgationis, cum Christus sua passione sqvalorem peccatorum nostrorum abluerit, qvod & ipsi ejus imitatione efficere se posse putabant. Qvæ Etymologia haudqvaqvam postponenda videtur ei qvam *CHEMNITIUS Examin. Concil. Trident.* Part. 4. pag. 115, sed haud dubie præponenda *Vossianæ* in libro *de Vitiis sermonis*, voce *Carina.* Est enim vox *Carina* 1) barbara & adscititia, 2) est contra consvetam compositionum & dirivationum analogiam, juxta qvam deberet dici *Carentag* non *Chartag;* & sic 3) haberet respectum non ad unum diem & ejus propria, qvæ sunt pati pro peccatis & eadem abluere, sed ad integrum qvadragesimale jejunium.

Canonici (a) perinde ac monachi, hujus vel illius *Monasterii Canonici*, vocati fuerunt. *Officialis* nomen & munus priori seculo notissimum fuit, qvo tum insigniebatur vices Episcopi absentis aut mortui agens, qvo officio in eadem dioecesi non nisi unus simul fungebatur, jam autem non tantum plures simul, sed etiam vivo ac præsente Episcopo memorantur, qvi fere nihil aliud fuerunt, qvam qvi communiter *Præpositi* vocantur, nisi qvod eorum præfectura paulo latius patebat. Qvando autem (α) se scribunt *Dei gratia officialem*, aut etiam eorundem *gratia* memoratur, (in tantum enim Cleri fastus creverat, ut officialis gratia etiam pro lege haberetur) aut (β) etiam Acta sua officialatus Sigillo muniunt; deinde (γ) si causæ majoris momenti in synodo generali, nulla Episcopi facta mentione decidebantur, ac deniqve (δ) si se dioeceseos officialem nullis additis locorum nominibus, intra qvæ eorum poteſtas terminatur, nominant, signum est eos fuisse episcopali præditos potestate, & Episcopum, aut absentem, aut mortuum, fuisse. *Officialis* & *Dispensatoris* seu *Qvæstoris* munus, licet diversa essent, antiqvitus tamen sæpe conjungebantur, nunc autem sæpius separata fuerunt, nam Officialis ea qvæ ad Episcopi officium pertinebant, sed Dispensator cathedræ bona, reditus & expensas curabat: cum huic officio sacerdotes, Viri maturi consilii, juris utriusqve & rei oeconomicæ peritissimi, plerumqve præponerentur, qvorum auctoritas & honor tantus fuit, ut proxime post Officialem & Abbates

---

(a) *Canonici* primitus fuerunt viri docti ad templa Cathedralia in communitate Episcopi viventes, qvi juventutem in bonis artibus, præsertim Theologia, informabant; certasqve vivendi regulas præscriptas habebant, qvorum Collegia Carolus Magnus circa & ante annum 800 in Germania plurima instituit. Seqvioribus autem Seculis, non tantum juventutis informationem omiserunt, sed etiam præscriptas regulas plane neglexerunt, adeo ut etiam Vicarios sustentarent, qvi suo loco horas Canonicas decantarent, ipsi autem se pro Episcopi Consiliariis gerebant, & vacante sede, ipsius munia & authoritatem sibi arrogabant: Horum collegium *Capitulum* vocatur. Distingvebantur pro munerum ratione in Præpositos, Diaconos, Thesaurarios, Primicerios, Scholasticos, Cantores, Vicarios, Lectores &c. &c. Hodie distingvuntur in *Seculares*, qvorum pleriqve sunt Magnates, ut Comites, Barones, Eqvites, &c. & *Regulares*, qvi certis vivendi regulis obligati sunt. De Canonicis & Capitulis in Islandia vide supra pag. 142. Qvalis eorum in Islandia fuerit conditio, optime docent eorum collationis literæ, & juramentum fidelitatis Episcopo dictum, vid. ad finem hujus Capitis Litr. D. E. ex Codice pergameno Originali in Bibliotheca Magnæana No. 135. in Qvarto, exscriptas.

bates nominentur; legibus cautum fuit, nemini licitum esse, tale munus detrectare, modo ab Episcopo id ei demandaretur; tempus autem ultra triennium, nisi uterqve consentiret, non debuit extendi.

§. 21.

Templa hac tempestate nova perpauca exstructa fuerunt, sed antiqvorum census, Episcopis eadem ditandi nullam plane occasionem omittentibus, haud contemnendum incrementum cepit; Nam præter consvetam & illis debitam annuam sortem ac spontaneas largitiones, qvivis Pastor ex præbendæ sibi concessæ proventibus, decimam partem illis tradere tenebatur. Nec reliqvis eorum curatoribus, qvi plerumqve erant fundi possessores, templorum residua, seu qvæ annui reditus expensas superabant, alio qvam ipso fundo solvere concedebatur (a), ut eo tandem modo multi melioris notæ fundi & prædia, templorum fierent peculium. Si qvis vero aut ipsa templa eorumqve fundos aut possessiones aliqvo modo læsisse insimulabatur, statim in jus vocatus, non tantum damni restitutionem pendere adjudicabatur, sed præterea etiam *Fullrette*, seu pleni juris mulctam, qvæ minorum templorum erat 15 marcæ, seu 25 Imperiales, & templo insuper Cathedrali 60 marcas, qvippe qvod, ut reliqvorum Mater, læsione juris Filiarum læsum qvoqve & offensum esse censebatur. *Monasterium* autem unum ad prædium *Skrida* in Toparchia Mulensi, Stephanus Episcopus Skalholtinus anno 1493 exstrui & fundari curavit, qvod prædium Haflidus Thorsteini ejusqve uxor Cecilia Thorsteini, una cum omnibus ad id pertinentibus & aliis qvibusdam possessionibus, Deo omnipotenti, Sanctæ Virgini Mariæ, & Sancto Sangvini (b) legaverunt. Sed templum ibidem exstructum anno 1512 Præsul corpori Christi dedicavit, (c). *Festa*, præter Visitationis Mariæ, a Sveno Sapiente

---

(a) Vid. supra pag. 241.

(b) Sangvinem Christi in Norvegiam anno 1165 illatum fuisse, testantur *Annales*, qvem re vera eum fuisse, qvi ex sanctissimo Salvatoris corpore effluxit, serio asseverant, hujus deinde particulam in Islandiam translatam, & in templo Skridensi depositam, fuisse creditum est, sed hæc fuit vulgi tantum persvasio, veram autem & genuinam causam cur templum Skridense Sancto Sangvini consecratum fuerit, in *Histor. Monast. Island.* cap. 12. adtulimus.

(c) Vid. pluribus nostram *Historiam Monast. Islandiæ* cap. 12.

Sapiente introductum, eadem ac antea manserunt, nisi hic in censum venire debeant dies qvidam incisi, qvales sunt Hallvardi (a), Botolphi (b), aliiqve, de qvibus tamen incertum est, an unqvam inter festa relati fuerint.

§. 22.

Jus nunqvam tam severe dictum, nec disciplina ecclesiastica unqvam rigidius, qvam sub hujus Periodi finem, exercita fuit (c), qvod non tam qvorundam Episcoporum Religionis zelo, qvam avaritiæ & dominandi libidini tribuendum esse, ipsorum acta abunde docent. Lex seu legum codex ad cujus normam & præscriptum jus dicebant & justitiam exercere videri volebant, fuit is, cujus supra (d) sæpius fecimus mentionem, ab Arna Thorlaci filio conscriptus, sed tandem anno 1356 a Magno Erici penitus confirmatus (e), Islandisqve, ut lex universalis omnibus observanda, injunctus, cui alias, partim antiqvas, partim recentiores, Ecclesiasticas Constitutiones & Pontificum Decreta in subsidium vocarunt. *Forma* vero & modus *procedendi* non semper idem adhibitus & observatus fuit, plerumqve tamen dica reo scripta, conventu indicto, testibusqve, si haberi potuerunt, actum fuit; alias etiam, sed rarius, reis jure jurando semet purgare aut accusatoribus intentatam causam juramento probare concessum fuit, & licet forma qvædam judiciaria observaretur, plerumqve tamen is fuit exitus, ut reus condemnaretur, & si non staret judicio,

---

(a) Hallvardi Festum incidit in 15 Maji. Errant vero qvi autumant Sanctum Hallvardum fuisse filium Olai Sancti, cum ejus fuerit consobrinus, nam Gudbrandus, Olai avus maternus, tres habuit filias 1) Astam qvæ ex Haralldo Grænska peperit Olaum Regem, & ex Sigurdo Syr Haralldum Imperiosum, 2) Thoreyam matrem Hallvardi Sancti, & 3) Isridam matrem Eymundi nobilis Piratæ & Reguli, sed aviam Thoreri Steigensis, cujus in Historia Norvegica non incelebris mentio. Occisus est Hallvardus, si *Annalibus Flateyensibus* fides, anno 1043.

(b) Botolphi Abbatis festum in 17 Junii incidit.

(c) Hoc non ita intelligendum est, ac si priores Episcopi conniventes fuerint; Exempli loco sit pœna condigna Sacerdoti cuidam a Jona Vilhelmi filio anno 1431 præscripta; Vid. ad finem Capitis Litr. F.

(d) Vid. supra Tom. 1. pag. 540 — 550. Tom. 2. pag. 10. sqq.

(e) Vid. supra Tom. 1. pag. 437.

judicio, excommunicaretur. Ipsi enim Episcopi aut eorum vicarii ut plurimum, Judicem, Actorem, imo qvandoqve etiam Testem agebant, illisqve mulctæ pecuniariæ cedebant. Assessores autem fuerunt Abbates, Sacerdotes, qvandoqve etiam in causis minoris momenti, & defectu superioris ordinis, diaconi & laïci, raro autem vel infra 6, vel supra 24 personarum numerum tale Consistorium habuit; sed sive multi, sive pauci essent, omnes tamen Præsidis amici, eiqve obnoxii fuere, qvi omni in ipsum translata potestate, ipsius imperio subjecti, ad ejus nutum sententias dixerunt, qvibus rei facultatibus exuebantur aut anathemati innodabantur, non nunqvam etiam vinculis, carcere, tormentis, cohibendi judicabantur; Perraro autem vel severissima qvævis sententia, sine gratiæ Spiritus Sancti invocatione pronuntiata fuit; consvetus enim seqvioris Seculi stylus talis erat: *N. Dei gratia Episcopus* &c. Et qvando Assessores de eo loqvebantur: *prout ejus gratiæ libuerit* &c. Et sententiam pronuntiaturi: *ideoqve implorata gratia Spiritus Sancti judicamus* &c. Tandemqve: *Hanc nostram sententiam nobiscum confirmavit Reverendus Dominus Episcopus* &c. Interdum in rebus minoris momenti, dimidiato clericorum & laicorum numero utebantur, ipsi sententiam pronuntiantes, hac formula præmissa: *Ideoqve in nomine Domini Amen! diximus pro tribunali sedentes pleno juris judicio* &c. *approbantibus nobiscum* &c. Reperiuntur etiam soli judicium exercuisse, & hac adhibita formula pronuntiasse: *N. notum facio, qvod N. in jus vocavi, qvam dicam legitimam esse judicavi, ideoqve implorata gratia Spiritus Sancti*, &c. Et tandem: *Hoc meum judicium, me pro tribunali sedente promulgatum in scriptis prolatum fuit.* Qva forma non pauca Episcoporum Holensium judicia & sententiæ, qvæ ad nos pervenerunt, concinnatæ reperiuntur, qvibus etiam Skalholtensium nonnulla similia sunt.

Litr. A.

Kyrieleeson. Christeleeson. *Kyrie Christe audi nos.*
Pater de celis Deus! *miserere nobis.*
Fili redemptor *miserere nobis.*
Spiritus Sancte deus *miserere nobis.*
Conditor mundi *miserere nobis.*
Saluator mundi *adjuua nos.*

Sancta trinitas unus deus *miserere nobis.*

Sancta Maria mater Domini, sancta Dei genetrix, sancta uirgo uirginum *ora pro nobis.*

Sancte Michael, Gabriel, Raphael *ora pro nobis.*

Omnes sancti Angeli & Archangeli *orate pro nobis.*

Omnes sancti throni & dominationes, omnes sancti principatus & potestates, omnes sancte celestes uirtutes, omnia sancta cherubin ac seraphin *orate pro nobis.*

Sancte Johannes baptista *ora pro nobis.*

Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ *orate pro nobis.*

Sancte Petre, Paule, Andrea, Johannes, Thoma, Jacobe, Philippe, Jacobe, Bartholomee, Mathee, Simon, Taddee, Mathia, Marce, Luca, Barnaba *ora pro nobis.*

Omnes sancti apostoli & evangeliste *orate pro nobis.*

Omnes sancti innocentes & discipuli domini, *orate pro nobis.*

Sancte Stephane, Line, Clete, Clemens, Sixte, Corneli, Cipriane, Dionisii cum sociis tuis, Mauricii cum sociis tuis, Kiliané cum sociis tuis, Alexander cum sociis tuis, Cezeon, Laurenti, Vincenti, Fabiane, Sebastiane, Calixte, Urbane, Vite, Vitalis, Landberte, Tiburti, Valeriane, Osvalde, Olave, Eatmunde, Thoma, Magne, Hallvarde, Blasi, Johannes, Pantaleon, Theodore *ora pro nobis.*

Omnes Sancti Martires *orate pro nobis.*

Sancte Silvester, Gregori, Nicolae, Martine, Thorlace, Benedicte, Egidi, Jeronime, Augustine, Johannes, Ambrosi, Germane, Vedasti, Amande, Leo, Damase, Seuerine, Brictii, Columba, Cuthberte, Suithune, Leonarde, Remigi *ora pro nobis.*

Omnes Sancti Monachi & heremite *orate pro nobis.*

Sancta Maria Magdalena, Felicitas, Perpetua, Agatha, Agnes, Cecilia, Lucia, Margareta, Brigida, Katerina, Sunniua, Barbara, Anastasia, Petronilla, Prisca, Ursula cum sodalibus, Fides, Spes, Karitas, *ora pro nobis.*

Omnes Sancte uirgines, Omnes Sancte vidue ac continentes *orate pro nobis.*

Omnes Sancti *orate pro nobis.*

Christe *audi nos.*

Propicius esto *parce nobis domine.*

Propicius

Propicius esto *exaudi nos domine.*
Propicius esto *libera nos domine.*
Ab insidiis Diaboli *libera nos domine.*
A morbo malo *l'* — —
A peste & fame *l'* ——
A pestilentia & clade *l'* ——
Ab omni immundicia cordis & corporis *l'* ——
A subitanea & improuisa morte *l'* ——
Ab omni malo *l'* ——
Per incarnationem & nativitatem tuam *l'* ——
Per circumcisionem & apparitionem tuam *l'* ——
Per baptismum & jejunium tuum *l'* ——
Per Passionem & crucem tuam *l'* ——
Per mortem & sepulturam tuam *l'* ——
Per gloriosam resurrectionem tuam *l'* ——
Per venerabilem ascensionem tuam *l'* ——
Per aduentum Sancti Spiritus paracleti *l'* ——
In aduentu tuo secundo *l'* ——
In die judicii *l'* ——
Peccatores te rogamus *audi nos.*
Ut pacem & sanitatem nobis dones.
Ut remissionem omnium peccatorum nostrorum nobis dones.

Litr. B.

Ad Divum Olaum.

O Christi Martir Clare, tuos ad te clamantes audi famulos, qvia tue predicationis gratia, qve nefandis cultibus ad veri dei cultum nos revocavit, nos gaudemus & credimus, qvia tu regnas cum Domino Rex invictissimus, te humiliter deprecamur, ut digneris nos adjuvare tua sancta oratione, ne prævaleat Diabolus suam in nos perficere voluntatem, & tempera nobis omnium castitatem & humilitatem, benignitatem, temperantiam, patientiam spiritualem, disciplinam, & obedientiam & virtutem debellare fortiter de armis fidei adversus tentationes Diaboli. Fac nos semper gloriosissime Olae & Martir Jesu Christi preciose tuis orationibus adjuvari, qvia ab impiissimis hominibus occisus eras

pro justicia, fac nos gaudere sine fine in sanctorum patria, & ut te cum, Rex, mereamur videre Deum Regem omnipotentem trinum & unum Dominum regnantem per infinita secula seculorum Amen.

Alia; ad eundem.

Deus qvi es Regum omnium corona & Martirum victoria, annue nos beati Olai Regis & Martiris pia apud te experiri patrocinia, ut per tuam, qvam in ejus glorificamus passione, magnificentiam, coronam vite diligentibus te percipiamus repromissam &c.

Ad Petrum, Paulum, Andream & Johannem (*).

Sancte Petre Apostole electe Dei, tu confessus es filium Dei; super te ædificat Dominus Deus Ecclesiam suam & tradidit claves Regni cœlorum; Tibi ligandi dedit potestatem atqve solvendi & remittendi peccata; Tu es Apostolorum princeps & exemplar pœnitentiæ, Doctor Ecclesie, Janitor Paradisi, adjutor electorum, Tu es susceptor animarum, & ego misera, & fragilis, & peccatrix, qvid sim factura. Cum venero ad te adjuva me ne recedam refusa propter vitia & peccata qvæ male commisi. Solve vincula peccatorum meorum qvi habes potestatem ligandi & solvendi in cælo & in terra. S. Petre, S. Paule, S. Andrea, B. Johannes, Apostoli Domini, aperite mihi portas justicie; ingressus in eas confitebor Domino Amen.

Ad Divam Virginem (*).

O Domina mea Sancta Maria, me in tuam benedictam fidem & singularem custodiam ac in sinum misericordiæ tuæ hodie & qvotidie atqve in hora exitus, mei animam meam & corpus meum tibi commendo, omnem spem meam, consolationes, angustias, miserias & finem vitæ meæ committo, rogans ut per tuam sanctissimam intercessionem & gloriosa merita, omnia mea dirigantur & disponantur opera, secundum tuam tuiqve filii voluntatem ad meam utilitatem Amen.

Litr.

(*) Videtur esse precatio privata.

Litr. C.

1) *Mariu Reifuvers.*

(c) Móder Jesu vere med off Milldr gud oc helge kross, Alldafader, englalid, Aller Helger búe ferd, fríder Spámenn Frúr oc Postular fyrer oss bid.

2) *Mariu Vögguliód.*

Sof þú eg unni þier, aller helger þióne þier, Petr oc Páll á Rómi, hiálpi þer á dómi, oc sú hin mildasta mær, sem marga bæn af gude fær. Sancta Maria sie þier holl, sú er betre enn raudt gull, hvar sem þú reikar á lande, signe þig oc svæfe, siálfr gud oc Heilagr Ande.

3) *Vögguliód.*

Þig svæfi Gud oc Gudsmóder, tíu englar oc tólf postular, Thomas hinn trausti, oc tveir adrer, Magnus oc Marteinn, þig svæfe Drottinn.

4) *Kvölld oc Morgunvers til sællrar Mariu Meyar.*

Bid eg Maria biarge mer, burt úr öllum naudum, annars heims oc eirnin her, ástmær Guds eg treyste þer, bid þú fyrer mer bæde lífs oc daudum.

Bbb 3 5) *Nidr-*

(c) 1) *Cantilena iter suscipientis ad Mariam.*

Mater Jesu, nobiscum esto, clementissime Deus, & Sancta Crux! Pater Seculorum, chorus Angelorum, omnes Sancti, eximii Prophetæ, Virgines & Apostoli iter præparanto! Ora pro nobis!

2) *Carmen Marianum ad cunas.*

Dormi! ego tibi faveo, omnes Sancti tibi serviunto, Petrus & Paulus, qvi Romæ sunt, tibi in judicio opem adferunto, & clementissima illa virgo, qvæ multa a Deo impetrat. Sancta Maria, qvæ rutilanti præstat auro, tibi, ubicunqve terrarum constitutus fueris, propitia esto, ipse Deus tibi benedicat & somnum conciliet, ut & Sanctus Spiritus.

3) *Carmen ad cunas.*

Tibi somnum concilient Deus & Dei mater, decem Angeli & duodecim Apostoli, Thomas ille fidus & duo alii Magnus & Martinus! Tibi Dominus somnum conciliato!

4) *Carmen vespertinum & matutinum ad Beatam Virginem Mariam.*

Rogo, Maria mihi opituletur, ut omnia mala hic & in futuro seculo evitem. Virgo Dei dilecta! tibi confido; ora pro me & vivo & mortuo.

5) *Ordo*

5) *Nidrradan trúarinnar.*

Bid þú födrinn, bióð þú syne, af módrligum myndugleika, því hönum þú eflaust, yferdrottnar. Skynsemd oc rettvíse, skilia til bádar, ad módirinn, se mög ædri; Fyrer því bid þú, födur himnanna, audmýkt med, oc undergefne, enn skipadu syni, af skarpleiks vallde.

6) *Bæn móti kveisu.*

Christr sat fyrir kirkiudyrum, kindil hafdi í hendi, barnid þad blessada, bók í annare. Hvad syrger þú son minn? sagdi sæl Maria. Eg er sár oc siúkr, sagdi gud drottinn minn. Eg skal lækna þer beinkveisu, steinkveisu, fótakveisu, handakveisu, idrakveisu, heilakveisu; oc þá allra römustu reginkveisu; Hann vard laus af kránkleika sínum. Hvor þessa bæn hefur ad vardveita, frelsast mun af allre kveisu.

7) *Bæn á móti hiksta.*

Christr í brióste mer, burt fari hiksti; fyrri var ec í huga guds enn hiksti; Gud fridi þess manns sál sem dó af hiksta. Hvör sem í einu andartaki les þessa bæn níusinnum, mun laus verda vid allan hiksta.

8) *Draumr*

---

5) *Ordo fidei.*

Roga patrem, jube filium autoritate materna, in hunc enim sine dubio dominaris; Ratio enim & æqvitas una innuunt matrem filio præstare. Patrem igitur cœlorum humiliter & subjecte rogato, sed filium rigorosa autoritate jubeto.

6) *Precatio contra dolorem.*

Christus ante fores templi sedebat, puer ille benedictus candelam una, librum altera, manu tenuit. *Qvid doles mi fili?* dixit beata Maria. *Laboro & ægroto*, regessit Dominus meus. *Levabo tibi dolorem ossium, dolorem de calculo, dolorem pedum, dolorem manuum, dolorem intestinorum, dolorem cerebri, & acutissimum omnium dolorem supereminentem;* Ille a morbo sanabatur. Qvicunqve hanc precationem servandam habuerit, ab omni dolore liberabitur.

7) *Precatio contra singultum.*

Christus mihi in pectore! Apage singultus! prior eram in mente Dei qvam singultus. Deus propitius esto animæ ejus qvi mortuus est singultu! Qvicunqve uno halitu hanc precationem novies recitaverit, ab omni singultu liberabitur (*).

8) *Somnium*

(*) *Sine omni dubio. Ratio physica cuiqve patet.*

8) *Draumr Sancti Petrs, ad draumr rádist vel.*

Draum dreymdi mig drottinn Gud minn: ec þóttist siá þig drottinn drottnanna oc kóng kónganna, vaknadi ec vid, oc var þad svo. Hvör sem seger þinn draum fyrr enn sinn, sagdi herrann Christr, hann skal alltíd rádast til betri vegar.

9) *Kyrkiugaungubæn.*

Stíg ec í kirkiu, med Christins manns fótum, holl sie mier kirkia; hollur sie mier prestur, holl sie mier messu bók oc hvör bók, sem Gud drottinn minn jók. Leit ec utar í kirkiu, leit ec innarí kirkiu, leit ec allt í kríngum mig; sá ec hvar Gud drottinn minn sat á dómstóli sínum, oc hafdi í hendi þá helgu bæn *Pater noster* oc mælti þessum ordum, ad þar skylldi enginn í vítis elldi brenna, ne kvalanna kenna, hvör sem sýngi þessa bæn med sio dogum öllum. Vaki vordur minn, sofi (ei) augu mín, renne hugur minn til almáttugs Guds míns. Amen.

10) *Kvölldbæn.*

Geymdu dyrnar drottinn minn, dásamlegur fyrer krossinn þinn, glugga húsinn gólf oc skúm, guds á medan stendr húm. Gud gefe her

---

8) *Somnium Sancti Petri, qvo somnia ex voto portendant.*

Somnium somniavi mi Domine Deus; videbar mihi videre te Dominum dominantium & Regem regum; His expergefactus, revera ita fuit. Qvicunqve tuum somnium, inqvit Dominus Christus, priusqvam suum recitaverit, ejus somnium semper bonam sortietur interpretationem.

9) *Precatio templum intrantis.*

Templum pedibus hominis Christiani intro. Sit mihi templum salubre! Sit mihi sacerdos salubris! Sit mihi salubris liber missæ, & qvilibet alius liber, qvem Dominus meus Deus exaravit. Extrorsum in templo circumspexi; Introrsum in templo circumspexi; Circumqvaqve circumspexi; Vidi Dominum meum Deum pro tribunali suo sedentem, & sanctam illam precationem *Pater noster* manu tenentem, qvi hæc verba elocutus est, neminem in igne inferni arsurum vel dolores sensurum, qvi hanc precationem omnibus septem (hebdomadæ) diebus recitaverit. Custos meus vigilet! Oculi mei (non) dormiant! Mens mea ad omnipotentem Deum meum se convertat. Amen.

10) *Precatio vespertina.*

Mi Domine carissime, propter crucem tuam custodi fores, fenestras domum, pavimenta

her rúm Heilögum Anda, ſvo óhreinn andi kunni oſs ecki ad granda, oc árar hanns ſái her eckert rúm. *Gud* geymi dyr, oc *Crux* lok, *Maria* mey í inni dyrum, enn *Michaël* engill útífrá. Brióti enginn upp búmanns dyr. Ut *Gurgr* (Karkr), inn *Jeſus*, út *Gaſſagull*, inn *Guds eingill*, út *Rageriſt*, inn *Jeſu Chriſt*, út *Valedictus* (forſan. *Maledictus*) inn *Benedictus*. Vid geſum oſs alla á Guds valld, oc góda nótt.

Litr. D.

(d) Ver Jon med Guds nad &c. görum öllum mönnum kunnickt med þeſſu voru brefe at i hæidr vid Gud ok hanns helguſtu modur jungfru ſancte marie ok æns helgaſta Gudz jattara Jons Hola biſkups vors patrona ok heilaga Gudmundar biſkups ok til mæire avaxtar gudhligrar þiónozto hoſum vii tækit vorn kæra ſon i hæidr ok virding canukligrar ſtættar ath bliſva i vorre kirkiu a Holum til koſtz ok fædu þa ſæm hann vill ok ſvo længi ſem honom likar þar ath dvæliazt ok ſitia. Ok æi utan med voru loſui ok ſamþycki brott fara þá honum likar. Ok hvar ſyrer wer þigh ſwo ſæm worn ſannan æigæn ſun ok ſun vorrar kirkiu

---

pavimenta & latebras, dum Dei tenebræ durant. Deus hic ſancto Spiritui locum concedat, ne impurus Spiritus nobis nocere poſſit, & angeli ejus locum hic occupare neqveant. *Deus* fores cuſtodiat, ſed *Crux* ſeram, Virgo *Maria* in foribus interioribus, ſed *Michaël* Angelus in exterioribus! Nemo fores villici effringat! Foras *Gurge!* Intro *Jeſu!* Foras *Gaſſagulle!* Intro *Dei Angele!* Foras *Rageriſte!* Intro *Jeſu Chriſte!* Foras *Maledicte!* Intro *Benedicte!* Nos omnes Deo nos commendamus. Fauſta nox!

(d) Nouerint uniuerſi per preſentes quod nos Johannes Dei gracia epiſcopus holenſis ad honorem omnipotentis Dei & beate Marie ſemper virginis & ſanctiſſimi Confeſſoris & Epiſcopi patroni noſtri & beati Godemundi & ad ampliacionem cultus divini in eccleſia Holenſi recepimus NN dilectum filium noſtrum ad honorem & dignitatem Canonicatus & manendi in eccleſia noſtra Holenſi in expenſis eccleſiæ qvandocunqve & qvamdiu ſibi placuerit cum duobus famulis ad faciendum reſidenciam & cum noſtro conſenſu recedere qvam tibi placet. Unde te tamqvam noſtrum filium & verum membrum noſtri capituli approbamus & ratificamus per preſentes & tibi in perpetuam prebendam aſſignamus decem marcas de pecunia una annuatim tibi ſolvenda

iu anduardhum ſkipum ok ſtadfæſtum med þeſſu varo ſaumo nerværandæ brefæ. Ok æwerdoliga rænto ok prebendo ſetium ok ſkipum tíu merkr af vorum pæningum ok godzæ arliga hvert ar þigh at luka i þeim ſtad ſæm þær ok vorri kirkiu kæmr til minſta ſkada efter landſins vana. Ok þigh ſuo allt þitt godz ſæm oſs ſealfua ok vora kirkiu vernda ok væria med allan handa mata ok rætt efter allre vorre makt ok valldæ. Suo framt þu helldr þeſſa þina loſvan ok likamlighan æidh med oſs ok vora loghliga æfterkomændr medh truſkap ok ſtadfæſtu gæymandi ok vaktandi ok þar med ſkyldoliga lydnæ ok uyrdhingh oſs jaſnan væittandæ ok giorandæ ok vorum loghlighum. efterkomandum i ſamræ ſtætt. Ok æi ſidr til wor koma fiorum ſinnum a hværio are ſvo ſæm a þeſſum timum ok hatidum in aſſumpcione ſancte marie in feſto ſancti Johannis biſkups vors patrona domini Jeſu Chriſti ok i liflatsdægi hæilags Gudmundar biſkups vidr tvæggia marka ſækt fyrer huert ar efter bliſuer utan vort orlof, ok utan ſiukdom ædr annan þungan ſkada ok forſaull hindra kunno hann. Var þetta bref vtgefit ok ſkrifat a vorum ſtad Holum i Hialtadaal ſauſtodaghæn næſta æfter inventionem ſancte crucis inſiglat ok ſtadfæſt med varo inſigli rotundo oſſ ſealfuom nerverandom Anno Domini milleſimo qvadringenteſimo triceſimo.

Litr.

---

venda in tali loco ut tibi & noſtre eccleſie invenitur minus danpnoſum ſecundum modum terre conſvetum, & te & omnia bona tua tamqvam noſmet ipſum & noſtram eccleſiam defendemus omnibus viribus & modis ſecundum noſtram poſſibilitatem & potenciam itaq. promiſſum tuum ſub juramento corporali de fidelitate & ſtabilitate obſervanda & obedienciam & reuerenciam nobis ſemper exhibenda. Item cum ad nos qvater in anno videlicet in iſtis feſtiuitatibus in aſſumpcione beate marie in feſto ſancti Johannis noſtri patroni in feſto aſſenſcionis Domini & in depoſicione boni Godemundi ſub pena duarum marcarum pro qvalibet ſi pretermiſerit ſine noſtra licencia abſqve infirmitate ſeu alterius grauis dampni occaſione fuerit perpeditus. Datum in noſtra ciuitate Holenſi in feſto ſancte Helene ſeu inuencionis ſancte crucis ſub ſigillo noſtro rotundo Anno Domini milleſimo qvadringenteſimo triceſimo (*).

(*) *Latinum hoc diploma videtur originale exemplum, ſed verſio Islandica, ſupra mox allata, ei eſt coæva. Utrumqve eſt ex eodem Codice deſumtum. Vide ſupra pag.* 374. not.

Litr. E.

(e) Þat sæ öllum mönnum vitrligt ok kunnict þeim þetta bref sea ædr höyra at ek N prestr N kænnizt ath ek medr fullkomnum æidæ uppa mina saal ok minn prestdom læggiandæ. hendr a mitt brioft nerverande Jonæ Egillssyni. puplico notario med min æigæn vilia vnaudigr at ek lofuadæ minom verdoligum faudr ok herra herra Jonæ Villialmssyni med Gudz naadh hyrdingia ok biskup a Holum truskap lydnæ ok hollr æverdiliga stadugliga hallda ok gæyma vtan alla aflakan ok forþrott ok nockori fanyta forsættningh ok motblastr ok motægangh suo længi sæm hann er mer hialpligr ok værndaræ i mæygiligom lutom ok fyrrsagdri kirkiu trur ladær ok værndaræ æfter radæ forsion visdomæ ok bæskædlighæit mæira parts Capituli næfndrar kirkiu a Holum. Hann skal æk svo hallda sæm minn milldan faudr ok vaktara minnar salo ok hann veria styrckia ok vernda ok hanns kirkiu furnæfnda. Ok honom ok þar med gefua skulandhi hæil godh radh læyniliga ok opinberliga efter minnæ bestri samvisku ok æigi af honum ædr hanns kirkiu skal æk rada ædr draga firer mik mina vinæ þat sæm honum ok furrsagdræ kirkiu verdi komandi til skada ok fordiarfnonar ok ranghdæmis edr nockors þungha. ok þeim sæm radh ok skada giora honum ok furrnæfndri kirkiu skal æk i mooti standa med allre minnæ makt þat ek forma þau ath styrckia ok væria

---

(e) Omnibus has literas visuris vel audituris notum esto, me N. sacerdotem N. confiteri, qvod ego perfecto juramento, animam meam & sacerdotium obtestans, manum pectori admovens, præsente Jona Egilli Notario Publico, sponte, non coactus, Venerabili meo Patri & Domino, Domino Jonæ Vilhelmi filio, Dei gratia Curatori & Episcopo Holensi, fidelitatem, obedientiam & fidem in perpetuum jugiter continuandam & sine omni excusatione vel tergiversatione & qvalicunqve inepta resistentia, conspiratione vel obluctatione observandam promiserim, qvamdiu ille in rebus condignis adjutor mihi & defensor, prædictæ autem ecclesiæ pater fidelis, &, ex consilio, auspiciis, ac arbitrio majoris partis Capituli dictæ Ecclesiæ Holensis, defensor erit. Ego illum tanqvam clementem patrem & animæ meæ custodem habebo, & illum, ejusqve prædictam ecclesiam defendam, corroborabo, tuebor. Illi præterea salubria consilia privatim & publice secundum conscientiæ meæ dictamen suggeram, nec illi, ejusve ecclesiæ in mei aut meorum amicorum emolumentum aliqvid opere vel consilio detraham, qvod illi vel prædictæ ejus ecclesiæ in damnum, detrimentum, dispendium, vel onus vergat, illis qvoqve, qvi ei & prædictæ ecclesiæ damnum vel malum consilium intendunt, omnibus meis viribus, qvantum valeo, obnitar, & illos (Episcopum

væria. Oc til mæiræ ſannenda þeſſara luta ok minnar loſuonar ok ſ.nns vittnisburdar her um ſetti ek mitt inſighle firir þetta medſkript mini at æiginar handar giort i furneſndum ſtadh Holum i Hiallcadaal decimo die menſi Maji anno Domini milleſimo qvadringenteſimo triceſimo.

Litr. F.

(f) Vær Jón med Gudz nádh &c. heilſum öllum mönnum med Gudz bleſſan oc vorræ. Kunnikt gerandæ ath Þórdr preſtr Rodhbiartsſon hefuer kændzſt opinnberliga fyrir oſs. ath hann hefuer oforſynio drýkt likamliga munodh med ſyſtor jóro illuga dóttor oc at hann er kiotligr fadær ath þuí barnæ ſæm hón hefuer honom kæntt. Nú af þuí ath hann hefuir gengit til ſettar vidh gudh oc heilaga kirkiu oc oſs oc bæidizſt lauſnar oc lagt alt þetta ſitt maal á gudz waldh oc worn doom oc naadh. Þuí höſum wer i gudz naſni afleyſt hann af ſögdu brotæ oc ſett honom penitentiam ſalutarem. Inprimis ſkal hann faſta um ſeau aar midhuikudagha oc fauſtudagha med vatn oc braudh oc á þeſſom ſeau árom í lánga fauſtu ſkal hann vatnfaſta mánadaga midhuikudagha oc fauſtudagha oc med ængan mann tala á þeſſum dögum utan í hanns ytarſta tima vtan naudſynia, oc inneleſtr ſagda dagha. Ok ſuo æi ſídhr í ſama

Ccc 2 máta

ſcopum & eccleſiam) adjuvabo & defendam. In qvorum præmiſſorum, meiqve voti, confirmationem, & verum teſtimonium, ſigillum meum huic propria mea manu ſcripto chirographo appendo. Actum in prædicto loco Holis in Hialltadalo, decimo die menſis Maji, anno Domini milleſimo qvadringenteſimo triceſimo.

(f) Nos Jonas Dei gratia &c. benedictione Dei & noſtra omnes homines ſalutamus, notum facientes, qvod ſacerdos Thordus filius Rodberthi ſe rem veneream cum ſorore (moniali) Jora filia Illugi fortuito habuiſſe, & infantis, qvem illum progenuiſſe illa profeſſa eſt, patrem naturalem ſe eſſe, publice coram nobis confeſſus eſt. Cum igitur Deo, ſanctæ eccleſiæ & nobis reconciliari, & abſolvi deſideraverit, totamqve hanc cauſam divino arbitrio, noſtræ autem ſententiæ & gratiæ ſubjecerit, nos illum hujus delicti in nomine Dei abſolvimus & pœnitentiam ſalutarem illi injunximus. Inprimis per ſeptennium diebus Jovis & Veneris in aqva & pane jejunato, & per hoc idem ſeptennium tempore qvadrageſimali diebus Lunæ, Jovis & Veneris in aqva jejunato, nec iis diebus cum ullo homine, excepto tempore (vitæ) extremo, citra neceſſitatem loqvitor, dictis qvoqve diebus lectioni privatæ vacato. Similiter & dictos dies tempore

máta halda ſagda dagha í Jólaſauſtu ſæm her furr ſæghir vm ſeau aar. Ok æi ſídr ſkal hann innan tveggia mánadha byria pilagrims færdh. af þuí hann ær ei mægthughr ath ganga til Romam. til allra hofudhkirkna þar oſs bær ath giſta í voru biſcupsdæme. ſkal hann gánga oc vitia bærfættur frá þuí hann ſiær hueria þæirra oc leſe Marie pſaltara ath huerræ kirkiunne gudligha oc huern laugardagh vm ſeau aar, oc æi ſídr ſkal hann læſa dauidhs pſaltara æinn í huerre viku. Nocturna á huerium dægi vm ſeau aar, utan ſiukdomr hindre. Hann ſkal ok ſagdha pilagrims færdh byria innan mánadar ath heyrdu þæſſu brefuæ ok vtændadha innan tólfmánada. Ok þar æftir gefua ſiigh inn í æitt klauſtur þar ſæm hann vill ſealfr kióſa ok blíſa þar ſuo længhi ſæm hanns líf reyckr til vtan oſſ ſynizſt ſídar mæir diſpenſera edr vorum loghligum efterkomandum med hann í þæſſom græinom. Item bióduin wer þigh ſíra þórdhr vndhir bannspíno ath þú hær æſtær aldri í Nunnoklauſtr inngángi ok mæd ængha ſyſtor tala í nockorom ſtadh æinſaman vtan med voru orloſui oc worra loghligra efterkomanda ok þó aldri líka wæl utan tvæimr ſkiluíſum mönnom ok konom nerwærandom ok ſuo længhi ſkalttu vera affettr ollu præſtligu æmbetti ok ſamneyti þinnar præſtligrar ſtettar ſæm vorar nadæ til ſeghia ædr vorær loghligær æftærkomendr ſýnizſt þigh fulloligar hafua haldit

---

pore Adventus, eodem, ac ſupra dictum eſt, modo, per ſeptennium obſervato. Nec eo ſecius intra bimeſtre temporis ſpatium iter peregrinationis religioſæ ſuſcipito, qvam cum Romam verſus inſtituere non valeat, omnia templa noſtræ diœceſeos primaria, ad qvæ jus hoſpitii nobis competit, viſitato, & ex qvo ſingula videt, pedes nudus adito, pſalterium Mariæ ad ſingula, & qvovis per ſeptennium die Saturni religioſe recitato. Nihilo qvoqve minus Pſalterium Davidicum qvavis hebdomade ſemel, Nocturna vero per ſeptennium qvotidie, niſi morbus obſit, recitato. Dictam qvoqve peregrinationem intra primum ab his literis auditis menſem adgreditor, & intra annum eam abſolvito. Poſtea monaſterium, qvodcunqve ille ipſe elegerit, intrato, & ibi per dies vitæ permaneto, niſi nobis, noſtrisve legitimis ſucceſſoribus in his articulis aliqvid poſthac diſpenſare viſum fuerit. Item te, ſacerdos Thorde, ſub pœna excommunicationis jubemus, ne cœnobium monialium exhinc unqvam ingrediaris, nec cum ulla ſorore in qvoqvam loco ſine noſtra, noſtrorumve legitimorum ſucceſſorum venia ſolus colloqvaris, nec tamen hoc unqvam, niſi duobus viris integris & mulieribus præſentibus. Tamdiu omni tuo officio ſacerdotali, & ordinis tui ſacerdotalis communione, privatus eris, qvamdiu noſtra gratia edixerit, aut legitimis noſtris ſucceſſoribus, te hanc pœnam prædictam ex tuorum delictorum modo,

haldit ok vpp fyltt sagda script æftir þínom brotom æftær þuí sæm þú hefuir fyrir oss suorit ath halda þæssa med suornum bókar æidæ. Ok til mæiræ audsýningar þæssa scripta brefs settu wer uortt insigle firir þetta bref vtgifuit a Holum í Hialtadaal þridia daghen nesta firer festum sancti Johannis baptiste Anno Domini millessimo qvadringentessimo tricessimo primo.

CAP. II.

De re literaria & literatis.

§. 1.

De re literaria qvod scribamus in promtu nihil est, nam scripta hoc tempore elaborata, qvantum nobis innotuit, præter bina *Annalium* fragmenta nulla exstant, adeo ut hoc seculum a qvo Islandia cœpta est habitari, omnium sit obscurissimum & maxime barbarum. Plurimos Episcoporum literis pro more & gustu seculi imbutos fuisse, qvosdam etiam more majorum scholas instituisse, & aliqvalia seminaria literaria domi suæ habuisse, haud eqvidem negare audemus; In qvo genere studiorum Stephanum Episcopum Skalholtinum, virum literis deditum, reliqvis præferre haud dubitamus; hic enim, priorum vestigia legens, Skalholti ludum literarium aperuit, & Asbiornum qvendam, virum doctum, qvi Artium Baccalaureus salutatur, eidem præfectum suis impensis sustentavit; Ex qva schola qvidam prodeuntes in vicinas regiones, Angliam & Germaniam, renascentibus ibidem melioribus literis operam daturi transierunt, qvo ad locum concedendum, paulo post splendere incipienti clariori Evangelii luci, & ad agnoscendam veritatem, paratiores redditi sunt; qvales fuerunt *Jonas Einari*, sub Ogmundo primum Cathe-

Ccc 3 dralis

modo, & pro juramento qvod supra librum conceptis verbis de hac pœnitentia observanda nobis dixisti, observasse & exantlasse, visum fuerit. Et in ulterius harum literarum pœnitentiam injungentium testimonium, nos sigillum nostrum iis appendimus, datis Holis in Hialltadalo, feria tertia proxima ante festum Sancti Johannis Baptistæ, anno Domini millesimo qvadringentesimo tricesimo primo.

dralis, & deinde Oddensis Ecclesiæ Pastor constitutus, primus in Islandia Lutheranæ sectæ Evangelii præco, *Martinus Einari* postea Skalholtinæ diœceseos Episcopus, ut & *Petrus Einari*, Martini frater, & forte plures; Eorundem ut initia ad Stephani tempora referuntur, ita vitæ & gestorum historiæ ad seqventia pertinere videntur; apud plurimos autem ingenii & literarum cultura in legendi, canendi & scribendi peritia constitit, qvibus, si accessit studium dilatandæ Ecclesiæ fundos & pomæria, ac in proferendis fabulis promtitudo, tandemqve, tam forensis, qvam ecclesiasticus aliqvalis rabulismus, satis docti, imo egregii viri, habebantur. Solidum autem Artium, Historiarum, & Lingvarum studium, præter valde proletariam lingvæ latinæ cognitionem, ita prorsus evanuerat (a), ut inventi etiam sint Episcopi qvi lingvæ latinæ fuerunt ignari: interim Germanicæ & Anglicæ peritia multis haudqvaqvam denegari potest, cum Angli, Hamburgenses, & Bremenses, eo tempore in Islandia strenue negotiarentur, & freqventer ibidem, nostrates apud eosdem vicissim, hyemarent.

§. 2.

(a) *THORLACUS SCULONIUS*, Episcopus Holensis in *Epist. ad Olaum Wormium*, data 31 Aug. 1632 de scholis Islandorum ita scribit: *Ex Annalibus nostris constat scholas in Islandia nullas viguisse ante annos 82, & si qvis in illa barbarie aliqvem lingvæ latinæ gustum acqvisivit, oportuit, ut eum in terris exoticis acqvireret, vel Parisiis, vel in Germania vel Dania.* Vid. *WORMII Epist.* Tom. 1. Epist. 115. pag. 102. Qvæ doctissimi Præsulis verba, ut nostram sententiam de præsentis Periodi barbarie abunde confirmant, ita ad priora secula non sunt extendenda, ut ex supra Per. 2. & 3 dictis, constat; loqvitur enim præcipue de seculo 15 & priore parte Seculi 16 usqve ad annum 1550. Hinc tamen non seqvitur Islandos omnibus aliis rudiores fuisse, nam in Regionibus politissimis indoctiores reperti sunt, ut præter multos alios testatur Nobiliss. *HOLBERG. Hist. Dan.* Tom. 2. pag. 485. scil. qvi sub conciliis reperiri tales subscriptiones scribit: *Qvoniam Dominus N. Episcopus scribere nescit, ideo ejus loco subscribit N.* Supra etiam de Archiepiscopo Nidarosiensi egimus, qvi literas nesciit, vid. supra Tom. 2. pag. 454. Et ex Perillust. Procanc. *PONTOPPIDANI Annal. Eccles.* Tom. 2. constat, Episcopum Borglumensem Nicolaum Stygge, qvi anno 1533 mortuus dicitur, notissimum fuisse idiotam. Gvilhelmus Penbrochiæ Comes fuit, judicio *CAMDENI*, vir eximius, ad summos in Anglia evectus honores, cujus (cum in causa Norfolchiana examinaretur) nobilitati & senectuti datum, ne confessio in scripta redigeretur, cum hoc peteret, eo qvod scribere nesciret, vide *CAMDENI Ann. Angl.* Regnante Elisabetha, ad annum 1579. Alia exempla lubens prætereo, cum hæc sufficiant ad probandum defectum hunc, non populo aut regioni, sed tempori & genio Seculi esse tribuendum.

§. 2.

Etsi neminem, præter memoratos, eruditionis laude conspicuum adducere, possimus, ne tamen vacuus plane hic locus relinqvatur, ut majoris famæ & authoritatis, aut aliqvid supra vulgus, sapientes nominare licet *Jonam Biarni*, *Arium Thorbiörni*, *Jonam Bruddi*, *Sigurdum Thorsteini*, *Sveinbiornum Thordi*, qvi omnes, suo qvisqvis tempore, aut Officialis, aut Dispensatoris officio functi sunt, de qvorum ultimo præsertim notandum est, qvod licet in cælibatu pro more Seculi vixerit, duos tamen supra qvinqvaginta liberos, numeratis tantum qvos pro suis agnovit, reliqvisse perhibeatur, in qvo, ut verisimile est, aliis palmam præripuit. Nec inter monasticæ vitæ sectatores, qvi nihil qvo tempus fallerent, agendum habebant, ullus inventus est, qvi aliqvo ingenii monumento clarescere aut literis aliqvalem operam dare studuit, exceptis tantum, *Enaro Isleifi*, ejusqve filio *Fimbogo*, Abbatibus monasterii Munkathveraaensis, de qvibus fama volat qvod literati & literarum amantes fuerint. Sed authoritate alios hujus Periodi clericos, forte etiam doctrina antecelluerunt seqventes Duumviri, Jonas Pauli & Thorkillus Gudbiarti; mereriqve videntur, ut de illis paullo pluribus agatur.

§. 3.

Jonas Pauli ab immensis in Sanctam Virginem effusis laudibus vocatus *Mariuskálld* (a), vacante sede ab anno 1398 ad 1419 Holanæ Cathedræ Oeconomum egit, sed qvando, & qvamdiu, non liqvet, factum autem esse ante annum 1414 qvo Arnas Olai filius Ephoriam Dioeceseos accepit, certum est, nam salarii loco ab Officiali Jona Thorfinni filio villas Arnarstade & Valtiofstadi accepit, qvas Jonas Episcopus Anno 1419 solenni judicio retractavit; qvod officium iterum gessit anno 1423. Sed anno 1428, inter Jonam Jonæ & Jonam Wilhelmi, dioeceseos Officialis fuit, & de adulteriis Margaretæ Sigurdi filiæ, qvæ ea cum Brynjolfo qvodam qvinqvies commiserat, judicavit; 1430 Jonæ Wilhelmi filio suorum in officio actorum rationem reddidit, perfectamqve ab eo nactus est apocham;

(a) Ejus *Carmen de Maria* impressum exstat ad finem *Fragmenti Runico-Papistici*, Holmiæ 1721 in Fol. pag. 20. editum cura *JOH. FR. PERINGSKIOLD*.

cham; Sed paulo post ab Episcopo ad Synodum provincialem vocatus, non comparuit, denuo autem citatus comparuit qvidem, sed 30 armatis stipatus, ob qvam contumaciam Præsul ei septem dies concessit, intra qvorum exitum se aut ei submitteret, aut excommunicationis fulmen exciperet, qvod etiam paulo post expertus est, moxqve præbenda Grenjadarstadensi privatus, ut & tribus prædiis, usqvedum successori pro defectione ædium aliarumqve possessionum præbendæ satisfecisset, tandemqve omnia ejus, ut excommunicati, bona Præsul sibi adjudicavit, qvod Jonam, ut se submitteret, adegit; sed qvalis hæc reconciliatio fuerit, nobis non innotuit. Post mortem Jonæ Vilhelmi anno 1439 cum Gottsvinnus Episcopus Skalholtinus diœceseos Inspectorem ageret, Jonas Pauli denuo Officialis fuit, nam in hebdomade Trinitatis per multos annos in officio actorum Præsuli rationem reddidit. Anno 1440, qvo idem Episcopus illum & Thorkillum Gudbiarti in amicitiam reduxit, vocat Jonam suum & templi Holani Officialem, & eodem anno in Synodo Videvallensi eum Holanæ Cathedræ Dispensatorem constituit; Tandemqve idem Episcopus anno 1443 Jonæ Abbati Monasterii Thingorensis, & Sigurdo Priori Monasterii Modruvallensis rationes famuli sui Jonæ Pauli, Holanæ diœceseos Dispensatoris & Officialis, revidere mandat Anno 1448 Gotskalkus Gotskalki Holanæ diœceseos Præsul, Jonæ Pauli, qvi multis retro annis diœceseos Officialem, cathedræqve Oeconomum egerat, rationes recognovit, omniaqve tam decimas qvam denarium Petri aliaqve ab ipso accuratissime administrata reperit perfectamqve ei impertivit apocham, & literas collationis præbendæ Grenjadarstadensis, qvas ab Askelo Archiepiscopo acceperat, suo calculo confirmavit. A morte Gotskalki, qvæ in annum 1457 incidit, Jonas Pauli denuo diœceseos Holanæ ephoriam suscepit, qvam in annum 1460 ad reditum novi Episcopi Olai Rögvaldini gessit, a qvo etiam bene administrati officii testimonium accepit; Sed anno 1464 magna inter eos oborta est inimicitia, cujus causa fuit villa Valthiofstadir, qvam Paulinus ut proprium peculium concubinæ suæ Thorunæ Fimbogi filiæ habitandam tradiderat, qvæ causa, post longas multasqve injurias & interdicta, anno 1468 interventu Einari Abbatis Munkathveraaënsis, Sigurdi Prioris Mödiuvallensis, & Pauli Jonæ patris, eo modo sedata fuit, qvod Paulus Jonæ loco omni in prædium Valtiofstadas juri renunciavit, 160 Jachimicorum addito valore, & celebri, qvæ Præsuli digna censeretur, commissatione, ex qva non indonatus

tus discederet. His ita Præsulis mitigabatur ira, ut omnes causas condonaret. Qvid aliud notatu dignum hicce Jonas egerit, nobis non innotuit, obiit valde senex anno 1472.

§. 4.

Paulino, ætate, honore, & divitiis suppar fuit *Thorkillus Gudbiarti*, sacerdos primo Greniadarstadensis, deinde Laufasensis. Anno 1423 a Jona Tovæ filio, moribundo, Cathedræ Qvæstor constitutus fuerat, sed cum id pluribus displiceret, officium interventu Johannis Pauli, Islandiæ tum temporis præfecti, in Jonam Pauli translatum fuit. Anno 1430 Jonas Vilhelmi filius præbendam Grenjadarstadensem Jonæ Pauli ablatam in eum contulit, duoqve melioris notæ prædia ad Paulinum pertinentia, qvamdiu Jonas ex voto Thorkilli templo Grenjadarstadensi non satisfecisset, seqvestravit. Anno 1431, dica ei ab Episcopo scripta fuit, qvod ipse, qvi aliqvando Holanæ cathedræ Qvæstor fuerat, fragmenta qvædam navis, qvæ ad prædium Hardbak naufragio perierat, ut & merces qvasdam a naufragis emerit. Anno 1432 jure jurando coram Episcopo confirmavit Rafnum Nomophylacem morientem, qvi excommunicatus decessit, absolutionem desiderasse, qvod Nomophylacis corpori honestam acqvisivit sepulturam. Anno 1436 Officialis templi Holensis fuit, sed qvamdiu id officium gesserit, non liqvet; Nec certiores sumus, qvamdiu Grenjadarstadensem præbendam retinuerit, licet verisimillimum videatur, qvod eandem 1438 amiserit, nam anno 1440 d. 23 Aprilis, Gottsvinnus Episcopus inter eum & Jonam Pauli de residuis redituum præbendæ Grenjadarstadensis, aliisqve eo pertinentibus, qvæ ipsis intercedebant, controversiis pactum fecit; eodemqve anno Laufasensem adeptus esse videtur, nam 1483 eadem 35 annis fruitus fuisse dicitur, qvod in annum 1438 optime qvadrat. Qvamdiu superfuit, inter melioris notæ sacerdotes numerabatur, honoratioribusqve officiis functus est. Licet nulla ingenii monumenta, qvæ ad nos pervenerunt, reliqverit, literatum tamen fuisse opinamur, vulgo enim magiæ & abstrusarum artium peritus habebatur, qvod ea tempestate certissimum fuit eruditionis criterium; obiit 1483 relicto templo & ædibus præbendæ Laufasensis tam ruinosis, ut eorum vitia 215 joachimicorum valore sarcienda essent.

§. 5.

Studium poëticum, qvod in Islandia a prima ejus habitatione ad Seculum usqve 14 apprime floruerat; ab eo tempore usqve ad Seculi 16 exordium evanuisse, labente autem hac ultima Periodo denuo renasci & reflorescere, cœpisse videtur. Hoc enim tempore nonnulli utriusqve ordinis viri ob edita qvædam poëmata, tàm sacra, qvam profana, aliqvam laudem reportarunt. Sub ipsum Reformationis tempus floruerunt *Einarus Snorronis* Pastor Stadastadensis, qvi anno 1532 adhuc in vivis fuit, ob eximium poëseos donum dictus *Olldubryggiar Skalld*, ɔ: Poëta Olldubryggensis; & *Gunnius* officio Sacerdos, Holis plerumqve vivens, vir petulantis lingvæ & calami, sed Poëta haud contemnendus; qvos ut suæ ætatis Poëtarum principes in rythmo qvodam laudat Poëtarum facile primus *Jonas Arii filius*, Episcopus Holanus; ejus enim vena poëtica plerosqve sui & prioris Seculi, longo post se intervallo reliqvit: Hujus sunt qvædam *Encomiastica Mariæ*, Piislargrátur, seu *Thrèni in Passionem Domini*, Liómur, seu *Splendor*, *Commentarius in Psalmum Davidis* 51, aliaqve sacra & profana, qvorum qvædam Holis 1612 & 1748, expurgato Papismi fermento, impressa sunt (a).

§. 6.

Ex ordine Politico, præ aliis hic nominandi veniunt *Loptus Gutbormi filius*, ab ingentibus, qvas corraserat divitiis, communiter *binn Ríke*, seu *locuples* vocatus, sui ævi Poëtarum princeps; Floruit circa annum 1420, nunc Skardi in Qvarta occidentali, nunc Mödruvallis in Tractu Ejafiord se continens, eqvestri dignitate (ut qvidam volunt) conspicuus, album falconem in cæruleo panno nobilitatis signum habens, qvi præter poëmata qvædam, qvæ ei adscribuntur, reliqvit *Poëticem Islandicam*, *Háttalykil* (b), in qva, si non exactissimam, bene conficiendi carmina, Artem

(a) Ejusdem Krossvísur, sive *carmen de Cruce*, sed mutilum, impressum est Holmiæ anno 1721. Fol. pag. 16. sub auspiciis *JOH. FR. PERINGSKIÖLD* ad calcem *Fragmenti Papistico-Runici*.

(b) Hoc carmen triginta qvatuor strophas continet, qvarum unaqvæqve peculiare habet metri genus.

tem præceptis & observationibus illustratam docuit, saltim veterum illustrium Poëtarum, qvibus usi sunt, metrorum genera collegit & novis exemplis adauxit, qvæ hodieqve Poëtarum filiis magno in pretio habetur. Huic synchronus aut paulo antiqvior fuit (vixisse enim videtur circa initium Seculi 14) *Sigurdus*, cognomento *Fostre*, Poëta & assecla Biörni Hierosolymipetæ; Hujus exstat Ecloga, seu non inconcinnum qvoddam Drama, dictum *Skída ríma* ɔ: carmen de Skidone qvodam, qvem Poëta fingit per qvietem a Thoro in Valhallam abductum fuisse, inqve convivio nuptiali, qvod ibidem celebratum fuit, conjugium cum Hilda Högni filia se contraxisse somniavit, signo Crucis imprudenter adhibito, totum Asarum consessum in mutuum conflictum concitasse (a). Verosimile est celebrem huncce Poëtam plura confecisse carmina, præsertim de heri sui Biörni peregrinationibus & rebus gestis, qvæ tempus rerum edax nobis non indulsit. Sub ipsum Reformationis initium floruerunt etiam *Jonas Halli*, cujus est *Ellekvæde*, seu carmen de senectute, cujus pars qvædam impressa est 1612 & 1748; ut & *Sigurdus Cæcus*, cui varia poëmata profana tribuuntur, non enim oculorum caligo obstitit, qvo minus Homeri instar egregia ederet carmina (b).

§. 7.

Hujus Periodi Historicorum neminem nominare possumus, præter Celeberrimum Virum *Biörnum Einari filium*, a peregrinationibus dictum *Hierosolymipetam*, cujus licet opera (proh dolor!) perierint, hic tamen, ipsi, ne memoria viri tam religiosi, qvi pietatis causa ter suscepit peregrinatio-

(a) Hocce Poëmate, seu ejus inventione & arte, ita delectatus est nostri Seculi latinorum Poëtarum Coryphæus, Skalholtensis Episcopus celeberrimus, Mag. *JOH. WIDALINUS*, ut illud Heroico carmine in lingvam Latinam transferret.

(b) Qvatuor sui temporis celeberrimorum Poëtarum in rythmo qvodam mentionem facit Jonas Aræsonius Episcopus Holensis, ita canens: "Ölld seger afbragd Skállda, " Einar prest fyrer vestan; Hallson Hródrar snille, hefur kunnad fyrer sunnan; " Blind hafa bragnar funded, bragtraustann fyrer austan; Gunna er geted ad nörnu, " greid-ordur sie fyrer nordan. " Id est: *Optimum Poëtarum agnoscit nostrum Seculum* Einarum *Pastorem, in Qvarta Occidentali;* Hallsonius *carmina eleganter facere calluit in parte australi;* Cæcum *homines invenerunt poëtices peritum in oriente;* Gunni *autem fit mentio, qvod labia Castalio liqvore madida habeat in Qvarta boreali.*


grinationes, pariter pereat, locus esse concedendus videtur. Patrem habuit Einarum Erici, natione Norvegum, matrem vero Helgam, *Grundar-Helgam* vocatam (a). Sumta toga virili cum Oddgeiro Episcopo Skalholtensi anno 1379 ad exteros abiit, & Romam usqve perrexit (b). Alteram anno 1385 peregrinationem orsus est, in qva cum sociis, seu qvatuor navigiis, tempestatibus actus ad Grönlandiam appulit, unde post biennium in Islandiam reversus est. Dum in Grönlandia hæsit, ab incolis, viri virtutum & celebritatis admiratoribus, reditus Nomarchiæ Eriksfiordensis in sui suorumqve sustentationem accepit, qvibus accessit ingens balæna (vulgo *Steipereidur*, balænarum maxima, & esu optima) tempestate & fluctuum vi in terram ejecta, in se habens Olai Ædeyensis in Islandia coloni jaculum, cujus jure ei qvarta pars cedere debuit, qvam Biörnus sibi vindicavit, pretium possessori in patriam redux soluturus. Eodem tempore Episcopatus Gardensis vacavit, nam Alfus Episcopus anno 1378 decesserat, Henricus autem ejus successor anno 1389 ordinatus fuit, Cathedræ autem Officialis præfuit, qvi Episcopi munia peregit. Tunc in australi Grönlandia duo monasteria erant, unum Monachorum, alterum vero Monialium. Tertiam peregrinationem anno 1388 ingressus, per Daniam, Germaniam, Italiam, Romam usqve cum uxore & tribus melioris notæ sociis ad limina Apostolorum profectus est, ex qva tandem anno 1391 cum sociis in Islandiam rediit. Anno 1393 ortam inter ejus & Thordi Sigismundini asseclas, qvi una cum eo nuper Romam adierat, seditionem, qvæ qvorundam sangvine stetit, Vigfusus Ivari & Thorsteinus Ejolfi sedarunt. Anno 1405 filiam Christinam Thorleifo Arnæ filio elocavit, moxqve post nuptias cum Vilchino Skalholtensi Episcopo, Snorrone Nomophylace, & Jona Hallfredi filio Monacho, qvartam suscepit peregrinationem, qvam anteqvam ingressus est, testamentum condidit,

---

(a) De qvibus supra Tom. I. pag. 427. 596. Einarus anno 1383. 4 Cal. April. cum universo famulitio undis absorptus fuit.

(b) Non est qvod putemus hallucinatum fuisse Doctiss. *ARNGRIMUM* in *Specim. Islandiæ* pag. 154 innuentem Biörnum ter Romam petiisse, cum hujus *itinerarium* ad manus habuerit; unde seqvitur, licet nobis id non constet, primum iter ex tribus factum esse 1379, licet alii duo tantum numerent. Sed minus in eo excusabilis est summus vir, qvod ibidem Biörni uxorem vocat Olufam (scilicet Lopti filiam) cum ejus maritus fuerit Biörnus Thorleifi, nostri ex filia nepos.

didit, in qvo multis multa donavit, confitens, ideo se hoc iter instituere, qvod Jacobum Compostellanum invisere voto adstrictus sit: Relicta itaqve Islandia in Norvegiam venit, ubi Vilchino Episcopo sumtuosum funus fecit. Hinc cum uxore Romam petiit; inde per Venetos in Terram Sanctam tendit & Sepulcrum Domini invisit. Revertens in Hispaniam ad Compostellanum salutandum pergit, ubi aliqvamdiu ægrotus decubuit, qvod alii scribunt Constantinopoli accidisse. Sed revalescens, per Galliam & Flandriam in Angliam, ad visendum Sanctum Thomam Cantuariensem, festinat, unde in Norvegiam transfretavit. Anno 1411 ex Hetlandia, ubi hyemaverat, in Islandiam reversus est. Reliqva ejus fata & facta nos latent. Cum in Islandia esset, Vatnsfiördi se ut plurimum continuit, qvod prædium ad se suosqve hæredes pertinere, contra Archiepiscoporum Jonæ 1273 & Winaldi 1397 edita Edicta & judicia strenue asseruit. Uxorem habuit Solveigam Thorsteini filiam, qvæ qvandoqve una cum marito, & aliqvando etiam sine eo, peregrinata fuit, ut anno 1401 fecisse videtur. Ex ea liberos habuit Thorleifum, qvi naufragio periit, & Christinam, dictam *Vatnsfiardar-Christin*, qvæ familiam propagavit. Obiit Biörnus anno 1415 ad sinum Hvalfiord, Skalholtiqve sepultus est, qvod ad annum 1413 perperam alii referunt *Itinerarium* ipse scripsit, in qvod omnia notatu digna fideliter congessit, inter alia etiam, qvæ de rebus Grönlandicis perqvirere potuit; & ne gesta & itinera sua oblivioni darentur, more antiqvorum Magnatum proprium habuit Poëtam, qvi eadem carmine ebuccinaret, qvod tamen non obstitit, qvo minus omnia perierint.



LILIA
BRODR EYSTEINS (*).

1) *Almáttigr Gud allra ſtetta,*
yferbióðandinn, engla og þióða,
ei þurfandi ſtadi ne ſtundir,
ſtad (a) halldandi í kyrrleiks valldi;
ſenn verandi úti og inni,
uppi og nidri og þar í midiu,
lof ſe þer um alldr og æfi
eining ſönn í þrennum greinum!

2) Æſki

(*) De Auctore hujus poëmatis conferri poſſunt, qvæ ſupra ſcripſimus Tom. 1. pag. 453. 587 ſq. Tom. 2. pag. 104. 105. 365. Qvantus in lingva vernacula ejus lepor ſit, indicio eſt tritiſſimum illud adagium: " Öll ſkálld villdu *Liliu* kuedit hafa. " Id eſt: *Omnes Poëtæ* Lilium *compoſuiſſe optarint.* Metrum eſt dicolos ogdoaſtrophos, vel ut qvidam, ſed minus recte, volunt, tetraſtrophos, & ſimul rhythmicum eſt & certa pedum menſura diſtinctum. Qvælibet ſcilicet ſtropha qvatuor pedibus, ſpondæo, dactylo, vel ſæpiſſime trochæo, conſtat. Rhythmus hic duplicis eſt generis: alliteratio ſcilicet vel occurrit ab initio vocum, vel in earundem medio. Ab initio vocum alliteratio fit eandem literam bis in priori verſu, in poſteriori ſemel adferendo, ita ex. gr. in ſtropha prima & ſecunda verſus tertij, litera F tria vocabula orditur, & ita in qvibusvis binis ſtrophis eadem litera (vocales, ut & j. & v, hic unam literam efficere præſumuntur) ab initio vocum ter, nec rarius, nec ſæpius, occurrit. Rhytmus in medio vocis iterum duplex eſt, in priori ſcilicet ſtropha conſonantes iidem bis occurrunt, vocales vero illos præcedentes ſunt diverſi, in poſteriori ſtropha & vocales, & hos ſeqventes conſonantes, iidem ſunt, & alliterationem efficiunt: exempli loco ſit in primo verſu: alm*étt*igr — ſl*etta*. Þurſ*andi* — ſt*und*ir. ſ*enn* — *inn*i l*of* — *æfi* &c. in ſecundo autem genere: yfirb*ióð*andinn — *þióð*a. h*alld*andi — v*alld*i. n*idr*i — m*idi*u. *ein*ing — gr*ein*um; ut reliqva artificia poëtica, qvæ auctor conſtanter obſervanda ſibi non propoſuit, ſed luſus ergo una aut altera vice adtulit, ex. gr. verſ. 46. 49. 55. 62. 91. & 97. conſulto omittamus. Verſi̧s intercalares, qvo facilius ab aliis internoſcerentur, typis diverſis imprimi curavimus. Poëma hoc ex manuſcripto exemplari

(a) Stadi. 3. P. M.

LILIUM,

AUCTORE FRATRE EYSTEINO.

1) Omnipotens Deus, qvi omnes ordines
angelos & homines gubernas,
nec locorum nec temporum indigus
in tranqvillo imperio permanes,
qvi simul es foris & intus,
superne, inferne, & in medio,
laus Tibi sit per ævum & ætatem
vera unitas in ternis distinctionibus!

2) *Rogo*

---

plari, qvod nobis est, optimæ notæ, exhibemus, cujus lectionem qvandoqve mittentes, variantem textui subjunximus sub signo: N. Consuluimus præterea novem exemplaria manuscripta Bibliothecæ Magnæanæ, qvorum variantes signo C. U, vel CC. U. ubi plura eandem servant lectionem, notavimus, vel etiam numero Arabico ea recensuimus. Horum exemplarium duo sunt fragmenta & unum integrum, pergamena, reliqva vero Codicum membraneorum apographa chartacea, in qvorum collatione magnum nobis compendium laboris adtulit opera viri doctissimi *JOHANNIS OLAVII* Grunnavicensis, qvi carmen hoc, additis præfatione & duabus versionibus Latinis, in gratiam immortalis *GRAMMII* olim exscripsit, cujus apographo, ipsius auctoris manuscripto, qvod in Bibliotheca *LANGEBEKIANA* exstat, ex Perillustris possessoris favore, uti nobis concessum est. In Archivo Antiqvitatum Holmiensi tria exstant exemplaria: Membraneum unum in Codice Sparfwenfeldiano, qvi *Vitas* Regum *Olai Tryggvini* & *Olai Sancti* prolixas continet, cujus variantes M. appellamus. Alterum est autographum *PAULI HALLERII* Islandi, (conf. de illo supra Tom. 1. pag. 595) unacum ejusdem a latere addita versione Danica soluta, & ad calcem versione metrica Latina, qvam heic publici juris fieri, rem Lectoribus gratam fore autumamus. Variantes lectiones exemplaris *Halleriani*, membraneo nuper laudato haud absimilis, signo P. indicantur. Tertium tandem exscriptum recens & mendosum est, & qvandoqve, sed raro, lectionem ab *ARNGRIMO JONÆ* immutatam seqvitur. Hoc, ubi observatione dignam lectionem variantem suppeditat, sub nota R. allegavimus. Versionem nostram Latinam ita attemperare conati sumus, ut non verbo qvidem verbum, sed una linea versionis alteri textus respondeat.

2) Æſki ec þín en mikla miſkunn
mer veitiſt, er ec epterleita
af klöckum hug; því ec ynniſt ecki
annad gott, nema af þer (a) Drottinn.
Hreinſa (b) brióſt, oc leid (c) med liſtum
loflig (d) ord í ſtudlaſkordum,
ſtefnlig giörd ſvo víſan verdi
vunnin ydur af þeſſum munni.

3) Beidi ec þig mær oc móder,
í mínum hug (e), fyrir umſiá þína
renni mál af raddartólum
riettferdugaſt í víſum ſliettum (f),
ſkír oc ſæt af vorum vörum
vordinn ſvo at mætti ordinn
laugaſt öll í glóanda gulli
Gudi væri ec þau (g) ſkylldur at færa.

4) Fyrri menn, er frædin kunnu
forn oc klók á ſínum (h) bókum!
ſlúngin miúkt af ſínum kóngum
ſúngu lof med danſkri túngu.
I (i) þvílíku módurmále
meirr ſkylldunſt ec enn nockurr þeirra
hrærdann dikt med (k) áſtarordum
allsvalldanda kóngi at giallda.

5) Sköpun oc fæding, ſkírn oc prýde,
ſkynſemi full, ſú (l) betri er gulli,
dreyrinn Kriſts af ſídu ſári,
ſyndalíkn oc dagligt yndi,
háleit von á himnaſælu,
hrygdin jardar nedſtu bygda,
bióda mer í fráſögn færa
fögur ſtórmerkin Drottins verka.

6) Herra

(a) til *add.* 2. P. M. R. (b) Hreinſat P. R. CC. U. (c) lidat CC. U.
(d) líflig. P. R. (e) mín von at. P. R. (f) þeſſum. P.

2) *Rogo ut immensa Tua misericordia*
mihi præbeatur, qvam qværo
animo emollito; nihil enim desidero
aliud bonum, qvam abs Te, Domine!
Munda pectus, & eleganter deduc
verba decentia in pedes metricos,
ut carmen concinne exaratum
ab hoc ore Vobis proferatur.

3) *Te Virgo & mater oro*
animitus, ut Tuis auspiciis
sermo de instrumentis vocalibus
in versibus harmonicis condignus profluat;
ut clara & dulcia de labiis nostris
verba enata
omnia rutilanti auro tingantur;
Deo certe illa offerenda deberem.

4) *Veteres, qvi doctrinas calluere*
antiqvas & sapientiæ plenas in suis libris,
artificiose concinnatas de suis Regibus
laudes lingva Danica cecinerunt;
Hac eadem vernacula
magis obligor qvam eorum qvisqvam
ad poëma devotum verbis amoris plenum
Regi omnipotenti persolvendum.

5) *Creatio & nativitas, baptismus & ornatus,*
ratio plena auro præstantior,
sangvis de lateris Christi vulnere,
remissio peccatorum, qvotidiana jucunditas,
excelsa beatitudinis coelestis spes,
terror infimorum terræ locorum,
referenda mihi injungunt
pulchra Domini operum magnalia.

6) *Dominus*

(g) þõ. P. M. (h) heidnum. 3. N. (i) af. P. M.
(k) af. P. 2. (l) at. 2. P. M.

6) Herra gud sá hverium er dýrri
himin oc jörd í fyrstu giördi
prýddi hann med þrisvar þrennum,
þad er rett trúa mín, Englastettum;
ádr var hann þó, jafnt oc sídan,
ærinn ser, enn skepnan væri;
giördi hann heim oc teygdi tíma
tvo jafnalldra í sínu valldi.

7) Mektarfullr er afbar öllum
í náttúru oc (a) skiærleik sínum,
skaptr gódr (b) skein í prýdi
skapara nærstr í vegsemd hærstri,
eigi let ser allvel nægia
engill makt, þá er hafdi fengid;
medr ofbelldi ödlast villdi
ædra sess oc virding bædi.

8) Fýstist hann med offa æstum
ad vidlíkiast yfrid ríkum
guds eingetnum syni, enn sídan
ser nægiandist (c) engum vægia.
Fúll metnadrinn er med öllu
óvarligr (d), sem ritning prófar,
at ætla ser vid dýrann Drottinn
deila megn. Enn hversu vegnar (e)?

9) Svo er greinandi, á samri stundu
sem engillinn tók ad spillast,
söktist hann med sínum grönnum,
sem blývarda, í diúpleik jardar.
blindann fann (f) þar fodr sinn fiandann,
feikt (g) ofbelldi er kvelr í elldi;
fávíss er sá fedgin þessi
fadma vill, enn sidunum spilla.

10) Dag-

(a) og. *omitt*. P. M. (b) og. *add*. P. M. CC. U. (c) nægiandi. 3. P. M.
(d) óvarliga P. M. *Alias*: ógrligr, & ógrliga. CC. U. (e) deila af megni hversu at

6) *Dominus Deus, omnibus eminentior*
cælum & terram in principio creavit,
qvod ter ternis ornavit,
(hæc mea est recta fides) ordinibus Angelorum;
Ille tamen prius (æqve ac exinde)
qvam creatura ulla exstitit, sibi erat sufficiens.
Ille mundum condidit & extendit tempora
bina & æqvalia; qvodvis in suo imperio.

7) *Potens, qvi cunctis præcellebat*
natura sua & claritate,
bonus creatus, pulchre fulgebat
creatori bonore summo proximus,
non erat contentus,
Angelus, potestate, qvam acceperat,
sed vi occupare voluit
& gradum & dignitatem celsiorem.

8) *Ferocia æstuanti percupivit*
assimilari præpotenti
Dei unigenito filio; sed exinde,
sibi ipsi sufficiens, nemini cedere.
Fætida superbia omnino est
imprudens, teste Scriptura,
contra Deum T. O. M. conari
viribus certare. Sed qvomodo cedet?

9) *Ita scilicet; qvod eodem momento*
qvo Angelus corrumpi cœpit,
unacum suis vicinis præcipitabatur,
cumuli plumbei instar, in profundum terræ,
ubi cæcum suum patrem Sathanam invenit
violentia immensa, qvem igne cruciat.
Stultus est, qvi patrem & filiam istos,
bonos mores deserens, amplecti præoptat.

 10) *Sex*

vegnar. *Alias:* deila megne hverfu er vegnar. CC. U. (f) sem P. M. (g) frekt. P. feikit. *male* feigid, *alias* feikna & feikn N. CC. U.

10) Dagarnir (a) sex ad vísu vöxu
velltiliger um siáfarbellti,
ádr enn fengi alla prýdi
jörd oc lopt, er drottinn giördi,
pressad vatn í himininn hvassann,
hiörn oc elld (b) sem merki stiörnur,
hagl oc dýr, sem fiska oc fugla,
fagrann plóg sem alldinskóga.

11) Breytti gud oc brá til hætti
blód oc holld af vatni oc molldu
letttann (c) bláftr af lopti næsta (d)
lífs heitleik af sólar (e) reitum.
Ond oc þar til sídan sendi,
sú (f) er skiliandi Drottins vilia,
leid kunnandi um líkams ædar,
líf skínandi af Helgum Anda.

12) Sá er lídandi madr af módur
molldu, oc þó med skiæru holldi,
Adam nefndr, er alls (g) í heimi
átti rád med med frelsi oc nádum.
Höfginn rann svo hægr á þenna
heimsstýranda, oc feck hann skíra
anda-gift, þá er sídan sýndi,
svo vordinna spádóms orda.

13) Utleidandi af Adams sídu
Evu brátt, sem Moyses váttar,
vist med (h) æru, valld oc ástir,
ad vísu gaf hann (i) þeim Paradísar,
þángad til er (k) þau med englum,
þad er blídan mest, lifdu sídan
med (l) asprengi allt þad (m) fengi
æfinliga oc þackir giæfi

14) Enn

(a) Dægrinn P. M. (b) elldr. P. M. (c) lette hann. *Alias:* let hann CC. U. (d) hæsta CC. U. (e) sálar P. M. (f) suo 4. P. M. (g) einn. N.

10) *Sex dies increscebant
circa zonam oceani volubiles,
priusquam integrum ornatum consequerentur
terra & aër, quos Deus creaverat,
aqvam in sublime cælorum compressam,
glaciem, ignem, planetas,
grandinem, animalia, pisces, aves,
fruges pulchras, & arbores frugiferas.*

11) *Mutabat Deus, (& novum iniit modum)
sangvinem & carnem de aqva & pulvere,
levem flatum de proximo æthere
& calorem vitalem de regione solari.
Animam qvoque illuc exin misit,
qvæ voluntatem Domini intelligat,
viæ per venas corporis gnara
vita de Spiritu Sancto fulgenas.*

12) *Homo ille, prodiens de matris
pulvere, nitida tamen carne præditus,
Adam appellatus, omnium in orbe
libera & tranqvilla potestate fruebatur.
Somnus placidus irrepsit in hunc
mundi rectorem, qui nactus est perspicax
ingenium, qvod deinde commonstravit
prophetia eventui respondente.*

13) *Deus de latere Adami eduxit
Evam statim, ut Moses testatur,
iisqve honorem, potestatem, amorem & habitaculum
Paradisi dedit,
usqve qvo illi cum angelis
O! gratiam immensam! postea viverent
unacum universa ex iis nascitura progenie
in æternum, & gratias redderent.*

14) *Sed*

(h) og. 3. P. M. N. (i) ad. 2. N. *Alias:* eru. 4. (k) *omitt.* P. M.
(l) vidr. P. M. (m) er. *add.* 5. P. M.

14) Enn ad verdleikinn viſſi á jördu,
ef (a) vyrdi ſók til himna dýrdar,
bodordid eitt (b) hinn (c) blídi Drottinn
býdr þeim í ſkylldu ad hlýda:
Eplid eitt ec banna ad bíta
bádum yckur, enn þid munud ráda,
deyia ſkulud ef efnid eigi
einfallt bod med dyggleik hreinum.

15) Þrútnar, ſvellr, oc unir vid illa,
engill, bann, þad er hafdi fengid,
firdaſveit ef fædd á jördu
fær þá viſt er ſiálfr hann miſti.
Svo bruggandi daudans dreggiar
duldiſt hann fyrir augſýn manna
fiölkunnigr í einum innan
ormi, tók ſvo (d) mál ad forma.

16) Svo prófandi ſeger til Evu:
ſvara mer ſkiótt, enn því (e) hefr Drottinn
ſætaſt yckur blóm ad bíta
bannad, enn lofad þó fleſt allt (f) annad?
Svo fór þad ad ſvaradi Eva,
ſem margbrugdinn fiandinn hugdi,
ad vid eigi (g) lífs af leidum
lettliga hröpum á daudans ſtettir

17) Lettliga fann (h), ſem lióſinn votta,
lettleikann í ſvaranna reyki (i).
Því treyſtiſt hann framt ad freiſta
flærdum ſettr, oc talar med prettum:
Eigi munud þid Adam deyia,
andlits hvít, þó eplid bítid,
helldr munud med heidri oc valldi
horſk oc rík vid guddóm líkiaſt.

18) Aud-

(a) *omitt.* 2. P. M. (b) rett. CC. U. let. P. M. (c) fram P. M.
(d) hann 5. P. M. (e) hvi. P. M. (f) giörvallt. 1.

14) *Sed ut meritum in terra existeret,*
si modo illud causa gloriæ cælestis esset,
Dominus clementissimus unicum præceptum
iis ex debito observandum injunxit:
Unico pomo vesci prohibeo
vobis ambobus, sed pro arbitrio agetis;
Moriemini, si non observaveritis
pura fidelitate simplex hoc mandatum.

15) *Intumescit, turget, & ægre fert*
angelus condemnationem acceptam,
si genus humanum in terra prognatum
in habitaculum, quod amiserat, successerit.
Hinc fæces mortiferas miscens
a visu humano latitabat
veterator intus in quodam
serpente, & verba proferre cœpit.

16) *Tentans Evam ita alloquitur:*
Sine ambagibus responde: Cur Dominus
fructum dulcissimum comedere vobis
prohibuit, sed reliqua concessit?
Eva respondit veluti
vafer hostis suspicatus fuerat:
Ne nos de tramite viæ
in plateas mortis leves præcipitemus.

17) *Facile suboluit (teste Scriptura)*
levitatem in vacillatione responsorum,
quare ulterius tentare sustinebat
fraudibus imbutus & dolose pergit:
Tu & Adam non moriemini
O! facie pulchra! etsi pomum comedatis,
multo magis gloria & potestate
gloriosi & potentes Deitati assimilabimini.

18) *Credula*

(g) ei fæ̃ri vid. M. P. *Alias:* eigũm 3. N. (h) svo 3. M. P. (i) reykan. P. M.

18) Audginnt miög því ad Eva trúdi,
át hún blóm, enn tapadi sóma,
oc til med ser Adam teygdi
vann (a) hann nú þad er vissi bannad;
Uggdi hann ad Eva styggdist
ef neitadi bæn ad veita.
Fiandinn gat svo í fyrstu blindad
fedgin vár med nógu dári.

19) Ressar þeim ad rettum dómi
ríkr herra, fyrir ódygd slíka,
rak þau braut (b) úr sæmdarsæti
snaud oc nökt í písl (c) oc dauda.
Velltust aum í veslum heimi
vída lands, þar nær öll sídan
lýdakind med sárum syndum (d)
sendist fram af Adams lendum.

20) Remman brast sem rót af kviste (e),
rann þá glæpr af hverium til annars.
Leid svo heimr um lánga tíma
lífs andvana, enn fullr af grandi
Letti (f) hvörki ugg ne ótta,
eitt er (g) mest sem þó fer ad lesti,
opid helvíti búid med bölvi
baud sig fram vid hvers manns dauda.

21) Heimr er daudr hvad er til ráda?
Hvar getr þann er ser megi biarga?
Hvergi; því ad í synda saurgan
sannliga hverr at (h) þýngir annan.
Eitt er til þad ec vil votta
á ec grátandi frammi ad standa
ad þú siálfr hinn dýri Drottinn
dugir nú ferd, svo lífgud verdi.

22) Veitt

(a) át. P. M. (b) brátt. P. (c) myrkur P. M. (d) svida oc sárum. P.
(e) af rót í kvistu. P. M. (f) Leitter. P. M. (g) epter P. M. R. CC. U.

18) Credula qvia Eva fidem habuit,
fructum comedit, sed honore privabatur,
& Adamum secum pellexit,
ut qvod vetitum novit, comederet.
Timuit siqvidem, ne Evam offenderet,
si petitum renueret.
Ita Sathanas initio occæcavit
parentes nostros multum infatuando.

19) Justo judicio eos punivit
Dominus potens ob talem infidelitatem,
eosqve de sede honorata expulit
egenos & nudos in cruciatus & mortem.
Afflicti in misero mundo pererrabant
passim terrarum, ubi tota fere exinde
progenies humana cum peccatis atrocibus
de Adami lumbis provenit.

20) Acerbitas propullulabat veluti de radice ramus,
scelus ab uno ad alterum manabat.
Ita mundus diu transfluxit
vitæ expers, sed malorum plenus.
Nec timor nec metus cessabant,
unum tamen maximo fuit detrimento,
tartarus patens miseriam minans
in omnium morte se offerebat.

21) Qvid consilii? Mundus mortuus est.
Ubi est, qvi sibi ipsi subveniat?
Nuspiam; qvia luto peccatorum
vere unus alterum aggravat.
Id solum exstat (qvod assevero),
ut lacrymans tibi supplicem;
Tu ipse Deus T. O. M.
hominibus subveni qvo vivificentur.

22) Data

(†) sannar þat at hver P. M.

22) Veitt (a) er líf þad vard oc mátti,
veitt er líf þad Adam neitti,
sú miskunn á settum tíma
sendist fram af guddómshendi,
liós í heim ad lifandi kiæmi
lifandi víst, þad er kvaldar ander
tæki á braut úr diöfladýki,
dýrd englanna slíku stýrdi.

23) Tendrast öll oc talar med snilli
túngan mín, af herra sínum (b),
um stórmerkin á hún (c) ad yrkia
yfersþennanda heima þrenna.
Biúgr (d) oc sár í banni væri (e)
oc bandi rett ins nedsta fianda,
nema hiálprædid guds hid góda
gefid á jörd, mig leystann hefdi.

24) Nær oc firr med skygnleik skírum
skipandi (f) allt med syni oc anda
födrpersónan, engli einum
eyrindid býdr, enn þessi hlýdir;
Fliúg, oc seg þad Mariu meyiu
mætri (þeirrar ec skal giæta)
minn einka son ad holldi hennar
hlýdinnar vill biörtu skrýdast.

25) Módir oss er Maria þessi
megtarblóm oc full af sóma,
glæsilig sem rodnust (g) rósa
runnin upp vid lifandi brunna.
Rót ilmandi lítilætis,
logandi öll med skírleiks anda,
Gudi unnandi oc gódum mönnum,
Gudi líkiandi í dygdum slíkum.

26) Engi

(a) *Hanc sequenti strophæ postponunt* P. M.
(b) þínum P. M. sínum. C. U.
(c) ártú P. M. á ég. C. U.
(d) biúg. M. P.
(e) værir P. M.

22) *Data est vita! qvalis dari potuit & licitum erat.*
Data est vita! qvam Adam denegavit.
Hæc gratia stato tempore
de manu divina mittebatur,
ut lux viva in mundum veniret,
viva certe, qvæ animas excruciatas
de fovea diabolica eriperet,
gloria cælorum hujus erat auctor.

23) *Accenditur tota, & pompose loqvitur*
mea lingva de suo Domino;
De magnalibus canat
ternos mundos spithama comprehendentis.
Incurvatus & vulneratus in condemnatione essem
& vinculo Sathanæ infimi,
nisi bona illa Dei salus
in terram missa me liberavisset.

24) *Procul & prope intuitu perspicaci*
omnia unacum Filio & Spiritu ordinans
persona Patris angelo cuidam
negotium mandat, ille vero auscultat:
Vola, & dic Mariæ Virgini
egregiæ, qvæ mihi curæ erit,
unicum meum filium carnem ejus
obedientis candidam induere velle.

25) *Hæcce Maria se nobis matrem præbet,*
flos majestatis, plena decoris,
splendida tanqvam rosa rubra
ad latices vivos propullulans;
Radix fragrans humilitatis,
in spiritu castitatis flagrans,
Deum & bonos amans,
Deo in talibus virtutibus similis.

Fff 2 26) *Nullam*

(f) skapandi. 3. (g) rodnut. 2. P. M.

26) Engi ſe ec ad jardneſk túnga,
enn háleiti (a) ſtiörnureita (b)
Drottinn! þer ſem verdugt væri
vandad fái nú ſtef til handa:
Se þer dýrd med ſannri prýdi,
ſúnginn beidur af öllum túngum
eiliſliga (c), *med ſigri oc ſælu,*
ſæmd oc valld þitt minkiſt alldri!

27) Leid, ſigrandi páfugls prýdi
pentad innan firmamentum
Gabriel, ſem geiſlinn ſólar.
glediligr í loptin nedri.
Sendibodi kom ſiöfallds Anda,
ſvo er greinanda, ad húſi einu,
ſannr meydómrinn ſat þar inni,
ſiálft hreinlífid, gimſteinn víſa.

28) Ok ſvo veik ad meyiu miúkri:
Mária hlýd þú (d) ordum várum
frægaſt, (e) víſ þer færi ec *Ave*
full miſkunn af ſætum brunni (f);
ſamangaupnandi (g) ſína ſkepnu
ſannr höfdinginn engla oc manna
byggir þer fyrir brióſti ſkiæru
bleſſud mær, þú ert ſprundum hærri.

29) Heyrdi oc trúdi, enn undraſt ordinn
júngfrú kyrr (h), því viſſi hún fyrri
alldri kvaddann mann á molldu
medr þvílíkri tignarkvediu.
Fyrerbiódandi henni ad hrædaſt
höfudengillinn taladi lengra:
Gud himnanna, fram mun fædaſt
frúin ſkínandi af holldi þínu.

30) Frettir

(a) háleitu P. háleitre C. U. (b) reitar. 2. (c) æfinliga P. M. (d) nú P. M.
(e) fagraſt. C. U. (f) full miſkunnar ſætleiks brunna P. M.

26) *Nullam credo lingvam terrestrem,*
celsissime cæli stellantis
Domine! tibi ex condigno
versum intercalarem concinnare posse:
Sit Tibi gloria & vera laus,
& honos ab omnibus lingvis decantatus
in æternum, victoria, & beatitudo,
gloria & potestas Tua nunqvam cessabunt!

27) *Ferebatur, splendorem pavonis superans*
per firmamentum intus variegatum
Gabriel, radii solaris instar
gaudium adferens in aëra inferiorem.
Legatus septuplicis Spiritus venit,
ut fert historia, ad domum qvandam,
in qva consedit vera virginitas,
ipsa castitas, gemma mulierum.

28) *Et blandam virginem bis allocutus est:*
Maria verbis meis ausculta!
fœminarum celeberrima! Tibi Ave *adfero,*
gratia plena de fonte dulci!
Suam creaturam manu comprehendens,
verus angelorum & hominum Dominus,
intra purum Tuum pectus habitat
virgo benedicta. Tu es fœminis excelsior.

29) *Audivit & credidit, sed verba miratur*
virgo tranqvilla, qvia prius novit
nullum hominem in terra salutatum
tam honorifica salutatione.
Et timere prohibens
Archangelus, pergit:
Deus cælorum nasciturus est,
Domina serenissima! de carne tua.

 Ea

(g) samangeypnandi. 3. P. M. (h) hyr. P. skyr. C. U.

30) Frettir hún þá med hverium hætti
henni bæri til fögnud þenna,
borgarmúr svo bristi hvergi
bygd geimandi hreinleiks dygda?
Engill segir at ei muni syndgast
júngfrú blíd, því sveininn smídar (a)
haglig myndan heilags Anda
holld oc bein af líkam hreinum.

31) Loptin öll af liósi fyllast,
legir á grundu (b) stódu oc undrast,
kúgud siálf svo (c) nærri nógu
náttúran ser ecki mátti;
Giptist aundin guddóms krapti,
gódu (d) huldist Mariu blódi,
gladrar dvelst í júngfrúr idrum
ein persónan þrennra greina (e).

32) Hiörtun játi, falli oc flióti
fagnadarlaug af hvers manns augum,
æ þackandi miskunn mickla (f),
minn Drottinn! í holldgan þinni:
Se þer dýrd, &c.

33) Fimm mánudum oc fiórum sídan
fæddist sveinn af meyiu hreinni,
skygnast sem þá (g) glerid í gegnum
geislinn brár fyrir augum várum;
glóar þar sól ad (h) glerinu heilu,
glediligt jód svo skein af módur,
ad innsigli holldnu hennar
hreinferdugra (i) meydóms greina.

34) Enginn heyrdi, oc engin urdu
jöfn tídindi fyrr ne sídar,
bædi senn var (k) mey oc móder,
mann oc Gud baud trúan ad sanna.

Loptin

(a) þá sveinn er smídadr. P. M. (b) og grund því. N. og grund þau 3. og grund þá. C. U. (c) af. P. M. enn. C. U. er C. U. (d) gód oc M. gód enn. P. (e) þrennrar greinar 1. P. M. (f) miúka 3. P. M.

30) *Ea tunc sciscitatur, qvomodo*
hæc lætitia sibi obveniat,
ut munimentum nullibi disrumpatur
habitaculum virtutum castitatis cingens?
Angelus respondit, non peccaturam fore
placidam virginem, nam puerum condet
apta formatio Spiritus Sancti
carnem & ossa de corpore puro.

31) *Omnes cæli lumine implentur,*
aqvæ in terra constiterunt & admirabantur,
ipsa qvidem afflicta
natura tantum non deliqvium passa est.
Anima virtuti divinæ connubio juncta
bono Mariæ sangvine induebatur;
in læta virginis visceribus commorabatur
una ternæ distinctionis persona.

32) *Corda confiteantur, decidat & perfluat*
aqva tepida lætitiæ de omnium oculis,
semper gratias agentia pro magna misericordia
mi Domine! in Tua incarnatione (præstita)!
Sit Tibi gloria &c.

33) *Post qvinqve & qvatuor insuper menses*
puer de virgine pura natus est,
veluti cum per vitrum perspicacissimum
radius coruscans vibratur coram oculis nostris;
Sol vitro integro splendet;
ita proles exoptata de matre fulgebat,
ejus salvo sigillo
illibatæ virginitatis.

34) *Nemo audivit, nullaqve exstitere*
antehac vel postea tanta nova,
simul erat virgo & mater,
fidesqve nobis Deum & hominem probat. *Cæli*

(g) þar. P. M. þ.i er. C. U. þat. C. U. (h) af. P. M. (i) hreinferdugastra. P. M. hreinferdugustu. C. U. (k) því. P. M.

Loptin súngu komnum Kóngi
kunnigt lof þar hirdar runnu:
Himnadýrd er hneigd ad jördu
her samteingdust menn oc englar.

35) Þó var ei svo rík ad reisa
ræsis (a) módirin ætti góda,
því var kóngrinn hördu heyi
hulldr, at mætti hann firrast kullda.
Umsnídningar Jesu prýdi
átti dagr frá (b) fæding váttar
æsist blód um líkam liósann
lagast minnilig tár af (c) kinnum.

36) A þrettánda dag til Drottins
dýrdar menn, er ríkium stýrdu
austr í (d) heim, med offri kvómu
úngann mann ad heidra (e) þannig.
Umrennandi sex ad sinnum
sex daga grein, oc fiórum (f) einum
offrast kaus fyrir oss ad vísu
Jesús siálfr í musteris hválfi.

37) Vígdist (g) oss þá er vatni dögdist
valldr (h) himnanna á þrítugs alldri;
Jórdánar vid (i) ædar hreinar
Jón Baptista Drottni þiónar.
Þessi ástvinrinn Jesu Christi
er nú váttr ad (k) þann dag mátti
samskínandi (l) á grænni grundu
Guds þrenning med lýdum kennast.

38) Finn ec allt ad mannvit manna
mædist þegar er um skal ræda
máttinn þinn enn milldi (m) Drottinn,
meiri er hann enn giörvallt annad:
Se þer dýrd &c. 39) Undrast

(a) ríkust. 4. P. M. riódust. C. U. (b) er. P. M. at 2 af. R. 2. (c) á. 4. N.
(d) austan úr. P. (e) prísa. P. M. (f) þar til. 2. P. M. (g) Vígdi hann. 3.

Cœli Regi advenienti cantabant
laudes assvetas, ubi pastores agebant:
Gloria cælestis ad terram est deflexa;
hic homines & angeli conjungebantur.

35) *Nec tamen tam dives erat, ut fascias*
bonas mater Regis possideret,
qvare Rex fœno rigido
cooperiebatur, ut frigus arceretur.
Circumcisionis Jesu solennitatem
dies a nativitate ejus octavus testatur,
sangvis per corpus candidum ebullit
& notabiles lacrymæ de genis defluunt.

36) *Die decimo tertio, Domino*
viri illustres, qvi regna gubernabant
in Oriente, oblationes adferebant,
qvibus virum recens natum honorarent.
Elapsa sexies
sex & qvatuor dierum epocha,
pro nobis offerri exoptavit
ipse Jesus sub concameratione templi.

37) *Nobis initiatus est, cum aqva irroraretur*
tricenarius, cœlorum gubernator;
apud puros Jordanis latices
Johannes Baptista Domino ministrat.
Hic intimus Jesu Christi amicus
jam testis est; eodem die
simul fulgentem in campo viridi,
Trinitatem divinam hominibus innotuisse.

38) *Comperior omnem intellectum humanum*
deficere, qvando sermo est
de potentia Tua, Domine clementissime!
qvæ omnia alia exsuperat:
Sit Tibi gloria &c. 39) *Mirari*

(h) valld. 3. P. (i) í jordan med. 2. P. M. (k) er. P. M.
(l) fiá ſkínandi P. M. (m) mikli. P. M.

39) Undrast tók hinn forni fiandi
fæddann mann, enn skilia var bannad,
oc þvílíkt sem andinn segdi
ordin slík af túngu fordum:
þyckir mer sem nýiúng nockur
nálgist heim oc ættir beima;
eitthvad klókt mun Drottinn dikta,
duldr emk þess, þad fer ad huldu.

40) Jesum tigna englaráfir
uppi oc nidri í heimi (a) þridia,
stiörnuliós oc færdar fórnir,
fridarsamband á hveriu landi;
slík afla mer sóttarauka
sonn stórmerkinn veitt hiá mönnum;
kvídi ec vid (b) hanns remming ráda
rídi mer ad bádum sídum.

41) Födrætt hanns trúi ec fáir munu hitta
enn finnst módernid her med þiódum;
því (c) er adferdin Jesu burdar
undarlig, svo skil ec þad varla.
Ecki er mer á þessum þocki
þannveg ferr þeim únga manni;
alldri var sá fyrri á folldu
fæddr madr, ec nærsta hræddunst.

42) Þystr er hann oc fölr af föstu,
firrist hlátr, enn kann ad gráta,
mædist hann, oc er módur sinnar
miólku fæddr, enn reifum klæddist;
Finn ec þó ad í slíku sannann
siálf náttúran manndóm váttar,
fýsir mig því fram ad æsa
flein ódygdar hönum ad meini.

43) Mierr

(a) himni. P. M. (b) ad. 2. P. M (c) þó. P. M.

39) *Mirari cœpit antiqvus ille hostis*
hominem natum, sed intelligere non erat datum;
nec absimile erat, qvasi spiritus protulerit
olim talia verba de lingva:
Videtur mihi novum qvoddam
mundo & generi humano appropinqvari;
Aliqvid subtile Dominus excogitabit,
qvod me clam fit, & occulte peragitur.

40) *Jesum Angelorum chori honorant*
superne, inferne, & in mundo tertio;
splendor stellæ, & oblationes allatæ,
& vinculum pacis ubiqve terrarum;
Hæc mihi dolorem adaugent
vera magnalia apud homines exhibita,
vereor enim, ut ejus consiliorum robur
utrumqve meum latus feriat.

41) *Paternum ejus genus paucos credo investigaturos,*
sed maternum hic inter homines reperitur,
& modus certe generationis Jesu tam
mirandus est, ut ego illum vix perspiciam.
Hæc mihi non arrident,
& ita se gerit hicce juvenis,
ut nunqvam antehac in terra fuerit
homo natus, a qvo mihi tantopere metuerim.

42) *Sitit, jejunio pallet,*
risum aversatur, sed lacrymatur,
defatigatur, & est materno
lacte nutritus, & fasciis involutus;
Ex his colligo veram
humanitatem ipsa natura comprobari,
qvare discupio impetere illum
spiculo scelerum, in ejus perniciem.

 43) *Mihi*

43) Mierr virdist sem miklu hærra (a)
hiá mætum gudi hann (b) Adam sæti,
ádr ec sveik þau Evu bædi
ærusnaud í myrkr oc dauda;
satt er ad færster siá vid prettum,
svo mun enn um Jesum þenna,
því treystunst ec framt at freista,
fordum hefi ec slægvitr (c) ordid.

44) Sonr (d) Máriu! sonr hinn dýri!
són menniligr (e) Guds oc hennar!
kenn þú mer ad fordast fiandann,
fiölkunnigann, enn þer ad unna:
Se þer dýrd &c.

45) Frett hefi ec hitt (f) ad freistadi drottins
föstumóds, med (g) ymsum löstum
púkansslægd, er hvern mann hugdist
hveckium vanr (h) í synd ad bleckia.
Velakríngs (i) á (k) vöfdum strengium
vunndin opt, oc (l) sneruft á lopti
skeytin öll, hins flærdar fulla (m)
fianda brióst í gegnum standa.

46) Þessu næst hins kiæra Christi
kenning tók um bygd ad renna
lífþiónandi lærisveina
leitar, finnr, oc þar med veitir
blindum, hriúfum, dumbum, daufum,
daudum, krömdum ærum, lomdum,
augnagræding (n), ord, ad hlyda
andarheilsu (n), vitsku, ad standa (o).

47) Þetta ser hann fiandi at fættkar
fólkid hans, oc lítst þad vansi,
dæmin gód þau (p) vaxa vída
verri brögd oc (q) lytin þverra;

Púkinn

(a) ædri. P. M. (b) enn P. N. 2. ef hann. M. (c) til slægr. 2. N.
(d) sannr. P. M. (e) minniligr P. M. R. C. U. ynniligr. 2. eingetinn C. U.
(f) *omitt.* P. M. 3. (g) á. P. M. af. 3. (h) vön. P. M. (i) Velakríngr. 2. N.

43) *Mihi videtur multo honoratiori loco*
Adamum fuisse apud inclytum Deum,
antequam ego illum & Evam seducerem,
honore privatos, in tenebras & mortem;
Pauci certe a dolis sibi cavere norunt,
quod & Jesu huic eveniet,
quare periculum audacter facere sustineo,
nam olim quidem specimina astutiæ edidi.

44) *Fili Mariæ! Fili augustissime!*
Fili humane Dei & ejus!
Doce me Sathanam evitare
veteratorem, sed Te amare:
Sit Tibi gloria &c.

45) *Accepi, quod tentaverit Dominum,*
jejunio afflictum, variis delictis
astutia diaboli, qui credebat se omnes,
utpote dolorum gnarus, peccato delusurum.
Sed fraudum artificis, e complicatis funibus,
contorta fortiter in aëre invertebantur
omnia spicula, & vaferrimi
hostis pectus transfigebant.

46) *Exinde charissimi Christi*
doctrina per regionem emanare cœpit;
vitæ ministrantes discipulos
quærit, invenit, simulque confert
cæcis, debilibus, mutis, surdis,
mortuis, contusis, dementibus, claudis
oculorum sanationem, vocem, audire,
animæ vigorem, rationem, stare.

47) *Sathanæ animadvertenti diminui*
suos subditos, id magnum malum visum est;
Bona exempla passim increbrescunt
sed scelera & vitia imminuuntur.

 Dæmon

(k) at. 4. (l) enn. P. M. (m) hin flærdarfullu. P. M. (n) *Rectius forte:* augna, græding, & andar, heilsu. (o) standast. P. (p) at. P. M. (q) enn. P. M.

Púkinn kvaldr þegi þoldi
þenna leik, er hardann (a) kennir;
því flýtandi sínum sveitum (b)
syndabriót ad drepa sem skiótast (c).

48) Leidann dreng ad liótum rádum
lockar hann (d), sá er (e) Jesúss manna,
yfirmordinginn, innan hirdar
Judas nefndr, er óvænt stefndi;
Milldann gud vid (f) silfri selldi
sveitum, þeim er júdar heita,
fullum upp af grimdargalli,
greniadi þióstr í þeirra brióstí.

49) Fúser hlupu oc fundu Jesum,
fundin hröktu, lömdu oc bundu,
bundinn leiddu, enn heidnir (g) hæddu,
hæddann, ræddann, slógu afklæddann;
Fiandansbörnin þraungum (h) þyrne
þessir spenna um blessad enni;
þessir negla (i) Krist á krossinn
oc keira jarn, svo stock út (k) dreiri.

50) Ættum ver á Jesum Drottinn
efunarlaust med fullu trauste
út af hiartans innstu rótum
allir senn med gráti ad kalla:
Sie þer dýrd &c.

51) Yfermeistarinn allra lista
Jesus gódr, er lífgar þióder,
veittu mer ad stilla oc styra
svo steflig ord megi túngan efla:
Æsinliga, med lyptum (l) *lófum*,
lofrædandi, á kne sin bædi,
skepnan öll er skylld ad falla,
skapari minn, fyrir ásián þinni!

52) Eru

(a) hafdann P. M. (b) sínar sveiter. 2. P. M. R. (c) fliótast. N. (d) einn. 2.
(e) svo. P. M. (f) þvíat. P. M. (g) hædner. C. U. P. M. heimsker. C. U.

Dæmon afflictus hujus certaminis
impatiens, cujus damnum persentiscit;
suas cohortes incitat
ad demolitorem peccatorum quam primum occidendum.

48) *Mediastinum improbum turpi consilio*
pellicit, is erat Jesu asseclarum
in ipsius satellitio unus, archisicarius;
Judas nomen erat mala meditanti.
Hic clementem Deum argento vendidit
genti, quæ Judaica appellatur,
cui crudelissimæ bilis plenæ
invidia in pectore rugiebat.

49) *Avidi cucurrerunt, & Jesum invenerunt,*
inventum exagitarunt, verberarunt, & ligarunt,
ligatum abduxerunt, sed gentiles deriserunt,
derisum, delatum, & denudatum flagellabant.
Diabolica progenies arcta spina
frontem benedictam circumdat,
alii Christum cruci affigunt
& ferrum trudunt, ita ut sangvis exsiliat.

50) *Nos oporteret Dominum Jesum*
indubitanter plena fiducia
ex intimis cordis penetralibus,
omnes lacrymantes, una invocare:
Sit Tibi gloria &c.

51) *Summe omnium artium magister,*
O bone Jesu, qui hominibus vitam donas!
Da mihi ita temperare & dirigere
verba, ut poëmate digna, lingva concinnat:
In æternum, manibus elevatis,
laudes eloqvens, in utrumqve genu
procidere debet omnis creatura,
Mi Creator! coram facie Tua!

52) *Exemplum*

(h) þúngum. N. (i) negldu. 2. M. (k) um. 3. M. (l) lycktum CC. U.

52) Eru (a) minnilig epterdæme,
yfirbiódandinn engla oc þióda (b)
Heu miser; heu nullam sentio tristis opem!
Me peragunt peccata reum, rapit ante tribunal
Neqvitiæ rigidum conscia vita suæ.
Rara mihi virtus, vitiis premor undique multis;
Sæpe fui iratus, sæpe malignus eram.
77) Sæpius invidiæ tumuerunt corda veneno,
Sæpe supercilio frons caperata fuit.
78) Crimen avaritiæ fixit sub pectore sedem;
Fixerat & toto qui volat orbe puer.
Ignoscit, fateor, pravis clementia servis,
Incutiunt nobis attamen ista metum.
79) Parce, Pater! lacrimor, vitæ me pœnitet actæ:
Ecce Tuos jaceo quam miser ante pedes;
Membra tremunt, cor delicuit, vigor aufugit omnis;
Ultima, ni parcas, lux erit hæcce mihi.
80) Ut sitis ardentes, si forte venena colubri
Cervus edit, fauces immoderata premit.
Arva per & silvas & vasta cacumina fertur,
Inveniat vivæ flumina donec aquæ.
Sic Tua, Nate Dei, sitio medicamina; Sanctus
Infundat cordi Spiritus illa meo.
Sedulus inveniar vittatæ ad munia turbæ,
Cum Tuus atqve Tuæ matris agetur honos.
81) Conde manu, scelerum cum me rapit impetus, & me
Castigent legis mitia flagra reum,
Me quoties subit illicitæ tentatio flammæ,
Extinguam lacrimis, dum furit illa, faces.
82) Parce piis lacrimis, Matris per nomina, Nate!
Extrema qvando me vocat hora necis.

Qui nunquam miseros spernis, timidosve repellis,
Has etiam facili percipis aure preces.
Non ego detrecto morbos & damna senectæ,
Donec ad extremum funeris hora venit.
Hos fatiga humeros, exerce hæc membra labore,
Fasce sub imposito mens liquefacta gemat.
Sed rogo post mortem ne me fera mactet Erynnis,
Et cineres tuto posse jacere loco!
83) Qui mihi das vitam, mihi da fulcimina vitæ,
Cum mens ad superos ingredietur iter!
Exoptata mihi da, quæso, viatica, Christe;
Ultima sit, fuerat quæ Tibi, cœna mihi!
84) Quam vereor scelerum ne mens me conscia lædat;
Inferni lacerent quam mea membra canes!
Astabunt stygiæ circum mea funera turmæ;
Heu; præsens rabidis dentibus angvis erit!
85) Hanc ne sines animam mactari, dulcis Iesu,
Solvisti meritis quam prius ipse Tuis!
Non facies; magni merx hæc Tibi constitit olim,
Si memini, cordis parta cruore Tui est.
86) O Regina Poli! Terræqve, Hominumqve Deumqve,
Virtutum sedes & pietatis amor!
Alma dei genitrix, humanæ cura salutis,
Tuta sis arx animæ præsidiumqve meæ.
Aspice pallentis langventia lumina vultus;
Excipe, cum fugiet pectoris aura, sinu.
87) Infans quæ suxit Mater, præbe ubera Nato;
Cruda Patri præbe vulnera, Nate, Tuo.
Hæc puto visuntur nostræ cum signa salutis,
Cœlicolum absolvet lecta corona reum.
88) Ante thronum Nati cum stas, pia Mater, & oras;
Excipiant tunc me ne tua vota, cave!
89) Nata Dei, medicina mali, sincera columba,
Virginitatis honor, faxqve decusqve poli:

90) Æthérei

90) Ætherei conſors ſceptri, domitrixqve furoris;
Angelicum ſuperas Virgo beata, decus!
Te facit acceptam tua manſuetudo Jehovæ,
Caſtus ad exemplum, qui colit ora, pudor.
Crimina condonas, quæ ſola es criminis expers;
Spiritus altitoni nam Tua corda fovet.
91) Vulnera noſtra fove; quos ducimus, accipe quæſtus;
Mater es, ergo omnes inter honora nurus.
92) Dicere digna Tibi ſi quis præconia tentat;
Is numerum arctoæ dicere tentat aquæ.
Errat, & incerto figit veſtigia paſſu,
Dum labyrinthei fertur in antra ſpecus.
93) Omnia ſi linguis reſonarent ora diſertis,
Si voces hominum ſingula membra darent,
Sidera, pulvereæ micæ, plumæqve, nivesqve,
Gramina, grando, feræ, ſquamigerumqve pecus;
94) Arboreæqve comæ, vermes, plantæ atqve metalla,
Et quæcunque ſimul fabrica dives habet;
Non Tua momentis canerent hi encomia cunctis;
Sufficerent laudes dicere, Virgo, Tuas.
95) Altior eſt unus Te Virgo, & ſanctior unus;
Altius hoc nihil eſt, ſanctius atqve nihil.
Dicere plura libet, nequeo ſed dicere plura;
Devotum pectus ſufficit eſſe mihi.
96) Paucula, Chriſte, Tibi, Matriqve hæc dedico metra;
Vos facite, effugiat mens in agone rogos.
Aſpicite hos lætis verſus, pia pectora, ocellis,
Non multum quamuis forte leporis habent.
97) Non hic magnifice phaleratas jacto Camœnas;
Res multum curæ, ſed mihi verba parum:
98) Non decet obſcuris involvere talia metris;
Culta, ſed e medio verba petita, decent:
Omnibus apparent in aperto lilia campo;
LILIAque hinc dici carmina noſtra volunt.


99) Hæc

99) Hæc quicunqve leget, ſincero pectore grates
Votaqve perſolvet, Virgo Maria, Tibi.
Tu me reſpicies, rapido cum carpor ab igne,
Si *Dominus Tecum* vox mea ſæpe refert.

Ad Lectorem.

Nolo putes raſæ venerer quod dogma cohortis,
Lector! Ego Auctoris prævia verba cano.
Ille licet recto non ſemper tramite currit,
Haud tamen ex omni parte profanus erit.
Quæ bona ſunt, retine; quæ ſunt mala projice, ſodes.
Illa imitare legens; dum legis hæcce, cave.

P. H. I.



SEC-

SECTIO III.

De Episcopis Skalholtinis.

CAP. I.

De Jona Qvarto.

§. 1.

Anno a partu Virginis 1408, cum sedes Skalholtina triennio vacasset, Jonas qvidam Monasterii Sancti Michaëlis, qvod Bergis situm est, Abbas, in Islandiam venit, & Cathedram calcare cœpit (a), qvi 6 Idus Septembris prima episcopali missa Skalholti celebrata, more majorum, auditores (Instructorem agente Vigfuso Ivari filio, tum temporis totius Islandiæ Præfecto) spendidissimo convivio excepit. Seqvente autem anno ecclesiarum visitationem ab Holanis incipere visum est, qvi pluribus annis proprio caruerunt Episcopo, unde incolarum munificentiam cum debita conjunctam ocsvervantia expertus, per Qvartam orientalem, Skalholtinæ diœceseos partem, sub hyemem Skalholtum rediit, moxqve dispensationem opum Cathedralium ab Oddo Jonæo in Gudmundum Thorsteini, & denuo a Gudmundo in Vigfusum Thorbiörni transtulit, qvem etiam paulo post removit, antea autem opulentissimam præbendam Breidabolstad, Oddo ablatam, Thorarino Andreæ contulerat, qvæ ipsum inconstantiæ & volubilitatis, cujus eum Annalium scriptores incusant, convincere videntur.

§. 2.

(a) *JONAS EGILLI* in *Annal. Episc. Skalholt.* Doctiss. *ARNGRIMUS* in omnibus (ni fallor) suis scriptis, *THEODORUS THORLACIUS* in *Indice Episc. Skalh.* ad calcem *Schedarum Arii Polyhistoris* impresso, aliiqve recentiores hunc Jonam plane omittunt; sed sedisse illum inter Episcopos Skalholtinos, facta, & Auctor *Annalium*, qvi ab 1395 incipiunt, sed 1430 terminantur, ideoqve fide dignus, utpote nostro syncronus, abunde verum faciunt.

§. 2.

Proximo abhinc anno, qvi fuit Seculi decimus, die lunæ ante festum Gregorii, controversiam, qvæ de annuis reditibus templorum Akrensis & Krossholtensis diu viguerat, literis decretoriis sedavit & penitus sustulit; hanc autem ei subjecit Gudruna qvædam Styri filia, uxor Snorronis Torfæi, qvi plures ante annos in Norvegiam trajecerat, sed anno 1406 in Islandiam reversurus, in Grönlandiam delatus fuerat, unde anno 1410 Norvegiam repetiit, tandemqve anno 1413 in Islandiam tendens, ad orientale Insulæ latus, naufragio facto inops evasit: Qvo audito Gudruna, qvæ viduitatis pertæsa, Gislavum Andreæ tori socium adsciverat, eodem relicto, priori marito occurrit, & peramanter excepta cum ipso deinde consenuit. Anno 1411, causa seu controversia Oddensis invalescere cœpit, qvalis illa fuit, non liqvet, valde autem gravem aut enormen fuisse, inde colligitur, qvod Vigfusus Thorbörni duodecimvirali cognitione & sententia præbenda Oddensi privatus fuit, omniaqve ipsius bona episcopali fisco adjudicata; Ipse autem Romam, ad accipiendum absolutionem Papalem proficisci necessum habuit, qvi in Islandiam rediens, cum 160 sociis, undis absorptus est, 13 tantum salvis evadentibus. Anno 1413, die Veneris proximo post Thorlaci festum Episcopus Codicillos cœnobii Vidöensis, de lignis, balænis & id genus aliis oceani ejectamentis, qvæ in oris prædiorum Krysevik & Hraun reperiuntur, confirmavit; pauloqve post, cum sedisset annos 5 & 6 menses, supremum obiit diem.

CAP. II.

De Arna Olai filio, Munifico.

§. I.

Jonæ *Arnas Olai* filius, natione Islandus (a), professione Monachus, in episcopatu Skalholtensi suffectus est, qvem ab annis 1403, aut 1404

(a) Vitæ Monasticæ nomen dedisse, inde concluditur, qvod constanter consveto monachorum epitheto *bróder* seu *frater* vocatur. Islandum vero fuisse liqvet: 1) Qvia consangvi-

1404 in familia, viri Norvegorum tum temporis clarissimi, Haconis Sigurdi filii vixisse, eoqve, anno 1407 mortuo, ejusdem viduæ Sigridæ Philippi filiæ adhæsisse constat, eandem enim Romam comitatus est, ubi Normannorum ibidem degentium Pœnitentiarius constitutus fuit; unde tandem haud contemnendam lingvarum, antiqvitatum, aliarumqve rerum cognitionem reportavit. Hinc in Norvegiam redux, matrefamilias anno 1410 cum Nobili qvodam Sveco Magno Magni filio ad secundas nuptias transeunte, conciliatrice, & inter convivas nuptiales Osloæ semet sistente, ipsissima septentrionis Semiramide Margaretha Regina, in Magni familiam adscitus est, cui deinde a Confessionibus fuit.

§. 2.

Anno 1412 post mortem Margretæ Reginæ, herum seqvens, Ericum Pomeranum adiit, in cujus aula integrum plus minus annum transegit, usqve dum anno 1413 totius Islandiæ Præfectus constitutus, Vicarium sibi elegit Biörnonem Einari filium (a). Audita enim Jonæ Skalholtensis morte, Italiam petiit, & Johannem 23 (b) Florentiæ convenit, cujus jussu Lubecæ 6 Idus Octobris in Skalholtensem Episcopum inungitur (c), tandemqve anno 1414 (d) diœcesin adiens, primam ut

 Episcopus

sangvineus fuit Thorunnæ filiæ Dadæ (seu Davidis), communiter dicti Dalaskalli, cujus cognationis respectu, Ario Dadæ filio celebre prædium Snoksdal vendidit, (qvi David Dalaskalle cum suo abnepote Davide Gudmundi filio confundendus non est, cum prior circa annum 1400 aut paulo post, posterior vero anno 1550 floruerit). 2) Qvia Thorkillus Arnæ Episcopi frater diu fuit parœciæ Reykholtensis in australi Islandia Pastor, sed Toparchiæ Hunavatnensis in diœcesi Holana Præpositus.

(a) Vid. supra pag. 227.

(b) Hunc Johannem Ladislaus Neapolitanus Rex Roma ejecerat, qvi ideo contra eum crucem & indulgentias evulgavit, cujus præconii occasione, Hussus in Bohemia contra indulgentias concionari cœpit, tandemqve hic in Concilio Constantiensi Pontificatu se abdicare visus est.

(c) Arnæanæ initiationis literas, Lubecæ datas, ex Archivo Nidarosiensi se vidisse & in manibus habuisse fassus est Doctiss. Hafn. Acad. Professor *ARNAS MAGNÆUS*, confer. & *PONTOPPIDANI Annal. Eccles. Dan.* Tom. 2. pag. 512.

(d) Arnam in Islandiam ad capessendum Episcopatum anno 1414 venisse, constanter testantur *Annales Recentiores & Breviores*, qvos hic seqvi, ut ipsius tempore conscriptos,

Episcopus missam Skalholti in Festo Divi Thorlaci celebravit. Tantam in Islandia habuit vir ille potestatem, qvantam, aut ante, aut post eum, nemo: Fuit enim ordinarius Skalholtensis dioeceseos Episcopus, Holensis vero Vicarius, totius Islandiæ Præfectus Regius, & ab Archiepiscopo visitator Generalis constitutus: A Mercatoribus Bergensibus commerciorum curam & inspectionem commissam sibi habuit, qvorum nomina ab incolis severe exigebat, & a Monasterio Bergensi decimarum Vestmannoënsium Collector constitutus fuit (a).

§. 3.

Eadem qva in Islandiam venit æstate, Holensem dioecesin visitavit, sed sub hyemem per Skalholtensem reversus est, incolarum promtitudinem officiorum & largitatem expertus & collaudans; erat enim in conciliandis sibi popularium animis mirus artifex, eodemqve modo, qvoad in Islandia fuit, perrexit, multa enim dedit & indulsit, unde *Munifici* (Hinn Millde) cognomen adeptus est. sed multo plura accepit, cum pecuniæ corradendæ nullam occasionem omitteret, adeo ut scyphorum, phialarum, aliorumqve cimeliorum, qvæ sibi comparavit, & variarum ejus vario sub prætextu & nominibus exactionum, gemebundi mentionem faciant hujus ætatis Scriptores, qvas exactiones mitiori vocabulo *Petitiones* vocant, qvales erant Regis, Præfecti, Præpositi, Petitiones; unde annum, qvo hæc agebantur, (Bona Vetur) *Petitionum hyemem* nuncupabant. Eodem etiam anno, ardelio qvidam, nomine Ivent Saffa, provinciam peragravit, Sancto Antonio stipem petens, sed

tos, haud dubitamus, licet probe nobis cognitum sit alios magni nominis Auctores id in annum 1416 rejicere.

(a) Donationem decimarum Vestmannöensium Monasterio Bergensi, ab Arna Thorlaci filio factam, retulimus supra Per. 2. Sect. 3. cap. 1. §. 49. pag. 39. 40. Qvid autem Præsulem ad exactionem nominum, qvæ nostrates mercatoribus Bergensibus debebant, impulerit, non video, nisi qvod *dulcis odor lucri ex re qvalibet.* Huic autem rei occasionem dedisse videtur, qvod ad hæc tempora, commercia inter Norvegos, præcipue autem Bergenses & Islandos floruerant; nunc autem succrescente in Islandia Anglorum mercatu, commeatum & mercimonia affatim invehentium, verisimile sit, multos debitorum solutionem neglexisse aut negasse, cui Bergensium incommodo Præsul nominum exactione obviam ire voluit.

sed sub qva larva id fecerit, aut qvo prætextu usus fuerit, non liqvet; id tantum constat, Antonio, qvam Episcopo, nostrates se largiores præstitisse. Insignem autem usum aut emolumentum hunc Episcopum commisso sibi gregi præstitisse, non legitur, excepto, (si modo id huc spectat) qvod præter antiqva altaria, 4 nova in templo Skalholtensi constitui, ipsumqve templum, sed opere valde tumultuario, refici, curavit, prædiaqve nonnulla Holanæ sedi acqvisivit.

§. 4.

Anno 1419, ad exteros Præsul abiit, in Norvegia obvium habens Jonam Tovæ filium Episcopum Holensem, cui ingentem argenteam auroqve obductam crucem, vocatam Glæser, seu *splendentem*, aliaqve cimelia dono dedit; Deinceps nunqvam in Islandiam venit, sed dioecesin absens per Officiales administravit, cathedrales autem usus fructus per Qvæstores aut Procuratores collegit, nam utrorumqve *Annales* mentionem injiciunt, Ecclesiæ statum & faciem tum temporis miserabilem fuisse, non dissimulantes (a); Majoris autem momenti res per Episcopos Holanos expediebantur, nam anno 1424 (qvod qvidam ad annum Seculi 27 referunt), Jonas Jonæ Holanus 4 sacerdotes, nonnullosqve diaconos Skalholti ordinavit, & anno 1429 Reykholtense sepulcretum (b) ut & templum cum cœmeterio & Cœnobio Helgafellensi repurgavit.

§. 5.

Tam de mortis genere, qvam tempore, qvo obiit Arnas Episcopus, varia tradunt Auctores; Antiqviores pleriqve omnes mortem

 ejus

(a) Vide *Annales Recentiores*, qvi his verbis statum ecclesiæ deplorant: *Anno* 1430 *moritur Einarus Hauki filius, qvi annis 8 qvæstor fuerat.* Et post laudes viri: *Tum Ecclesia Skalholtensis in tanto fuit luctu constituta, in qvanto antea nunqvam; agebat enim sine Episcopo & Qvæstore, sed Officialem habuit & senem & cæcum;* Cujus nomen dictus Auctor, nec hic, nec alibi, prodit.

(b) Causam inqvinationis & repurgationis templi, cœnobii & cœmeterii Helgafellensis, supra Sect. 1. cap. 1. §. 4. pag. 228. adtulimus, causam autem pollutionis sepulcreti Reykholtensis ignoramus.

ejus ad annum 1420 referunt, inter qvos *JONAS EGILLI*, *BIORNUS de Skardsaa*, *ARNGRIMUS*, aliiqve, qvorum qvibusdam persvasum fuit, illum ab Aulicis Erici Pomerani in Norvegia insidiose interfectum aut etiam veneno sublatum fuisse. Sed Antiqvariorum Coryphæus, & Historiæ borealium Regnorum longe peritissimus, *ARNAS MAGNÆUS*, scripsit (a) illum in Dania circa aut paulo ante annum 1430 vitam finiisse, qvæ sententia nobis, ut verisimillima, optime placet; Nam si ante annum Seculi 29 occubuisset, auctor syncronus, qvi *Annales* nobis dictos *Recentiores* haud oscitanter usqve ad annum 1430 contexuit, id certe non tacuisset. Præter variarum rerum experientiam, qvam assiduis peregrinationibus acqvisiverat, Eloqventiam etiam & Lingvarum cognitionem, eruditionem Seculo, qvo vixit, convenientem, ipsi tribuere non dubitamus; Laudatur præterea ob munificentiam, agilitatem, natandi peritiam, aliasqve ejusmodi animi & corporis dotes; Natandi enim tam peritus fuit, ut fluvium Hvita in trajectu Skalholtensi satis impetuosum & voragine difficilem tranaret, eqvum habenis ad crus alligatis simul traducens. Agilitatis tantæ, ut per duos aut tres eqvos in tertium aut qvartum scanderet. In itinere faciendo tantæ velocitatis & festinationis, ut uno die hyemali tempore, inter *Primam* seu Preces matutinas, & *Salve Regina*, seu Preces vespertinas, Skalholto Holas 20 circiter milliaria proficisceretur (b); Qvæ tamen omnia eo collimant, qvod Aulicus, Qvæstor, vel etiam cursor, melior qvam Episcopus fuerit.

(a) Hic in *Commentario de Islandia*, ille in *Annalibus*; Iste in *Vitis Episcoporum*; *ARNAS* autem *MAGNÆUS* suam de hac re aperuit mentem in Epistola ad Parentem meum perscripta.

(b) Ad omnia, ut verbo dicam tam aptus & agilis fuit, ut inde natum sit Proverbium, qvo hodiedum utimur, cum rusticitatis, insulsitatis, aut imperitiæ aliqvem arguimus, dicendo: " Þín var, enn ecke Arna biskups. " Id est: *Tibi hoc convenit, non vero Arnæ Episcopo*; aut: *Tu hoc fecisti, non vero Arnas Episcopus.*



CAP.

CAP. III.

De Jona Gerichini.

§. I.

Successorem habuit Arnas *Jonam* vel Johannem *Gerichinum*, al. *Jerechini*, natione Danum (a). Hic primo erat Regis Erici Pomerani Cancellarius, Præpositus & Electus Vesterasiensis, qvem Rex consensu Papæ Archicathedræ Upsaliensi anno 1409 intrusit. Sed tot & tantorum criminum (b) notam postea incurrit, ut non solum delegati Capituli Upsaliensis, sed & ipse ejus promotor Rex Ericus eum apud Sedem Apostolicam accusarent, qvo factum est, ut Johannes Archiepiscopus Rigensis in ejus causa judex subdelegatus, Gerichinum convictum, & ob causæ diffidentiam, fugitivum (c), honore & dignitate Archiepiscopali exueret, qvam ejus sententiam, Papa Martinus Qvintus die 2 Martii 1421 confirmavit. Nostrates in eo consentiunt, qvod fuerit

(a) A nostratibus qvidem vulgo *Svecus* appellatur, sine dubio respectu primæ ejus dignitatis, sed Danum fuisse communis exoticorum consensus, & cognatio cum Petro Episcopo Roskildensi, evincunt. Vid. *PERINGSKIOLD Monumenta Ullerakensia* pag. 154.

(b) In literis Cardinalis Guillermi, qvi judex erat delegatus, ad Archiepiscopum Rigensem inter alia exstat: *de diversis criminibus enormibus & detestabilibus graviter & publice diffamatus existit, præsertim perjurii, dilapidationis bonorum ecclesiæ Upsalensis, oppressionis Cleri sibi subjecti, sacrilegii, contemtus clavium ecclesiæ & auctoritatis Sedis Apostolicæ, publici concubinatus, adulteriorum qvam plurium, ac etiam incestus, etiam cum matre & filia, & qvam plurimis aliis horrendis criminibus.* Qvibus criminibus *ERICUS OLAI Hist. Svec.* pag. 180. addit: *tyrannidem, polypragmosynem in temporalibus, tributorum exactionem, contemptum Capitularium &c.*

(c) Qvod Gerichini ante sententiam perlatam aufugerit, *Acta* in ejusdem causa, qvæ in *Bullario Örnhielmiano* in Archivo Antiqvitt. Stockholm. exstant, expressis verbis asserunt, qvam & sententiam amplectuntur *RHYZELIUS* in *Episcoposcopia Sviogothica* pag. 44. & *PERINGSKIOLD* in *Monument. Ullerakens.* pag. 155. E contra *ERICUS OLAI Histor. Svec.* pag. 181. *MESSENIUS* in *Scond. illustrat.* Tom. 3. pag. 48 & *SCHEFFERUS* in Notis ad *Chronicon de Archiepiscop. Upsal.* pag. 92. nostrum a Rege Erico incarceratum scribunt, qvorum tamen plurimi eum e carcere aufugisse simul innuunt.

fuerit neqvam & vir magnopere malus. Pari constantia Nostratium Annales eum Seciæ aut Daniæ valedixisse anno 1429, inqve Angliam trajecisse, & inde tandem anno 1430 in Islandiam venisse affirmant (a). Hunc, præter 30 satellites, domino simillimos, id est, maleferiatos & neqvam, duo sacerdotes Matthæus & Nicolaus seqvebantur, qvorum Nicolaus eadem statim æstate in Angliam reversus est, magnam secum avehens piscium, aliorumqve mercimoniorum, copiam, qvam ad expepiendum in Anglia nomina Episcopus haud difficulter corraserat; incolæ enim ipsum in Islandiam venientem, non tantum Archiepiscopali, qva præditus fuerat, dignitate allecti, Skalholtenses autem præcipue qvi integrum undecennium sine proprio fuerant Episcopo, ambabus exceperunt manibus, ipsiqve sua utenda & habenda permiserunt.

§. 2.

Eodem, qvo ingressus est Islandiam, anno, ecclesias visitare aggressus est, qvod etiam reliqvis fecisse perhibetur, ut ex reliqviis codicillorum templi Krossensis in tractu Landeyensi in Qvarta australi, qvod anno 1430, & Hvammensis in Nordraardal in Qvarta occidentali, qvod seqventi anno invisit, verisimile fit; Sed supramemoratis stipatus nebulonibus (b), qvi non tantum miseram plebeculam variis modis vexarunt, sed melioris etiam notæ viros, nunc annuente, nunc etiam inscio domino pessime tractarunt, qvorum præcipui & celeberrimi fuerant, summumqve Episcopi & ejus satellitum furorem experti sunt, Teitus Biarnanesensis, & Thorvardus Lopti Modruvallensis, ille Skalholtinæ dioeceseos,

---

(a) De tempore adventus Gerechini in Islandiam *Annalibus* nostris fidem denegare non possumus, qvamvis *JOHANNES MAGNUS* & *MESSENIUS* in *Chronico Episcoporum* pag. 33. videantur statuere eum statim in Islandiam *translatum*, vel *ablegatum* fuisse, sed maxime a vero distat magni *RHYZELII* assertio, qvi nostrum clam in Islandiam aufugisse, & exacto ibidem decennio, anno 1432 (nam 1342 mendum loqvitur) occisum fuisse. Vide *Episcoposcop. Sviogothicam* pag. 44.

(b) Tale satellitium herus, haud multo melior, magno suo & subditorum malo in Svecia secum habuit, qvod illum ad scelera alias pronum instigavit. Vid. *PERINGSKIOLD Monument. Ullerakens.* pag. 155.

ceſeos, hic vero Holanæ, civis (a), qvos captivos & compedibus vinctos Skalholtum abduxerunt, tetroqve incluſos carceri ſervilibus miniſteriis adhibuerunt. Præterea horum prædonum primipilus, nomine Magnus, qvi Epiſcopi filius habebatur, Nobiliſſimæ virginis Margaretæ Holm nuptias ambiens, ſed repulſam ferens, paternis ſtipatus ſatellitibus, villam Kirkiubol in Midneſo, in qva Margareta & frater ejus Ivarus Holm ſe continebant, noctu corona cinxit, ignemqve ædibus ſubjecit, ubi Ivarus inter primos pugnans, pilo trajectus cecidit. Margareta vero, heroïci ſpiritus virgo, antiqvæ culinæ rimoſo pariete forfice perforato, nam aliud inſtrumentum ad manum non erat, ex incendio elapſa, celerrima fuga Mödruvallas in tractum Ejafiord pervenit, ſerio vovens, ei ſe tandem nupturam, qvi fratris necem, ſtructas ſibi inſidias, & illatam cladem, ulciſci & vellet & poſſet.

§. 3.

Qvomodo Thorvardus ex ergaſtulo liberatus ſit, non liqvet; Teitus autem ipſo Paſchatis feſto, inſtituta a Præſule commeſſatione, cum cuſtodes inebriati claves neglexiſſent, ab ancilla, tanti viri ſortem miſerta dimittitur; Thorvardus itaqve Margaretæ voto, cujus conjugium ambiit, uterqve autem propria ignominia & detrimento, qvod acceperant, exſtimulati, ultionis ſocietatem ineunt, deſtinatoqve die, qvi fuit 15 Cal. Auguſti, ſeu feſtum Sancti Thorlaci, armati ex improviſo Skalholti apparent, qvod ubi cognovit Præſul, de ſe ſuisqve actum eſſe dicens, templum cum univerſo clero & ſatellitibus ingreditur, obſeratisqve foribus, ſacras indutus veſtes, hoſtiam conſecratam calicemqve tenens, ad ſummum altare miſſam intonare cœpit, qvæ omnia contrariæ

(a) Teitus Gunnlogi filius, vulgo Dives cognominatus, prædii Biarnanes & circumjacentium villarum in qvarta orientali poſſeſſor & habitator, Nomophylax factus eſt anno 1460. Avus fuit maternus Teiti Thorleifi filii, cum qvo Jonæ Areſonio circa annum 1522 & deinceps controverſia fuit, de qvo ſuo loco. Thorvardus autem fuit filius celeberrimi viri Lopti Divitis, Mödruvallis in diœceſi Holana habitans, (vid. ſupra pag. 230. 394.) uterqve ſuo tempore juventutis Iſlandicæ facile princeps. Margareta vero fuit filia Vigfuſi Holm, Iſlandiæ Præfecti, de qvo ſupra Period. 3. Sect. 2. cap. 8. §. 3. Tom. 1. pag. 441. & Tom. 2. pag. 230.

trariæ partis duces susqve deqve habentes, fores effringunt, Episcopumqve ab altari vi abstractum, vestibusqve sacris exutum, ad fluvium Bruaraa devehunt, in qvem, culeo inclusum, & adligato ad collum ingenti saxo, ipsum projecerunt, satellites autem partim intra, partim extra templum, ad unum omnes contrucidant, solo excepto Magno, qvi scelerum vindictam timens, paulo ante enavigaverat. Præsulis cadaver e fluvio demum ejectum, in templo Skalholtensi conditum fuit; satellites vero procul a templo in loco profano tumulati sunt, qvi ad hunc usqve diem ab ipsis nominatur Iragerde ɔ: *Hibernorum tumulus*, nam Hibernicæ nationis plurimi fuerunt.

§. 4.

Talem, tamqve tragicum habuit exitum Jonas Gerrichius, Archiepiscopus primo Upsalensis, & Skalholtensis deinde Episcopus, cum triennio ibidem sedisset; plures enim hæc facinora, incendium Kirkiubolense & lanienam Skalholtensem ad annum seculi 33 referunt. Sunt qvi ipsi non modo singularis eruditionis & industriæ laudem tribuunt, ideoqve Archiepiscopali culmine dignum fuisse putant (a), sed etiam post

(a) Conf. *HOLBERGII Histor. Dan.* Tom. 1. in Vit. Eric. Pomer. & *PONTOP. Annal. Eccles. Dan. Dipl.* Tom. 2. ad annos 1408 & 1422. qvi variorum de hoc viro judicia adfert. Causa, cur Scriptores eum Sanctis annumeraverint, sine dubio est permutatio nominum hujus, & Sancti Gerichini monachi, qvi circa annum 1345 vixit. Vid. *VASTHOVII Vitis Aqvilon.* Edit. Bentzel. pag. 81. ita ut hoc testimonium, de nostro a *PONTOPPIDANO* Tom. 2. pag. 531. allegatum, illi haud satis conveniat. Eadem hæc nominis similitudo *JOHANNI MAGNO* imposuisse videtur, nam qvem in *Hist. Eccl. Upsal.* libr. 4. pag. 91. *miraculis coruscasse* tradi, subinnuit, nigerrimis eundem pag. præced. depingit coloribus. *Chronicon* qvidem *Archiepisc. Upsal.* etiam nostrum *miraculis coruscasse* famam esse dicit, sed hæc ejus assertio e *JOHANNE MAGNO* excerpta eo majori verisimilitudine videtur, qvod iisdem plane verbis utrinqve res referatur, & *Chronici Editor* rotunde eloqvatur, a *recentiori manu* hanc *de miraculis relationem adjectam esse.* Unde *BOLLANDUS Act. Sanct.* Mens. Febr. Tom. 2. pag. 643. nostri sanctitatem haud abs re in dubium vocat. De Gerichini vita in Islandia emendata, & diœceseos Skalholtinæ vigilanti cura, *MESSENIUS* in *Chron. Episc.* unicus forsan ac vix probatus testis est, sed qvicqvid sit; nec probatiores nostri Annales Gerrichium in Islandiam venisse ante annum 1430, nec ante annum 1433 occisum esse, multo minus ibidem, aut vivum sanctitatis, aut mortuum miraculorum patrationis, ullam notam reliqvisse agnoscunt.

post mortem numero beate viventium adscriptum, miraculorum patratione coruscasse volunt; aliis autem, ut supra dictum est, tanqvam qvi propter multa enormia scelera in Islandiam relegatus fuerit, male audit.

CAP. IV.

De Gotsvinno.

§. 1.

Gotsvinnus alienigena anno 1435 cathedram ascendit; cujus qvæ nobis innotuerunt acta, hæc fere sunt: Anno 1438 cum Nialus Abbas Helgafellensis cum Paulo Biarni filio Pastore Miklaholtensi, de balæna in fundum Kieblavicensem ejecta controversaretur, Præsul Præpositum Thorsteinum Svarthöfdi filium litis decisorem constituit; cujus sententia Pastor causa cecidit Anno 1439 Sacelli Hvylstensis in tractu Onundarfiord a prædii possessore Einaro Jonæ exstructi, certis conditionibus adhibitis, Privilegia confirmavit. Eodem anno Qvadrantem occidentalem visitans, litem inter templa Asgardense & Sælingsdalense discrevit, qvam sententiam paulo post in literas relatam, suorum sigillis & subscriptionibus munivit. Hinc Kirkiuboli Langadalensium subsistens, de sacello Laugabolensi constitutionem renovavit. Anno 1443, literas decretorias edidit de caseo seu tributo casario qvotannis cœnobio Vidöensi solvendo. Anno autem 1444, occidentalem Qvartam denuo visitans, cuivis melioris notæ aut lautioris fortunæ colono, inter Kleifas Seidisfiardenses & Kialkafiordum unciam qvotannis templo Holtensi pendendam imposuit. Et templum, qvod Erlendus Narfi filius Kolbeinstadis ædificaverat, æstimari curavit.

§. 2.

Absente vel mortuo Jona Vilhelmi Episcopo Holensi, ejusdem diœceseos Administrator fuit per qvinqvennium, ab anno 1439, qvo anno die 23 Aprilis se Inspectorem diœceseos Holanæ appellat, usqve ad 1444. Ejus Acta huc pertinentia, qvæ nobis innotuerunt sunt

 seqventia:

seqventia: 1) Sententia, qva prædium Ytre Ey cœnobio Thingeyrensi adjudicavit. 2).Revisio actorum & rationum Jonæ Paulini Officialis, anno 1439 in hebdomade Trinitatis. 3) Constitutio Paulini, ut sit Officialis diœceseos Holensis, Holis die Saturni infra octavam nativitatis Mariæ 1440. 4) Reconciliatio ejusdem cum Thorkelo Gudbiarti 1440. 5) Sententia qva præbendam Grenjadarstad Jonæ Paulino adjudicavit, qvæ sententia ad celebrationem Synodi Provincialis in templo Videvallensi in hebdomade Purificationis 1440 referenda videtur, cum & eundem Paulinum constituit Dispensatorem cathedræ Holanæ. Hoc anno Præsul Holis hyemasse videtur. 6) Apocha data Sveno Hallvardi filio, eodem anno die Martis ante festum Barnabæ. 7) Confirmatio actorum Barbaræ, Abbatissæ Reinestadensis, circa prædium Skidastade, data 21 Julii 1443. 8) Epistola ad Holanos, qva illis notum facit, sibi peregrinationi accincto non vacare Jonæ Paulini famuli sui, Dispensatoris & Officialis, rationes revidere, qvod ideo mandat Jonæ Abbati Thingeyrensi, Sigurdo Priori Mödruvallensi, aliisqve melioris notæ diœceseos Holanæ sacerdotibus. Data est epistola Skalholti die 20 Julii 1443. Sed cum Gotsvinnus hoc anno non enavigaverit, vicariatum Holanum ad annum 1444 continuavit, qvo hæc diœcesis proprium tandem Episcopum accepit.

§. 3.

Anno 1439 Synodum provincialem Skalholti habuit, cujus statuta adhuc existunt (a). Anno 1445, Skalholti eum fuisse ex certis documentis

mentis

(a) Hæc statuta ex Codice pergameno, Bibliothecæ Magnæanæ No. 351 in Fol. qvantum legi poterat, ita se habent: " Anno domini millesimo qvadringentesimo tricesimo
" nono ín festo sanctorum martyrum Johannis & Pauli. í Skálhollti in synodo vóru
" þessi bod sett af virduligum herra. herra Gódsuin med guds nád biskup í Skál-
" hollte. voru í samþykt tekinn af aullum lærdum mönnum. Imprimis ath þær
" constituciones sem gert hafa gódrar áminningar skálhollts biskupar Magnús. Arni
" Þorláksson. Jón Sigurdarson ok biskup Vilckin sýnast oss vel halldanda
" ath biskupa tíund sie lúkt med kirkiutíund ok prestztíund til saman skipt. biskups
" tíund ur í burt ad tiltolu. item ath einginn leysist af audrum enn prófasti sín-
" um þar sem hann brýtr. item ath einghinn prestr taki vín edr hueiti annarstadar
" enn í Skálhollte nema ser slíkt orlof ok gialldi eyri

" víntoll

mentis colligi potest. Anno autem 1448, aut mortuum esse, aut ex Islandia excessisse certum est, tunc enim Steinmodus, Abbas Videyensis, Skalholtensis diœceseos negotia curavit, qvi hoc anno qvinque villas, Steina, Lund, Kadalstadi, Backa & Einifell, Hiardarholto abjudicatas Stafholto adjecit. Sedit itaqve Gotsvinnus Skalholti ad minimum 12 annos, Holanæ vero diœceseos 4 annos Vicarius fuit; vir nec malus, nec officii omnino negligens, ut ex ejus visitationibus per Qvartam occi-

 dentalem

» víntoll til árligha ok afhendi sínum prófostum. item at suo
» margir penitentiarii sem þurfa þycker ath af þeim syndum sem biskupe
» siálfum bar afleysá. ithem þeir sem prestar innsigla sínu innsigli
» ok kemr suo aptr skanddu presttsins innsigli siá halldin
» sem suarinn eidr. Ithem at hverr prestr hafi til prestastefnu med ser innsigle sitt
» ok slopp enn áboti hverr bagal sinn innsigle ok slopp. Vilianligr
» manndrápari skal skriptast um siau ár. ok hallda þriár kárínur ok gagnfostur &c.
» suo sem skrifat er í penitentiario. ok giallda níu merkr heilagre kirkiu í fiársekt.
» er. eti ecki slátur þann vikudag sem hann sló mannen. ok bide gud iafnan fyrir
» hanns sál. ok vatnfaste æfinliga fyrir annunciacionis beate virginis.» Id est: *Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono, in festo Sanctorum martyrum Johannis & Pauli, Skalholti in Synodo, hæc præcepta a Venerabili Domino, Domino Gotsvinno Dei gratia Episcopo Skalholtensi, sancita, & ab omnibus clericis approbata fuere: Imprimis; constitutiones qvas bonæ memoriæ Episcopi Skalholtenses, Magnus, Arnas Thorlaci, Jonas Sigurdi, & Episcopus Vilchinus, evulgarunt, quæ observentur, dignæ nobis videntur. Item ut decimæ episcopales una cum decimis templo & sacerdoti cessuris expendantur, quibus exinde decimæ episcopales pro rata demantor. Item ne quis ab alio qvam Præposito, in cujus ditione deliqvit, absolvatur. Item nullus sacerdos vinum vel triticum aliunde, quam Skalholto, coëmat, nisi venia, accepta & . . . oram . , . . pensionem in vinum Episcopo expendendam Præposito suo quotannis persolvat. Item ut* tot constituantur *Penitentiarii, qvi causis episcopalibus absolvant, quot opus esse videtur. Item quos sacerdotes* ad Episcopum absolvendos ablegant, illis literas tradant *sigillo proprio obsignatas*, qvi reversi literas producunto, *sigillo* non *læso* munitas, qvæ *juramenti instar reputentur* (*) *Item ut qvilibet sacerdos Synodum frequentaturus, secum habeat sigillum & albam . . . . sed Abbas baculum sigillum & albam. Homicida voluntarius per septennium pœnitentiæ subjectus esto, tres carinas & jejunia solida &c. ut in pœnitentiario perscriptum est, observato, & mulctam sanctæ ecclesiæ novem marcis solvito, die hebdomadis, quo homicidium commisit, carne nunquam vescitor, Deum pro anima cæsi jugiter orato, & in perpetuum pridie annunciationis beatæ Virginis in aqua jejunato.*

(*) Ex indice qvodam Juris Ecclesiastici Islandici, scripti anno 1600, discimus, in articulo qvodam statuti Gotsvinni exstare: *Sigillum sacerdotis juramenti instar reputetur.*

dentalem colligere licet, nam pari diligentia reliqvarum Qvartarum ut & Holanarum negotia, curasse verisimile est.

CAP. V.

De Marcello.

§. I.

Marcellus Christiani I. Daniæ Regis amicorum intimus, Cancellarius & Consiliarius, anno, ut videtur 1449, adnitente Rege, Episcopus Skalholtinus constituitur, moxqve aut ad minimum anno 1450 (a) cum Rex coronationis causa in Norvegia præsens esset, ipso itidem adstipulante, & Olai Tronderi filii electionem rejiciente, cui Canonici Nidarosienses Archi dignitatem destinaverant, ejusdem Regni Archiepiscopus designatur licet ad ejusdem honoris plenariam & qvietam possessionem nunqvam perveniret (b) Skalholtensis autem diœceseos genuinum & proprium Episcopum fuisse, eiqve officio decennio circiter præfuisse, minime dubitamus, licet in Islandiam nunqvam venerit, multo minus Skalholtum unqvam viderit, sed diœcesin absens per Vicarios administravit.

§. 2.

Primus Marcelli Vicarius fuit *Gotskalkus* Episcopus Holanus, qvi ab Aslaco Bolt Nidarosiensi Archiepiscopo, circa annum 1449 totius Islandiæ visitator constitutus, & deinde anno 1450, ab ipso Marcello in eodem officio confirmatus fuit, ut ipsius literæ testantur, hoc anno exaratæ, qvibus Gotskalko Vicariatum & administrationem diœceseos

---

(a) Marcellum ante diem 24 Novembris anni 1450 Episcopum Skalholtinum factum esse, & Postulatum Ecclesiæ Nidarosiensis, probant ejus literæ, qvibus fatetur *se pro introductione Episcopi Gotscalki in diœcesin Holensem vice Cameræ Apostolicæ, accepisse 119 lotbones argenti, ponderis Coloniensis & Lubecensis, qvorum unus loth valet solidos Lubecenses duodecim.* Vid. *ARNGRIMI Crymogæam*, pag. 118. & supra pag. 341.

(b) Vid. supra pag. 341.

seos Skalholtensis confert. Exstant etiam ejusdem literæ ad Skalholtenses Curiales, datæ 1453, 12 Cal. Aprilis, qvibus concessam Gotskalko potestatem confirmat, & ne Matthæum accipiant, enixe rogat. Dignatus etiam est ipse Rex Christianus Primus Islandos clementissimis literis alloqvi, datis eodem anno, 4 Idus Martii, eorum laudans fidem, monensqve, ut debitum Marcello ejusqve Vicario Gotskalko Holensi obseqvium præstent, Marcellum enim ullo modo dimittere se non posse, cum sibi & Regnis perutilem navet operam. Scripsit præterea Henricus Kalteisen, qvi se pro Archiepiscopo Nidarosiensi gerebat, ad Gotskalkum, Bergis, 7 Cal. Maji 1453, acerbe, in laïcos Ecclesiæ prædones & expilatores, declamans, Gotskalkum monens, ut Biörnum Thorleifi filium extemplo Skalholsto expellat, omniumqve Cathedralium bonorum, eorundemqve usuum fructuum a morte Gotsvinni ab eo rationem exigat; & si reluctetur, excommunicari curet; Biörnus enim post mortem Gotsvinni Cathedram invaserat, cunctaqve pro lubitu disponens & dispensans in suos usus Cathedræ proventus verterat; qvæ omnia unanimiter testantur Gotskalkum Marcelli Vicarium egisse. Hac itaqve præmunitus auctoritate, Biornum Skalholto expulit; Paulum Olai filium, monachum Helgefellensem, ob scortationes excommunicavit, aliaqve dioeceseos negotia expedivit, qvapropter ejus in Rationariis templorum, emtionum, venditionum & transmutationum Tabulis, áliisqve ejusdem farinæ actis, anno 1449 & seqventibus crebra mentio occurrit; qvæ, cum pleraqve non sint magni momenti, sigillatim recensere supersedemus (a).

§. 3.

(a) Cum antea Diplomata datica templi Kirkiubolensis pag. 88. 89 & 117 exhibuerimus, eorum confirmationem & privilegiorum extensionem a Gotscalko factam, hic adferre lubet: » Vii Gothskalk med Guds myskun biskup á hólum og adminístrator heil-
» agrar skálholtz kirkiu giorum godum monnum viturlegt med þessu voru opnu
» brefi, at vii styrkium og stadfestum þau þriú brief sem hier eru uid fest um
» aflát og máldaga kirkiunar aa kirkiubóli i skutilsfirde med aullum þeirra grein-
» um og articulis sem þau utvísa. og en sierdeilis hier at auk gefum vii af vorri
» biskuplegri magt og nád tuttigu daga aflát huerium þeim manne sem sækir med
» gódfysi til kirkiu aa kirkiubóli aa þeim hátídum sem þat afláts brief útvísar sem
» hier er vid fest tuttugu daga fyrir sierhuern þeirra daga. skal þessi vor skipan
» standa um alldur og efi upp hedan og til sanninda hier um settum vii uort in-
» sigli

§. 3.

Ab obitu Gottſkalki, qvi anno 1457 accidit, diœceſeos Skalholtinæ Epiſcopalia adminiſtraſſe videtur *Mathæus* qvidam, qvi ſe pro Epiſcopo gerebat, qva autem auctoritate id fecerit, non liqvet; veriſimile tamen eſt, ut Marcelli Vicarium, id feciſſe; nam Magnus Epiſcopus Ejolfi filius in Tabulis qvibusdam vocat eum *Clientelarem diœceſeos Skalholtinæ Epiſcopum* (a); An idem ſit ac ille Matthæus, qvi cum Jona Gerichio in Islandiam venit, dicere non habemus, certe temporum rationes non obſtant; Qvid autem in hoc perbrevi officio geſſerit, præ manibus nihil eſt, niſi judicium de qvinqve villis, de qvibus inter Stafholtum & Hiardarholtum toties controverſia fuerat, qvas Stafholto adjudicavit, qvam ejus & Steinmodi Abbatis ſententiam Magnus Ejolfi filius tandem reſcidit, Hiardarholto easdem adjudicando. Viſitationem Qvartæ auſtralis orſus fuerat, qvam morte præventus perficere non potuit. de qva ita loqvitur Fragmentum Rationarii templi Teigenſis in tractu Fliotshlid: *Anno Domini 1458, in generali ſua viſitatione, nobilis Dominus & ſpiritualis Pater Matthæus Epiſcopus Holenſis & Generalis Viſitator totius diœceſeos Skalholtenſis, Teigi mortuus eſt* (b).

§. 4.

" ſigli fyrir þetta brief ſkrifad i vorre viſitacione i hollti i aunundar firdi fimtudagen " næſta epter decollacionem Johannis baptiſte anno domini milleſimo qvadringen- " teſimo qvinqvageſimo ſecundo." Id eſt: *Nos Gotſcalkus Dei gratia Epiſcopus Holenſis, & ſanctæ eccleſiæ Skalholtenſis Adminiſtrator, bonis viris per has noſtras patentes notum facimus, qvod tres literas, his annexas, de indulgentiis & conditionibus templi Kirkiubolenſis in Skutulsfiordo agentes, una cum omnibus eorum clauſulis & articulis, velut ipſæ ſonant, confirmavimus & ſtabilivimus, ſed & in ſpecie præterea, ex poteſtate noſtra & gratia epiſcopali, viginti dierum indulgentias omnibus templum Kirkiubolenſe benevole freqventantibus, in feſtis, qvæ literæ indulgentiarum, his noſtris affixæ, commemorant, pro ſingulis feſtis viginti dies, concedimus. Hæc noſtra conſtitutio ſemper & in æternum exhinc valebit; in qvorum teſtimonium nos ſigillum noſtrum his literis appendimus, ſcriptis in viſitatione noſtra Hollti in Onundarfiordo, die Jovis proximo poſt decollationem Johannis Baptiſtæ, anno Domini milleſimo qvadringenteſimo qvinqvageſimo ſecundo.*

(a) Vid. infra cap. 8. §. 2.

(b) De hoc Matthæo vide plura infra, Sect. 4. cap. 5.

§. 4.

Tertius Marcelli Vicarius fuit *Andreas* Episcopus Grönlandiæ, qvem Svenus Prudens Episcopus Skalholtensis in epistola ad Olaum Episcopum Holensem, data 1471, Festo Corporis Christi, vocat *Venerandum fratrem Andream Gardensem in Grönlandia Episcopum jam dum in vivis, qvondam sub Marcello b. m. Vicarium Skalholtensem.* Hic in Jonam Jonæ filium, Pastorem Hrunensem, qvi in Officialis munus illegitime semet intruserat, gravem admodum pronunciavit sententiam, officium enim bonaqve omnia eidem abjudicavit, illud in Thorleifum Biörni filium transferens. Doctissimus *ARNGRIMUS* ait se vidisse bina ejus judicia seu sententias decretorias in membrana perscriptas, qvas pro tribunali in dioecesi Skalholtina anno 1461 protulerit.

§. 5.

Plura Marcelli aut ejus Vicariorum acta nobis non innotuerunt, qvæ, ut hic recenseantur, digna sunt; Nisi qvod anno 1453 feria 3. post Dominicam Judica, Hafniæ Roskildensis Olao Rögnvaldi filio Ecclesiam Oddensem confert, & qvod se fatetur recepisse pro parte Reverendi Patris Domini Gotskalki Holensis Nobilia Anglicana 11, ad computum 4 marcarum monetæ Hafniensis qvodlibet, datum Hafniæ Roschildensis, die Benedicti 1453, subscripsit Daniel Kerker Secretarius. Num Steinmodus Abbas Videyensis, aliqvando ipsius Vicarius fuerit, valde dubitamus, sed qvod aliqvid Gotskalki nomine, qvi plerumqve Holis residens longe ab hac dioecesi absuit, in rebus minoris notæ egerit aut constituerit, non negamus. Qvando Marcellus obierit, nobis non innotuit; qvod autem ultra annum seculi 60 Skalholtinus Episcopus non fuerit, pro certo habemus. Archiepiscopali dignitati ante annum 1458 renunciasse verisimile est; eo enim tempore Norvegia proprium nacta est Archiepiscopum, qvod alias factum esse, vix credere possumus.



CAP. VI.

De Jona Stephani filio, Krabbe.

Jonam Stephani filium, cognomento *Krabbe*, natione Danum, genere nobilem, licet pleriqve Hiſtorici & Annalium ſcriptores ex catalogo Epiſcoporum Skalholtenſium excludant, Marcello ſuffectum fuiſſe, & anno 1462 (a) Epiſcopatus Skalholtenſis adminiſtrationem accepiſſe conſtat, id enim teſtantur Sveno & Magnus, ejus in Epiſcopatu ſucceſſores; Ille in ſcripto qvodam edito 1468; hic vero in documento qvodam edito 1480, & præterea Rationarium templi Reykholtenſis, & Hytardalenſis, qvi omnes eum nominant *Johannem Stephani filium*, ſed in ſchedis templi Hiardarholtenſis expreſſe vocatur *Jonas Krabbe, Stephani filius*. Hunc etiam Oddus Petri, in ſententia 1470 dicta, de captura ſalmonum in Andakýlſa nominat *Jonam Krabbe Epiſcopum*, ejusqve confirmationem donationis allegat. Initio qvidem Stafangrenſi in Norvegia Epiſcopatui deſtinatus fuit (b), ſed juſſu & auctoritate Pontificis Romani inde detruſus, Skalholtenſem tandem poſt Marcelli fata, aut ut qvidam

---

(a) Qvin & illum anno 1460 cathedram adiiſſe, teſtantur literæ Jonæ Epiſcopi Skalholtenſis de templo Skardshamrenſi in parœcia Hvammenſi in Nordurardal, datæ Videy, feria tertia poſt annunciationem Mariæ virginis 1461, qvæ literæ in originali Epiſcopi Stephani *libro Viſitationum* in Bibliotheca Magnæana No. 257 in Qvarto exiſtunt. Ubi non diſſimulandum, ibidem ſcriptum eſſe *anno Domini M.CD.XL. primo*, ſed hoc anno nullus ejus nominis Epiſcopus in Iſlandia fuit, nec hic facile aliud mendum aſſumendum videtur, qvam XL pro LX, nam anno 1341, Jonas Indridi die 14 Martii diem ſupremum obierat.

(b) Lucem hic forte fæneratur locus *PONTANI Rer. Dan.* lib. 9. p. m. 607. de Legatis Norvegorum ad Concilium Baſeleenſe dicens: *Erant ad id a Norvegia delegati Johannes Krabbe Nidaroſienſis & Adolphus Asloënſis Epiſcopi;* ubi pro Nidaroſienſi, ſubſtituendum putamus Stafangrenſem, qvia 1) tum temporis fuit Aſlacus Bolt Archiepiſcopus Nidaroſienſis, non vero Johannes Krabbe. 2) Valde abſimile vero eſt, ipſum Archiepiſcopum talem legationem ob tantillam rem ſuſcepiſſe. 3) Non obſtant temporum rationes, qvo minus idem eſſe poſſit, cum Concilium Baſeleenſe ad annum 1443 duraverit. 4) Ipſe Johannes, etiam Epiſcopus Skalholtenſis factus, Prælatum Stafangrenſem ſe ſcripſit, ut ex ſeqventi nota patebit. Qvod initio Stafangrenſis Epiſcopus deſignatus fuerit, nititur aſſertione Summi Viri *ARNÆ MAGNÆI*, olim in Acad. Hafn. Antiqvit. Boreal. Profeſſ. meritiſſimi.

qvidam volunt, ab ipso resignatum, adeptus est. Acta viri in officio Episcopali perpauca supersunt, præter mutationes qvasdam circa Præbendas & templorum ornamenta factas, qvales fuerunt: Reykholtensis in Rafnum Gilsi filium, Hytardalensis in Sigurdum Jonæ filium, ab Einaro Ormi & Lopto Ormi, laïcis, Gilsbackensis in Torbiörnum Amundi filium, Miklaholtensis in Helgonem Magni ab aliis sacerdotibus translatæ. Argenteum melioris notæ calicem Reykholtensi templo abstulisse indicat Magnus Episcopus in supra memoratis Codicillis, qvod factum avaritiæ notam, eidem inurere videtur, sed Episcopus Stephanus factum Rafno Gilsi imputat. Exstat etiam ejusdem Statutum de *Ordinario Ecclesiæ Nidarosiensis* in templo Skalholtensi observando (a), qvod magis

Ppp 2 subactum,

(a) In Bibliotheca Magnæana No. 679 in Qvarto, codex pergamenus existit, cui titulus: *Ordo ecclesiastici usus per anni circulum observandus*, ad cujus finem seqventes literæ occurrunt: " Vii Jón med Guds nád biskup i Skalhollti. ok prelatus ecclesie " Stafangrensis heilsum aullum godum maunnum þeim sem þetta bref sia edur " heyra. kiærliga med Gud ok sancte Olaf konung. Kunnigt giorandi med þessu " voru opnu brefi at vii hofum gloggliga athugat þann setning á tídagiord ok " odrum hlutum sem hafdur er i domkirkiunni i Skalhollti. Item samanleidis " hofum vii med vorum prestum invirduliga skodat *ordinarium* kirkiunnar. Kunn" um vii at forsta. at hann er ekki i allann (mata i) aullum sinum greinum svo " latande sem i domkirkiunne i Nidarosi. Lizt oss hann i morgum hlutum vel " halldinn. Enn i sumum greinum sýnizt oss hann ei skialiga halldinn vera sem " tilheyriligt er. Enn tillagt annat margt ok mikit i sanng ok audrum lesningi " þat sem vii vitum ei huertt skial til er. svo sem er *commendaciones* og *kantica* " *graduum*. Kunnum vii vel unnderstannda at þeir godu biskupar sem verit hafa " munkar og regerat hafa domkirkiunnar. hafa svodan tillagtt. fyri þann skulld at " þeir hafa uiliat hallda sinum sidum. Nú af þuí at vii kunnum hier önngar " greiner edur raugsemder. til at finna. at vii séum skyllder at hallda framar enn " *ordinarius* útvísar og nidarófs dómkirkia helldr. þá vilium vii láta sýngia í dóm" kirkiunni í Skálhollti sem *ordinarius* utvísar og bydur. Enn þat annat sem vii " vitum ei hver skyllda í er. þat má lesa hverr sem vill heimaugliga. Giöre vii " þetta fyri þann skulld at oss litz skialigra vera. at þat se söngit med godum set" ning sem skylldan bydur. enn auka margtt og mikit og se þar fyri súngit skyn" samligar þat sem med rettu á at sýngiazt. Enn svo sem eru vor frumtíder og " vigilias defunctorum. þat þiker oss svo godur sidur at heidra og uegsama jung" fru Mariam næst almáttigum gudi. og bidia fyrir kristnum sálum. einkanliga " þeim sem elst hafa og reist guds kristni. þann sama gódan vana vilium vii " giarna samþyckia. item um festa stor þau sem ecki stannda in *ordinario* suo sem

" er

subactum judicium & majorem rationis usum, qvam cætera horum temporum de cæremoniis statuta, prodit. Qvamdiu Skalholti sederit, non liqvet, sed verisimillimum, qvod anno seculi 65 ad plures abierit.

Cap.

" er festa sancte Thorlace edur Johannes Holensis og sancti Magni edur annur þau " sem god rauksemd er til. þau vilium vii giarna láta syngia og hallda epter því " sem godur gamall kirkiunnar vane er til. Samþyckttu þenna vorn giörning " vorer prestar. Meistari Sveinn Petursson Officialis heilagrar Skálhollts kirkiu. Eirek- " ur Arnasson kirkiuprestur í Skálhollti. Halldor Ormsson. Petur Þórdarsson. Þor- " steinn Jónsson. Sveinn Jonsson. Knútur Nicholásson. Brandur Teizson. Ok til " sannenda hier um settum vii vortt innsigli og fyrrgreinder prestar sin innsigle " fyri þetta bref. skrifat í Skálhollti þridia daginn nesta fyrir Gregorius messo. " Anno Domini millesimo qvadringentesimo sexagesimo qvarto." Id est: *Nos Jonas Dei gratia Episcopus Skalholtensis, & Prælatus Ecclesiæ Stafangrensis omnibus bonis has literas visuris vel audituris amicam salutem cum Deo & Sancto Olao Rege; notum facientes per has nostras patentes, quod ordinem officiorum & aliarum rerum in templo cathedrali Skalholtino observatum accurate perspeximus, similiter & una cum sacerdotibus nostris* ordinarium ecclesiæ *attente consideravimus, unde nobis innotescit; illum in omnibus suis articulis cum norma archicathedræ Nidrosiensis non prorsus convenire. Multis qvidem in articulis illum rite, in aliis vero non tam rationabiliter, ac par est, observari nobis videtur, cum multa & varia, tam in cantu, qvam lectione, superinducta sint, quorum rationem nos ignoramus, exempli gratia:* Commendationes *&* Cantica graduum. *Non eqvidem nos latet bonos illos Episcopos, qvi monachi fuerant, regimini ecclesiæ cathedralis admotos, hæc ideo addidisse, qvod contractam consvetudinem conservare voluerint, cum autem nullam talium rationem vel fundamentum perspiciamus, quo nos ad plura obligemur, qvam qvæ* Ordinarius *continet, & sedes Nidrosiensis observat, volumus, ut sacra in templo cathedrali Skalholtensi ex tenore & præscripto* Ordinarii *celebrentur; cætera autem, quorum rationem obligantem ignoramus, cuivis privatim legere licitum esto. Hæc ideo ita constituimus, qvod rationi magis congruum nobis videatur, ea canere quæ ex debito sunt, qvam multa & magna accumulare, ita & ea rationabilius canentur, quæ cani debent. Sed de prima* (*) *& vigiliis defunctorum, bonam consvetudinem reputamus virginem Mariam juxta Deum omnipotentem honorare & laudare, & pro animabus Christianis, eorum præprimis, qvi ecclesiam Dei corroborarunt & ædificarunt, orare, qvam bonam consvetudinem nos lubenter approbamus. Item festa majora, quorum in* Ordinario *mentio non fit, ex. gr. festa Sancti Thorlaci, vel Johannis Holensis & Sancti Magni, vel alia, quæ firma nituntur ratione, ex bona & antiqva ecclesiæ consvetudine*

(*) Si hic non est mendum, *vor frum tider*, pro *vor frúr tider*, conferri potest qvod de priori *óttusaung* notavimus supra Tom. I. pag. 162.

CAP. VII.

De Svenone Prudente.

§. I.

Svenus, natione Islandus, juvenis ad exteros abiit, literisqve tam fideliter operam dedit, ut Magistri gradu ornatus in patriam reverteretur. Postqvam annis non paucis templi Skalholtensis Pastor cathedralis fuerat, tandem anno 1466 ejusdem diœceseos Episcopus evasit, moxqve anno 1467 occidentalis Qvartæ visitationem instituens, præter alia Episcopi munia 11 Cal. Octobris, certis adhibitis conditionibus, ut sacellum Kirkiuboli in Valthiofsdal ædificaretur, consentit, in subseqventi visitatione, bono cum Deo, ordinarii templi jura & privilegia, eidem sese attributurum promittens, cujus haud immemor, anno 1470, cum eandem Qvartam denuo visitaret, idem sacellum in templum evexit, qvod pleno jure honoreqve gauderet, in Dei, Beatæ virginis & Sancti Thorlaci laudem, omnibus ibidem precantibus *Pater noster* seu *Ave Maria* legentibus, aut etiam aliqvid templo legantibus, pro qvovis horum, qvotiescunqve fieret, 40 dierum indulgentias concessit; in eadem visitatione rationes templi Reykholtensis confecit, qvo etiam anno sententiam Oddi filii Petri, Baccalaurei Artium & Officialis Sanctæ ecclesiæ Skalholtinæ inter Botnsaa & Hrutafiardaraa, de captura salmonum templo Hvanneyrensi in cataracta fluvii Andakilsaa competente, confirmavit. Tertia autem vice anno 1473, eundem Qvadrantem visitans, encænia templorum Raudamelensis & Hagensis celebravit, qvæ tres ter-

 tio

svetudine celebrari, & in iis sacra peragi lubenter concedimus. Hoc nostrum statutum approbabant nostri sacerdotes, Magister Svenus Petri filius, Sanctæ ecclesiæ Skalholtensis Officialis (**), *Ericus Arnæ Pastor cathedralis templi Skalholtensis, Halthorus Ormi, Petrus Thordi, Thorstenus Jonæ, Svenus Jonæ, Knutus Nicolai, & Brandus Teiti. In qvorum testimonium nos nostrum sigillum, & prædicti sacerdotes sua sigilla, his literis appendimus, scriptis Skalholti, feria tertia proxima post festum Gregorii, anno millesimo qvadringentesimo sexagesimo qvarto.*

(**) Sine dubio Jonæ nostri successor.

tio qvovis anno per eandem Qvartam institutæ visitationes, illum, reliqvas, australem scilicet & orientalem, intermediis visitasse annis, verisimile faciunt.

§. 2.

Anno 1469 sententiam Officialis Helgii filii Thorkelis de tributo piscatorum in Bolungarvika templo Vatnsfiordensi solvendo, Skalholti feria tertia ante festum Petri & Pauli confirmavit. Anno 1472 celebrem Skalholti Synodum habuit, cujus Statuta adhuc exstant (a). Anno 1473 & —74 de causa Jonæ cujusdam, dicti Raudkoll, disceptavit;

(a) Hæc ex Codice membraneo Bibliothecæ Magnæanæ No. 354. Fol. ita: " Anno domini millesimo qvadringentesimo septuagesimo secundo wóru þessi bod sett af " wirduligum herra. Herra Sueini med Guds nád biskupi í Skálhollti ok í samþycki " tekin af ollum lærdum monnum á almenniligri prestastefnu laugardag hinn næsta " fyrir petrsmesso ok páls í Skálhollti. Inprimis at hallda heilagt wifitatio beate " marie virginis suo sem burdardag hennar. í suo máta at á alþingi megi gánga " dóma þá sem þarf. ok suo lífláta menn med logum. ef þörf eda nodsyn beider. " eda adra þarfliga ok nödsynliga hluti þar innan þinga at gera. item ef madr hefir " búskap í annarri kirkiusókn. en er heimilisfastur í annarri. lúkizt þar tíunder ok " lióstollar sem búit stendr. Item wistfaster menn þeir sem prestar edr bændr giora " til sióuar á wetur um vertíd. lúki lióstoll heima í heradi. hverr í sinne kirkiu- " sókn. nema þar sem biskup hefir sierliga privilegium til gefit med sínu brefi ok " innscigli. Item at hverr madr lúki sína tíund haust ok wor af ollum þeim pen- " ingum. sem hann átti skulldlausa í næstum fyrirfarandi fardögum. þó at pening- " ar hanns þuerri edr waxi á þeim misserum." Id est: *Anno Domini millesimo qvadringentesimo septuagesimo secundo hæc præcepta a Venerabili Domino, Domino Sveno Dei gratia Episcopo Skalholtensi, injuncta sunt, & ab omnibus Clericis in Synodo generali, die Saturni proximo ante festum Petri & Pauli, Skalholti, comprobata. Inprimis Visitatio Beatæ Mariæ Virginis, instar natalis ejusdem celebrator, ita tamen, ut in Comitiis universalibus, sententiæ, si opus erit, ferantur, &, si opus sit vel urgeat necessitas, supplicia de condemnatis ex legum præscripto sumantur, vel aliæ res utiles & necessariæ in comitiis peragantur. Item si qvis villicationem in una parœcia, in altera autem domicilium habuerit, in priori decimæ & pensio in candelas expenduntor. Item fixo domicilio gaudentes, qvos sacerdotes vel rustici tempore piscandi hyemali piscatum ablegant, in propria singuli parœcia, ubi domicilium habent, pensionem in candelas persolvunto, nisi in locis, qvibus Episcopus speciale Privilegium literis suis obsignatis concessit. Item omnes vere & autumno, ab omnibus bonis, qvæ proxime præcedenti domiciliorum permutandorum tempore denitis nominibus possidebant, sive bona tempore interjecto increverint, sive decreverint, decimas solvunto.*

ceptavit; Sed anno 1475 de decimis templi Fellensis in tractu Kollafiord sententiam dixit. Qvæ omnia satis demonstrant, Svenum non desidem, sed sedulum & pro genio seculi, qvo vixit, officio fuisse invigilantem. An exeunte anno 1475, an vero ineunte 1476 e vita excesserit, incertum est, cum Skalholtinæ diœcesi decennium circiter præfuisset.

§. 3.

Prudens vulgo cognominatus fuit, non qvidem ob œconomiæ peritiam, nam profusis cathedræ bonis, & sede Episcopali valde ruinosa decedens, præter filium, qvem unicum (a), & æs alienum, parum reliqvit, sed ob Prophetiæ donum, qvo pollere creditus est, unde a qvibusdam magiæ insimulatus fuit (b). Extantiores autem ejus prophetiæ fuerunt: 1) Cum Pastor adhuc cathedralis, nivis ventiqve ingruente procella, unacum famulo Erlando Erlandino sub dio pernoctaret, adolescensqve de illis actum esse dictitaret, ipsum consolatus est, dicendo, alia utrumqve manere fata, se enim Skalholtensem Episcopum, illum vero, filia Thorvaldi Mödruvallensis uxore ducta, celeberrimum virum evasurum; qvod utrumqve evenit (c). 2) De Episcopis Skalholtensibus, suis in officio successoribus prædixisse fertur; Primum non diu sessurum;

(a) Filium unicum habuit, nomine Petrum, hominem nauci & neqvam, qvi æqve ac pater magiæ insimulatus fuit, cui pater prædium Bru testamento legavit.

(b) Viros doctos & prudentes, qvi rudibus illis seculis aliqvid supra vulgus sapuerunt, magiæ fuisse insimulatos, tot sunt exempla, totiesqve in historiis obvia, ut eadem referre, omnino videatur supervacaneum. Nos autem licet ei nec Necromantiam, nec insignem Astrologiæ usum tribuamus, non tamen inficias imus fuisse eum virum sagacem, & aliqvali forte Astrologiæ judiciariæ usu imbutum, qvi naturalem habere potuit corvum cicurem, cum qvo confabulari visus fuerit; Talia enim ex Historiis nota sunt exempla, ut Sertorii cum Cerva alba, Mahometis cum Columba, taceo Deæ Ægeriæ cum Numa & Jovis Capitolini cum Scipione colloqvia, qvæ simplex credidit antiqvitas.

(c) Author qvi omnia hæc refert, fuit *JONAS EGILLI* filius, qvi in seculum usqve 17 vitam protraxit, vir qvidem verax & integer, sed nimis forte credulus, hic suos *Annales*, non Sveno æqvalium scriptis, qvi prophetias ex ipsius ore audiverunt, sed orali traditione & relationibus superstruxit; accedit, qvod senex valde eosdem condidit, cum, qvæ Svenus prædixisse ferebatur, pleraqve dudum impleta esse videbantur, ideoqve creditum ab eo prædicta fuisse.

fessurum; Secundum magnam lapidum molem; Tertium ingentem materiæ copiam Skalholto advecturum; Sub Qvarto autem Religionis mutationem fore, seqve eo tempore malle bubulcum esse, qvam Pastorem Cathedralem. 3) De infante, a se jam Episcopo facto, baptisato prædixisse fertur, nebulonem & homicidam evasurum fore, qvod ita evenisse traditur. 4) Skalholtum ut magno honore ad summum apicem evectum fuerit, ita aliqvando ad infimas incitas redigendum fore. Cum posteris pleraqve horum paullatim impletum iri visum sit, qvidam ei extraordinarium Prophetiæ donum, qvidam Necromantiæ exercitium, qvidam spiritum familiarem, qvidam autem corvorum aut avium vocis intellectum attribuerunt.

§. 4.

Scholam aut seminarium literarium domi suæ habuisse non qvidem de eo expresse dicitur, sed pro seculi conditione literatum fuisse verosimile est Literas etiam promovere studuisse, testantur ejus literæ commendatitiæ, Stephano Jonæ filio datæ (a).

Cap. VIII.

De Magno Ejulfi filio.

§. I.

Qvi Sveno successit *Magnus*, ab anno 1470 cœnobii Helgafellensis Abbas, patrem habuit Ejulfum cognomento Mokoll, celebris prædii Hagæ in Toparchia Bardastrandensi, aliarumqve villarum possessorem; Qvo anno cathedram ascendit, inter omnes non convenit, qvidam enim id ad annum 1476 elevant, qvidam vero ad annos 1479, vel etiam 1480 deprimunt; nostra autem sententia factum id est anno

1477

(a) Qvas vide in *S. V. HARBOE Afhandling om Reformationen i Island* in *Kiöbenhavnske Selskabs Skrifter* Tom. 5. pag. 218. 219.

1477 (a), eodem enim anno templum Saurbajense visitavit, ejusdemqve rationes purgavit, sed subseqvente anno 1478, Qvadrantem occidentalem peragravit, & ad villam Reykholensem Dominica post Exaltationem Crucis cum Thorleifo Biörni de causis & peccatis qvibusdam contra Ecclesiam & Episcopum commissis, ut & de decimis Episcopo proximo ante decennio solvendis, transegit.

§. 2.

Anno 1480, pridie festum Petri & Pauli, convocata Skalholti Synodo, qvinqve villas, nomine Steinas, Lunda, Kadalstadas, Backam & Einefellum, qvæ diu inter templorum, Stafholtensis & Hiardarholtensis Curatores, Eridis instar pomi fuerant, earumqve anniversarias decimas & tributa sacris impendenda, templo Hiardarholtensi adjudicavit, prout antea fecerant Divus Thorlacus & Jonas Halthoris filius, uterqve qvondam Skalholtensis Episcopus, qvo facto Matthæi Clientelaris Skalholtensis Episcopi & Steinmodi, Abbatis Videyensis, sententias & decreta irrita reddidit & penitus abolevit. Anno 1482 cum Einaro Biorni filio, qvi Biarnum Thorarini cognomento Gódamann, seu *bonum virum*, occiderat, dicam scripsit, qvi anno 1484 cum eo, villas Baj, Langholtum & Hvítaarbackam, tantundemqve mobilium bonorum tradendo, transegit, qvæ prædia Præsul sorori suæ Ingebiorgæ dono dedit, ea adhibita conditione, ut illa filio suo Ejulfo, si qvando uxorem ducturus foret, eadem legaret.

§. 3.

(a) Nostrum ad Episcopatum anno 1476 evectum fuisse & Qvartam occidentalem visitasse, statuit Visitatio templi Hiorteyensis a Summo Viro *BRYNJOLFO SVENONIO* anno 1642 concinnata, sed ibidem sine dubio pro 76 legendum est 78, nam eodem anno, ut a nobis monitum est, Magnus indubitanter hanc Qvartam visitavit, qvod ei, nisi legibus manifestam vim aut fraudem fecisset, non licuit, & ab incolis haudqvaqvam toleratum fuisset, cum cujusvis Qvartæ visitatio non priusqvam tertio anno repetenda esset, qvæ scribæ, seu Amanuensis Episcopi oscitantia si admittitur, omnia se recte habent; sed qvemadmodum hic in excessu peccare videtur, ita etiam ab aliis in defectu, qvi ejus evectionem ad annum 1479 vel —80 detrudunt, inter qvos est Episcoporum celebris Biographus *JONAS EGILLI* filius in *Vita* hujus Episcopi.

§. 3.

Anno 1489, in Generali dioeceseos Synodo Thingvallis habita, una cum Dieterico Pining, totius Islandiæ Præfecto, & Einaro Ejulfi filio, orientalis atqve australis Islandiæ Qvartarum Nomophylace, constituit & decrevit. 1) De prædiis 20 ab hinc annis sub Regis aut Episcopi potestatem redactis, decimæ in posterum solvuntor. 2) Qvicunqve Denarium Petri aut tributum fœnarium sacerdoti debitum, utrumqve a qvovis cujuscunqve prædii, qvotannis solvendum, justo in legibus præscripto tempore non pependerit, semuncia argenti mulctator. 3) Pastoribus pro officiis funereis 24 oboli, modo mortuus aliqvid bonorum reliqverit, solvuntor, qvos si qvis exactis 4 ab initio æstatis septimanis non pependerit, semuncia argenti mulctator. 4) Episcopo visitatum eunti 12, Præfecto Regio 10, dioeceseos Vicario seu Officiali & Nomophylaci 8, sed Præposito & Judici tribuario 5 comites secum habere, licitum esto (a). Qvod, qvæ nobis videre contigit, hujus Præsulis Actorum ultimum est; hoc itaqve anno aut ante medium seqventis vitam finiisse videtur, præsertim cum in proximi anni actis publicis nulla ipsius, sed tantummodo Officialis seu dioeceseos Vicarii, Arnæ Snæbiornonis, & Abbatum qvorundam mentio injiciatur, qvi tanqvam capita Cleri constitutionem qvandam de rebus qvibusdam Politicis & Oeconomicis a Piningio & Nomophylacibus concinnatam, approbarunt & confirmarunt (b). Sed licet de mortis tempore incertissimi, modum tamen & locum non ignoramus, nam Kialnesensem Toparchiam visitans, repentino & vehementi morbo correptus, iter domum vertit, transiensqve fluvium Bruaraa, in ipso alveo aut, ad ripam australem, e regione villæ Reykianes seu paulo infra, cum haud pœnitendum Skalholtinæ dioeceseos, 13 plus minus annis, Præsulem gessisset, vitam cum morte commutavit.

(a) Vid. supra pag. 245.

(b) Vide supra loc. cit.



CAP.

CAP. IX.

De Stephano Jonæ filio.

§. 1.

Vacuæ, morte Magni, diœcesi Skalholtinæ præficitur *Stephanus Jonæ filius*, natione Islandus (a), vir præstanti eruditione, qvi multis annis in Gallia alibiqve fidelem Musis navaverat operam, indeqve Artium Baccalaurei Characterem reportaverat, qvi eo tempore nec vilis, nec cuivis mediocriter docto impertitus fuit. Omnes qvotqvot nobis innotuerunt historiæ & Annalium scriptores, qvi aliqvid de eo literis mandarunt, ipsius episcopatui initialem faciunt annum 1494, sed magnopere fallunt & falluntur, nam certum est, ipsum hanc dignitatem anno 1491 adeptum esse, qvod ex haud paucis ipsius Actis probari potest, qvalia sunt: 1) Literæ Arnæ Gudmundino datæ, exaratæ Skalholti, 8 Calend. Februarii 1492. 2) Sententia judicialis ibidem, eodem anno promulgata, die Lunæ post festum Benedicti. 3) Decisio controversiæ, qvæ Haldoro Brynjulfi & Gesto Pauli intercessit, eodem loco & anno, die Jovis, ante Passionem Domini facta. 4) Pactum cum eodem Haldoro, hoc ipso anno factum; ut alia jam taceam, qvæ longum foret enumerare.

§. 2.

Ut sub Papatu templorum cleriqve ditatio summum primumqve habebatur præceptum, ita etiam Stephanus id haud neglexit, sed per

Qqq 2 omnem

(a) Testantur id Historiæ & Genealogiæ. Patrem habuit Jonam Egilli filium, villanum Skalholtensem, cujus ex sorore abnepos fuit celebris ille *Annalium* conditor, Jonas Egilli filius Pastor Hreppholensis; Martinus Einari Episcopus Skalholtensis erat Stephani ex sorore nepos, imo & nos Gudmundum Stephani fratrem, inter majores nostros numeramus. Literæ Sveni Episcopi, datæ 1472, qvibus Stephano Jonæ decennalis peregrinatio studiorum gratia permittitur, allegantur supra pag. 488. Verosimile itaqve est ipsum in patriam rediisse circa annum 1482, tunc enim in sententia judiciali qvam de cæde Biarni Boni Viri dixit Magnus Ejulfi, de qvo supra cap. 8. §. 2. pag. 489. Stephanus primus Assessor nominatur.

omnem vitam eidem implendo invigilavit, cujus initium a capite ſeu cathedra Epiſcopali facere conſentaneum ducens, ſtatim anno 1492 Halldoro Brynjulfi filio prædia Hraun, Haukholt & Ketilshushaga ablata, cathedræ ſubjecit. Eodem etiam anno, die Martis ante feſtum Andreæ indictionem eqvariam promulgavit, aut renovavit & confirmavit, qva cuicunqve fundorum cathedræ incolæ in uſum cathedræ ſemel qvovis anno ſiſtere injungitur tantæ virtutis eqvum clitellarium, ut 240 pondo, undecunqve uſus ſeu neceſſitas poſtulet, adferri poſſit, trium marcarum mulcta negantibus aut tergiverſantibus dictata (a). Porro, anno 1511, huic non diſſimilem tulit rogationem, qva omnes & ſinguli cathedralium fundorum conductores, navigiis Cathedræ ad piſcandum, uti jubentur, ſiqve id negligunt, ingenti pecunia mulctandi, cenſentur (b). In commodum utriusqve templi (ut videri voluit) Skalholtenſis & Thingvallenſis, ſylvas, qvæ citra hiatum Hraſnagiaa ſitæ ſunt, huic ablatas, illi adjecit, qvod trium villarum emancipatione, qvas Thingvallenſi tradidit, remuneravit. Ipſum autem Cathedrale templum, fundamentis, qvæ juſto humiliora videbantur, exaltatis, magnificentius exſtruxit, validaqve macerie circundari curavit (c).

§. 3.

Anno 1493, prædium Skridam in Fliotsdal ab Haflido Thorſteini, ejusqve uxore Cecilia Thorſteini filia, Deo & ſacris uſibus datum, monaſterio ibidem exſtruendo dicavit, qvod Deo, Beatæ Virgini, ſanctoqve ſangvini conſecravit; Ibidemqve anno 1512, templum, qvod corporis Chriſti vocatur, inauguravit. Inſtinctu Narſi Abbatis Helgafellenſis, decimarum ex villis ad cœnobium Helgafellenſe pertinentibus, ſolvendarum qvintam partem remiſit. In uſum & commodum totius Cleri, anno 1510, antiqvàm Conſtitutionem renovavit de tributo fœnario,

(a) Vid. infra ad finem hujus Capitis Litr. A.

(b) Vid. ibidem Litr. B.

(c) Hinc ob magnam lapidum multitudinem ſedi Epiſcopali advectam, qvam plerumqve hyeme a bobus ferro calceatis attrahi curavit, *Griot-biſkup*, id eſt: Epiſcopus Lapidarius vocatus fuit; Inqve eo impletum eſſe voluit partem prophetiæ Sveni Prudentis, de qva ſupra, cap. 7. §. 3. pag. 488.

rio, seu annua agni pastione, novumqve conclusum perpetuo duraturum fecit, ut qvotqvot œconomiam, utcunqve tenuem, qvosqve metent agros, habeant aut conducant, agnum pascant, vel oblato pretio irrogationem declinent, qvod si negligunt, duplione & semiuncia argenti mulctandi censeantur (a). Anno 1502 templum Hvammense in tractu Kios, ibidemqve Sancti Lucæ simulacrum dedicavit; Cuicunqve id debito modo veneranti aut in ordinaria processione honoranti, 40 dierum indulgentias concedens. Eodem etiam anno Hytdali constitutus, Jonæ Skalholtensis Episcopi decisionem controversiæ, qvæ inter Curatores templorum, qvæ Akris & Krossholti sunt, diuqve viguerat, suo calculo confirmavit.

§. 4.

Huc etiam spectat, qvod non pauca melioris notæ prædia, laïcis ablata, in Ecclesiastica Beneficia (ut loqvi amant) mutata, Clero subjecit; Qvalia fuerunt: 1) Lundus in Lunda Reykiadal, ea tamen conditione, ut Pastor ibidem residens, duas qvotannis uncias argenti, Episcopo, decimas vero earum exactoribus, ex dimidia fundi parte solveret. 2) Skeggiastadæ in toparchia Mulensi, qvæ villa diu inter ipsum & Gotskalkum Holensem controversiæ materiam præbuerat; sed causa tandem Gotskalkus eo modo cecidit, qvod Stephanus eam retineret, & Beneficium diœceseos Skalholtinæ faceret. 3) Holmæ in Reidarfiord, cujus prædii qvartam partem templum ibidem constitutum dudum obtinuerat, sed reliqvas tres Stephanus a possessoribus, tanqvam seditionis contra se reis, extorsit, anno 1513. 4) Vatnsfiordus, nobilissimum prædium, qvod antea ab Archiepiscopis Nidarosiensibus, Jona anno 1273 & Vinhaldo, 1393 (b), Episcopis & Clero adjudicatum, laïci nihilo secius suum esse contendebant, adeo ut in judicio herciscundæ familiæ Biörni Thorlefii, ejus filio Thorleifo ut paterna hæreditas cesserit; Sed Stephanus Archiepiscoporum auctoritate nixus, illud denuo Clero vindicavit, suamqve sententiam a Gautone Archiepiscopo confirmari curavit

(a) Hanc ex duobus exscriptis antiqvis, qvorum lectiones variantes semicirculis includuntur, exhibebimus ad finem hujus Capitis Litr. C.

(b) Vid. supra Tom. 1. pag. 446. 455. Tom. 2. pag. 7. 41. 56. 259. sqq.

ravit (a). 5) Rafnseyra, ad sinum Arnarfiord, qvod prædium Jonas Dan, ejusqve uxor Christina, cum improles essent, una cum 20 vaccis, 6 eqvis, duabusqve navibus, svasu & instinctu Stephani, Deo, B. Virgini & D. Petro in sempiternum Beneficium donarunt (b). Tandem etiam qvasdam villas templis acqvisivit, ut Reidarfellum cum annuo proventu, templo Husafellensi, Kirkebolum in Hvítaarsída, templo Gilsbackensi, & Thiodstadas, templo Borgensi, Langadalum in Skogarstrond, templo Narfeyrensi & Fellum in Trekillisvík, templo Kirkebolensi; qvorum pleraqve non aperta vi, sed minis forte vel etiam persvasionibus possessoribus aut elicuit aut extorsit.

§. 5.

Cum magnatibus qvibusdam graves exercuit lites & contentiones, qvorum præcipui fuerunt Torfius de Klofa, vir dives & factiosus, Biörnus Godvini, vir itidem dives & inqvietus, & Jonas Sigismundi, occidentalis & borealis Qvartarum Nomophylax. Qvantum ad primum attinet; ipse Torfius potissimum in causa fuisse videtur, homines lascivos & facinorosos episcopali censuræ subducendo & tuendo; Episcoporum enim muneris erat, incestuosos, adulteros, & scortatores plectere, iisqve pœnitentiam dictare & præscribere, qvas graves adeo Stephanus injunxit, ut mortem multi præoptarent; hincqve tales ad Torfium, Toparchiæ Rangarvallensis & Arnesensis Prætorem, confluxerunt. Altera autem dissidii causa videtur fuisse Torfii cum Biörno Godvini affinitas, cujus sororem in matrimonio habuit, qvem Præsul vatiniano proseqvebatur odio. Referunt horum temporum Historici Torfium plus simplici vice Episcopo insidias struxisse, illum vero miraculose liberatum esse

---

(a) Vid. supra pag. 259 sqq. 342. 350. sqq.

(b) Jonas Dan fuit Biörni Thorleifidæ nothus, uxorem habens Christinam Lopti Divitis ex filio neptim. Jonas primo a partibus Biörnii Godvini stetit, contra Episcopum, sed ante finem vitæ, qvi anno 1514 accidit, in gratiam cum eo rediisse videtur. De hisce conf. literas Stephani datas Lundi 4. kal. Maji 1493. De Skeggiastadis Sect. seq. cap. 6. §. 5. Collat. cum Rationario Mag. Brynj. Svenonii, Skeggastadis 1641, item; Ejusdem Visitationem templi Holmensis, eodem anno factam.

esse (a), imo etiam ipsum Torfium aliqvando in Comitiis generalibus extra se raptum & amentiæ proximum, Episcopi precibus & manuum impositione, sanitati restitutum fuisse, tantaqve Torfii ignominia & dedecore, qvanto Episcopi honore & gloria eorum contentiones finitas esse, qvæ qvidem nos non moramur, id tantum pro certo habemus, licet verbo in gratiam redirent, nunqvam fidam eorum amicitiam fuisse, qvod Præsul testatum fecit, Torfio repentina morte exstincto, inter vina crapula suffocatum fuisse prætexens, sepulturam ad templum Skalholtense, prout ille in testamento caverat, denegando, usqvedum ejus vidua tres, aut, ut qvidam volunt, qvinqve villas, Vindas scilicet, Hreidur, Akbrautarholt Lækiarbotn & Hiallanes eidem emancipaverat.

§. 6.

Lites autem & controversiæ, qvæ Stephano cum Biörno Godvini intercesserunt, multæ magnæqve fuerunt, longamqve injuriam, longasqve ambages secum traxerunt, qvarum prima præcipuaqve causa fuit nobile prædium Vatnsfiordus, hæreditasqve Biörni Thorleifidæ, qvæ ad ejus filiam Solveigam ex multis tandem superstitem cohæredibus, devolvebatur, ad cujus controversiæ intellectum multum facit familiæ Biörnonianæ cognitio, qvæ sic se habet: Ejus filii fuerunt: 1) Thorleifus. 2) Einarus. 3) Arnas. 4) Solveiga, qvos in legitimo conjugio ex Olufa Lopti Divitis filia suscepit. Thorleifus ex Ingvellda Helgi filia, qvarto cognationis gradu semet attingente, qvinqve liberos suscepit, unicum filium, nomine Biörnum, & qvatuor filias, Gudnyam, Jarthrudam, Christinam & Helgam, qvi omnes, non tantum extra conjugium, sed etiam in incestu procreati censebantur, qvapropter Thorleifus Bullam Papalem acqvisivit, qva illi, cum pro peccatis ex præscripto Episcopi Skalholtensis satisfecerit, conjugium cum Ingvellda inire permittebatur, qvo facto, eorum liberi legitime procreati declarantur. Præterea Thorleifus consensum Archiepiscopi Nidarosiensis, & tandem Christiani I. Daniæ

(a) Qvi talia legere desiderat, næniisqve delectatur, adeat *JONAM EGILLI* in *Vita Stephani;* nostra enim sententia hæc miracula nihil aliud fuerunt qvam Torfii aliorumqve falsæ & præconceptæ opiniones, cujus farinæ plurima in horum temporum Historiis occurrunt.

Daniæ Regis confirmationem, his in omnibus consentientem, impetravit; qvibus ita comparatis, consilio & dispensatione Magni Episcopi, acqvisita, cum Ingvellda legitimum iniit conjugium, sed nullos deinde ex ea suscepit liberos. Solveiga Biörni filia primo ex Jona qvodam Thorlaci filio nothos qvosdam concepit, deinde cum Paulo Jonæ conjugium iniit, ex qvo in qvarto cognationis gradu sibi conjuncto aliqvoties mater facta est, qvorum ideo conjugium, non tantum illegitimum, sed liberi etiam in incestu nati habebantur, nam licet Papalem dispensationem non secus ac Thorleifus acceperant, nunqvam tamen Episcopus Skalholtensis de eorum conjugio dispensaverat. Habuit præterea Biörnus Dives nothos qvosdam, qvorum præcipui erant, Jonas Dan, cujus §. 4. mentionem fecimus, & Thora uxor Godvini Jonæ, qvorum filius fuit Biörnus Godvini, de qvo nobis jam sermo est. Ex omnibus hisce Biörni Divitis liberis, primus obiit Arnas, Christiano I. in prælio militans Brunkebergensi anno 1471, cujus hæreditatem fratres Thorleifus & Einarus adierunt. Illi proximus decessit Thorleifus anno 1484, cujus bona frater Einarus invasit, exclusis Thorleifi ex Ingvellda susceptis liberis, qvos ante parentum conjugium & acceptam Papalem dispensationem ex incestuoso concubitu prognatos causabatur, Pontificis dispensationem tantum ad liberos in legitimo conjugio postea procreandos extendi debere contendens. Einaro deinde improle ad plures abeunte anno 1493, Solveiga jam sola legitimorum Biörni Divitis liberorum superstes, eodem prætextu omnia fratrum bona sua esse dixit. Qvæ cum anno 1494 fatis cessisset, Godvinus Jonæ, tam legitimi filii sui nomine Biorni, ex Thora naturali Biörni Divitis filia suscepti, qvam filiorum Pauli fratris sui ex Solveiga susceptorum tutor, hæreditatem administrandam accepit, cujus maximam partem tradidit filio suo Biörno, qvam primum virilem togam susceperat.

§. 7.

Qvo facto, ex longo qvasi somno aut gravi qvodam lethargo excitatus Biornus Thorleifi filius, suam, sororumqve causam acturus, Biörnum Godvini in jus vocavit, sed Nomophylax decisivam pronunciare sententiam non audens, causam integram ad Regium Tribunal rejecit, qvo audito, partes, suæ qvisqve confidens causæ, extemplo coram Johanne

hanne Rege comparentes, judicium tandem audiunt, qvo controversa hacce hæreditate Biörno Godvini cohæredibus adjudicata, Thorleifides causam obtinuit. Nihilo tamen secius Godvinides sibi hæc bona vindicaturus, vi & armis prædia Vatnsfiordum & Stadum in Adalvik in suam redegit potestatem; Thorleifides autem ad Stephanum Episcopum tanqvam sacram confugiens ancoram, ipsius auxilium sententiamqve postulat, qva a duodecimvirali Collegio per ipsum hujus rei gratia constituto, tam ex Juris Canonici, qvam Pontificii Legati literarum, qvæ Thorleifidæ ad manus erant, præscripto, rei controversæ competens judex esse concluditur; Qvi clericorum convocato Consistorio, primo Pauli Jonæ filii & Solveigæ conjugium illegitimum fuisse pronunciari curat; deinde conjuncta cum Nomophylace opera, Thorleifidæ cohæredumqve legitimam hanc esse hæreditatem judicat, Godvinidem vero reliqvosqve hæredipetas in totum excludit, & præsentem ut divinitus oblatam occasionem cupide arripiens, prædium Vatnsfiordum laïcis ereptum clero adjudicat, latamqve sententiam a Gautone Archiepiscopo confestim confirmari curat, qvod qvidem Biörnum Thorleifi ejusqve posteros ab omni Vatnsfiordum sibi vindicandi cupiditate penitus deterruit, minime vero Godvinidem, qvi hæc aliaqve Præsulis de hac hæreditate judicia flocci pendens, Vatnsfiördum denuo armatus invadit, occupatqve, qvod primum inter ipsum & Præsulem classicum fuit, nam licet ille anno 1508 in freqventi Abbatum cleriqve concilio, Skalholti congregeto, Vatnsfiordum aliaqve controversa bona restituturum, perfectamqve Episcopo & Ecclesiæ præstiturum se obedientiam jurejurando promitteret, solida tamen pax non fuit, nam non tantum nihil promissorum præstitit, sed ad ingenium rediens, Vatnsfiordum, qvem Præsul Jonæ Erici filio, suo per plagam occidentalem Vicario, contulerat, denuo invasit & diripuit.

§. 8.

Deinde circa annum 1514 per Jonam Sigismundi ante aliqvot annos ab exteris reversum & a Christiano II. Regni Norvegiæ Pro-Rege Occidentalis borealisqve partium Nomophylacem constitutum, qvi metu Gotskalki Holensis Episcopi, eandem diœcesin intrare non sustinuit, ideoqve ad cognatum hunc suum diverterat, conventu quodam Vatns-

fiordi coacto, duodecimvirale fieri curat decretum, qvo, post prolixam in favorem Biörni præfationem, tandem concluditur & firmiter statuitur, ut qvicunqve prædia laïcorum in Regni, Regisqve detrimentum, Clero & Templis per fas & nefas subjicere conatur, qviqve hos verbo aut facto juverint aut defenderint, proscripti sint & exules, cum multis aliis, qvæ ad terrendum Episcopum ejusqve asseclas comparata & coacervata fuerunt; Qvo facto, auditoqve, Johanni Regi, qvi priori anno piam cælo reddiderat animam, Christianum II. successisse, Godvinides confestim Hafniam tendit, acqvisitisqve ejusdem Monarchæ tribus Diplomatibus, anno 1515, in patriam revertitur: Qvorum primo Rex mandavit, ut omnia Biörni bona a parentibus hæreditate accepta injuste autem ipsi ablata, nominatim prædium Vatnsfiordus, restituantur, ad qvod Præsul & Thorleifidæ regesserunt, nec Vatnsfiördum, nec reliqva de qvibus litigabatur bona, unqvam fuisse parentum ejus peculium, revera autem fuisse & esse Thorleifidæ patrimonium: secundo Præsul & Vigfusus Erlandi Nomophylax perpendere jubentur, qva venia aut auctoritate Biörnus Thorleifi Stadum Adalvikensem aliaqve prædia Johanni cuidam Kruko Mercatori Bergensi vendere potuerit? qvi extemplo in præsentia partium litigantium causa cognita, optimo jure illum hæc aliaqve prædia vendere potuisse, cum ipsius fuerint patrimonium, ex duodecimvirali sententia proclamant. Tertio, injunxit Rex Jonæ Sigismundino, ut ex præscripto legum de utriusqve Biörni Godvinidæ & Thorleifidæ controversiis, sententiam dicat; qvi conventum ad villam Hvammum in Hvamsveit habens, secundum Godvinidem pronunciavit.

§. 9.

His fretus innixusqve fulcris, Regio scilicet Edicto & Sigismundidis judicio, Præsulis vero sententiam nihili æstimans, Godvinides Vatnsfiördum Stadumqve denuo vi armisqve invadit, obvios & obsistentes male mulctat, templa domosqve effringit, suprema imis, sacra profanis, miscens, omniaqve pro lubitu tractans, sub suam potestatem perfecte redegit. Qvod ubi cognovit Præsul, primo ipsum, deinde etiam Jonam Sigismundi, diris devovet, Presbyterumqve qvendam Jörundum Steinmodi filium, duobus comitatum testibus, qvi Biörno id palam faceret, misit, qvem ille, ne qvæ scelerum forma deesset, captum, paloqve alligatum,

gatum, a binis primo lictoribus virgis cædi jussit, illisqve defatigatis, Loptum qvendam giganteo præditum robore substituit, qvi misero Presbytero corium carnemqve ad ossa usqve flagellis detraxit. Tandem vero aut inauditæ fortitudinis admiratione, tantum enim a gemendo absuit Presbyter, ut etiam tortorem ad fortius cædendum animaret, aut crudelitate deficientis pæna satiata, ad misericordiam conversus, Presbyterum refocillavit & donis mactatum dimisit. Ob qvod facinus Præsul Biörno dicam scripsit, cumqve ille non compareret, unanimi judicum, (qvi Skalholti, anno 1515 ut plurimi volunt, hanc sententiam dixerunt) decreto capitali pœna plectendus censetur, bonaqve omnia, partim Regio, partim Episcopali, fisco adjudicantur.

§. 10.

Qvæ etsi Biörnum Jonamqve valde premerent, minime tamen penitus fregerunt, sed confortato animo concilium qvoddam laïcorum anno 1517 ad Leidarholmum in Toparchia Dalensi convocari curarunt, qvo non tantum ipsorum amici cognatiqve, sed qvod satis mirari non possumus, eorum etiam hostes & Episcopi amici, interqve eos ipse Thorleifides, in summa 23 optimæ notæ borealis & occidentalis partium cives confluxerunt, omnibus enim Episcoporum Cleriqve fastus, avaritia & regimen prægrave & intolerandum factum erat, ubi post longam de Cleri avaritia, temeritate, fastu, & id genus aliis, imperiose factis, qverimoniam, pactum qvoddam initur, de talibus, ut & inaudita polypragmosyne, injustis excommunicationibus, honestæ sepulturæ negatione, in posterum non tolerandis, sed communi consensu & conjunctis viribus resistendum esse concluditur, indicta 13 marcarum pæna, tam iis, qvi in hanc conventionem consentire detrectent, qvam illis qvi Clero in hisce aut aliis injustis causis opem ferent (a). Qvæ conventio, licet laïcis esset valde necessaria & utilis, tamen fructu & effectu caruit, Cleri enim potestas & despotismus multo majorem adeptus erat maturitatem, qvam ut infringi posset a paucis laïcis invicem discordibus, nam Vigfusus

(a) Vid. ad finem hujus Capitis Litr. D.

fius Erlandi, orientalis & australis Qvartarum Nomophylax, earundemqve cives, huic conventioni subscribere detrectarunt (a).

§. II.

Hæc audiens Episcopus, principiis obstandum optimum factu ratus, ignemqve in favillis exstingvendum, qvod Petri clavibus seu gladio oris non potuerat obtinere, id ipsum ore gladii effecturus, cum 300 armatis in Biörnum proficiscitur, qvod ille subolens, haud paucioribus stipatus Præsulem domi præstolatur, qvi cum prope Biörni villam ventum esset, gradum sisti, tentoriaqve figi, jubet, hinc pro tempore & re nata cum Biörnus ex improviso opprimi non posset, capto consilio, 12 tantum comitatus viris, ne legibus, qvæ hunc numerum Episcopo Ecclesias visitanti assignant, fraudem facere videatur, Biörni villam adeqvitans, iter ad templum flectit, qvod ille conspiciens, totidem cinctus, sed loricam sub toga indutus, obviam tendit, talem tantamqve in promtu fore hospitalitatem promittens, qvanta in legibus Episcopo determinatur (b). Cujus tam sumtuosæ expeditionis illum tantummodo fructum tulit Præsul, ut sedatiorum interventu & persvasionibus, Biörno non plane invito aut obstinate obstante, Vatnsfiordum ab eo deditum in suam redigeret potestatem (c), sed nihilo minus alta mente repositæ manserunt, tam injuria Jörundo Presbytero inflicta, qvam aliæ controversiæ, præsertim vero, qvod tanto apparatu hostem non potuit penitus subigere, aliam itaqve, eamqve solitam sibi ineundam viam sentiens, Biörno primo

(a) Stephanus enim ab hujus partibus in celebri causa Mödruvallensi steterat, & pactum promoverat, qvod infra ad finem Cap. Litr. E. ex codice membraneo Bibliothecæ Magnæanæ No. 191. in Qvarto, exhibemus.

(b) Hic Præsuli, cum cerneret Biörnum incautum opprimi non posse, in mentem venisse videtur, aut ab amicis suggestus fuisse, Legum Articulus, qvi Episcopo visitanti duodecim tantum famulos concedit; Vide *Juris Eccles. Arnæani* cap. 3. una cum *Constitutione* a Piningio & Magno Episcopo facta anno 1489 qvo etiam collimare videntur Biörni verba.

(c) Hanc Episcopi armatam ecclesiæ visitationem qvidam recentiorum Ögmundo Episcopo adscribunt. Cætera de celebri hac, de Vatnsfiordo & hæreditate Biörniana, causa, ad vitam Stephani non pertinent, de qvibus conf. supra pag. 257. 259. sqq. 331. & infra cap. seqv. §. 8.

mo ob conspirationem seu seditiosam & domi suæ factam contra se conjurationem, diem dixit, qvod cum ille, ut solitus erat, susqve deqve haberet, Præsul tandem anno 1518 multas gravesqve ei intentans causas denuo dicam scripsit. Licet ante diem judicii e vita Biörnus excesserat, Præsule tamen nihilo secius strenue instante & judicio præsidente, judices ab ipso delegati, duo Abbates & decem Presbyteri, ex ipsius voto & nutu sententias dixerunt, eo collimantes, ut Biörnus ejusqve hæredes, omnibus Præsulis decretis judiciis & sententiis tenerentur, & præterea ob varia in templa Episcopum & Presbyteros enormia delicta, 500 circiter uncias argenti penderent.

§. 12.

Prima inter Episcopum & Jonam Sigismundi odiorum causa fuit, Præsulis in controversia Gotskalko Holano cum Jona de re conjugii intercedente judicium, qvod anno 1508 a Gauto Archiepiscopo Nidarosiensi, una cum Haldoro & Narfa Abbatibus, aliisqve Ecclesiæ Presbyteris, inter eos judex constitutus pronunciavit, qvo omnes Gotskalki, de Jona, ejusqve conjugio, censuras confirmavit (a), Jonamqve ex Holana dioecesi profugum, omniumqve indigum & inopem, utpote a Gotskalko excommunicatum & omnibus bonis injuste exutum, ad Biörnum Godvini confugere compulit, sub cujus tutela diu deinde vixit, eaqve, ejus instinctu, & in ipsius gratiam, gessit qvæ jam paulo ante tetigimus. Hic anno 1517, in Daniam abnavigaverat, impetrataqve Christiani II. suorum in causis Godvinianis actorum confirmatione, hoc anno 1518, in patriam reversus est. Sed Godvinide mortuo, & Episcopo Regis Edicta flocci pendente (b), ab omnibus destitutus, suis rebus, nihil convenientius

(a) Cum Jonam utriusqve juris peritissimum, causam suam, qvam revera optimam & justissimam habuit, coram Stephano satis luculenter egisse haud sit dubitandum, Præsul ab injustitiæ & prævaricationis crimine, non facile absolvi posse videtur, qvod aperte satis ei objicit Doctiss. *ARNGRIMUS* in *Comment. Islandiæ*, fol. 63, in hunc modum scribens: *Stephanus Gotskalko Holensi Episcopo synchronus, qvi* Crudelis *nomen meritus esse videtur, similem cum illo justitiæ & clementiæ laudem reportavit.*

(b) Hic etiam satis patet, in qvantum etiam nostratium Episcoporum potentia & fastus excreverat. Sed, si Stephanus non tanto intervallo oceaniqve interventu a Christiano II.

entius duxit, qvam suppliciter ab eo absolutionem petere, qvam, omnibus suis Actis & judiciis revocatis & rescissis, omnigenaqve Ecclesiæ & Præsuli observantia promissa, ægre tandem obtinuit, ut ex jure jurando, qvod Stephanus ei extorsit, liqvido constat (a).

§. 13.

Anno 1514 in Regna hæc septentrionalia venit Bulla Papalis Leonis Decimi de Denario Petri exigendo (b), unde Stephanus suis partibus non defuturus, suæ dioeceseos incolarum numerum iniri, & testimoniis jure jurando confirmatum, in scriptis exarari, fecit. Anno 1517 Nuncii Pontificii Angeli Arcemboldi, qvi hoc tempore Regna borealia permeabat, Legatus, Islandiam intravit, Skalholtumqve venit, sed ab Episcopo frigidius, qvam speraverat, exceptus, ægreqve post aliqvot dierum sollicitationem ad colloqvium admissus, qvod ei in templi sacrario sedens, universis ornatus pontificalibus, cleroqve circumstante permisit. Hic cum Præsule de indulgentiis, lingva reliqvis ignota (sine dubio Gallica, hujus enim Stephanus, qvi in Gallia studiis operam dederat, satis callens fuit) collocutus, id ab eo tandem tulit responsi; Cum Pontifici obluctari aut ægre facere nollet, permittere se has merces vendere, sicubi posset, suorum autem, se auctore, empturum eas neminem. Skalholto itaqve discedens, easdam cælibibus duabus, conjugatis vero qvatuor argenti unciis vendidit; Forma absolutionis hæc fuit: " Absolvo te ab omni Ecclesiæ censura, qvomodocunqve eam fueris " promeritus; Deinde ab omnibus tuis peccatis & transgressionibus, " qvas ad hunc diem commisisti, qvot & qvantæ possunt esse, omnem- " qveve pœnam, qvam ob easdem in purgatorio promeritus es, tibi con- " dono, participem te reddo Sacramentorum Ecclesiæ, & restituo te in " eundem

---

II. distitisset, certe tot ejus mandata & rescripta non impune contemsisset, qvod Caroli Hamarensis, Andreæ Osloënsis, Walckendorfhii, Beldenacii, Skodborgii, Væsalii, aliorumqve magno numero Episcoporum & Nobilium exempla testantur, qvi tamen eo temeritatis & contumaciæ non processerunt.

(a) Vid. ad finem Capitis Litr. F.

(b) Hanc ex *Bullario Ornbielmiano* in Archivo Antiqvitatum Holmiensi exscriptam, vid. infra ad finem hujus Capitis Litr. G.

" eundem innocentiæ ſtatum, in qvo eras, qvando baptiſatus fuiſti, " ita ut porta inferni tibi in morte ſit clauſa, ſed janua Paradiſi " aperta. " (a)

§. 14.

Sedente Stephano, non tantum omnigena ſuperſtitio valde invaluit, ſed etiam vitia & graviſſima peccata graſſabantur, qvorum zelotem & morum, tam clericorum qvam laïcorum, ſeverum ſemper cenſorem egit, adeo, ut multi mille mortes (ſi poſſibile fuiſſet) pati mallent, qvam pœnas ab ipſo præſcriptas exantlare: Nam præter ingentes mulctas pecunarias, intolerandas fere carinas aut carceres, flagellationes, longa & crebra jejunia, ambulationem nudis pedibus, aliaqve ejusmodi, reis injungere ſolitus fuit; Exemplo ſit ſacerdos, in furto deprehenſus (b) cui, primo, ceremoniis inaugurationis retrorſum recitatis, ſimulqve, eodem ordine, ornamentis ablatis, officium abrogavit, & deinde veſtibus detractis, nudum ante oſtium templi, a qvatuor robuſtis viris diſtentum, ipſe, unacum duobus ſacerdotibus ad defatigationem usqve ſtrenue flagellavit. Sed qvod ab aliis exegit, ipſe opere præſtitit, ad ſtuporem continens, nam precationum & jejuniorum obſervantiſſimus fuit, ſomni minimi, cibi ita parcus, ut carnibus non niſi tribus ſummis feſtis, lacticiniis vero aliis feſtis & die dominica veſceretur, a vino & aliis licitis oblectamentis fere, ſed a Venere omnino, abſtinens. Officio aſſidue invigilavit, qvotannis anteqvam viſitationem Eccleſiaſticam ingrederetur, condito teſtamento amicis & domeſticis dona dedit, cum domi

(a) Qva fronte Stephanus Indulgentias Papales parvi pendere potuerit, vix intelligi poteſt, cum ipſe Templa & ſimulacra honorantibus tales impertiverit, vide ſupra pag. 367. Sed vidit forte vir doctus *veritatem qvam in injuſtitia detinuerat*, (Rom. 1. v. 18). Hic itaqve inter ſacrum & ſaxum conſtitutus, has etſi impias & illicitas eſſe ſciret, noluit tamen easdem prohibere & veritatem detegere, ne ſimul ſuas ipſe condemnaret indulgentias, alias enim earum evulgationem non permiſſurus, cum ipſius loculis non parum pecuniæ ſubtraherent.

(b) Sunt Scriptores, qvi ejus delictum fuiſſe dicant, qvod dum argentum qvoddam furto ablatum crumenæ incluſum repertum fuerat, ſacerdos inter plures præſens dixerit ſe hoc argento loco ſui ſalarii contentum fore; qvare cum furto direpta deſideraverit, hæc ei pœna inflicta fuerit.

mi esset, semper aliqvid legebat aut scribebat, in carminibus pangendis adeo promtus erat, ut de qvavis re ex tempore versus funderet, doctus ipse, doctorum doctrinæqve amans, Skalholti ludum literarium aperuit, cui Asbiornum Sigurdi filium, Artium Baccalaureum & Pastorem Reinevallensem, præposuit. Nihilo secius ad rem familiarem attentus, unde non tantum ex ordinariis proventibus & mulctis pecuniariis, qvas graves imposuit & rigidissime exegit, sed etiam ex mercatura, qvam exercuit, magnas opes congessit, onerariam enim possedit navim, qvæ Regio (a) præmunita Privilegio, qvotannis ad peregrina emporia excurrens, insigni cum lucro domum revertebatur.

§. 15.

Ultima vice toparchiam Kialnesensem visitans, ab Ogmundo Pauli Abbate Vidoënsi, magnifico exceptus fuit convivio, in qvo, cum ejus satellites vino incalescerent, inter ipsius sobrinum Erlandum Thorvardi filium, ejusqve sororium Ormum Einari filium, jurgium primo ortum, mox ad manus & arma venit, in qvo concursu Erlandus Ormum confecit, multi vero propugnatorum sauciati sunt; Præsul itaqve, qvasi lupum auribus teneret, anceps diu qvid faciendum esset, hæsit, inhumanum qvippe videbatur, famulum tam propinqvo sangvinis gradu sibi nexum, in tanto periculo prodere, sed impium & Episcopo indecorum, cœnobii jura non vindicare, qvod innocentis sangvinis effusione profanatum censebatur; tandem autem, ut nepoti simul prodesset, & Abbati cœnobioqve satisfaceret, illud consvetis ceremoniis purgavit, Abbatem vero sibi in officio successorem denominavit; Pauloqve post, fortuna opibus, honore & annis satur, pridie Calend. Decembris anno 1519 (b), cum Skalholtinæ diœcesi annos 28, & qvod excurrit, non sine laude præfuisset, ad plures abiit.

Litr.

(a) Exstat Privilegium ipsi a Johanne Rege datum Bahusiæ idibus Decembris 1498 qvo conceditur in qvocunqve Regnorum emporio ipsi placuerit, mercaturam libere exercere. Vid. supra pag. 244.

(b) In *Danske Magazin* 3 Bind pag. 339. ejus mors ad annum præcedentem, sed mendose refertur. In compendio qvodam ejusdem vitæ, anno 1593 ab anonymo qvodam scripto, dicitur obiisse feria tertia hebdomadis hyemem exorsæ.

Litr. A.

(a) Vier Stephan med guds nád biſkup í Skálhollte heilſum öllum godum mönnum ſem þetta bref ſiá edur heyra kunnugt giörande ad ſub anno gracie M.CD.XC oc II á þridiudagenn næſta epter Andresmeſſu í kirkiunne í Skálhollte var Magnús Vigfúſſon, Asgrímur Jónſſon oc Biörn Asbiarnarſon lögliga fyrirkallader fyrir þá ſök ad þeir höfdu ei ſkiallegheit giört á því hroſſláne ſem þeim hafde bored ad liá Stadnum í Skálhollte ſumared næſt fyrer, epter því ſem þeir vóru ſkyllder til af ſínum leigumála, höfdu þeir þá vörn fyrer ſig ad bera, ad þeir hefdu engann fullfærann kapal átt ne haft í ſinne eign þann tíma krafed var. Nefndum vier í dóm vora erliga Prelata Sira Narfa Jónſſon Officialem fyrer ſunnan, Síra Asbiörn Sigurdſſon Baccalaureum Artium, Sira Þórvard Ivarſſon, Síra Hákon Jónſſon, Síra Arna Jónſſon, oc Síra Svein Snorraſon, kom þeim þad öllum ſaman, oc ſögdu upp med fullu dóms atkvæde ad greinder menn er ſtefnder vóru, væru ſkyllder ad láta leſtfærann kapal járnadann oc alfærann under fullgilldes klyfiar á þeim tímum er þá var komid, nær ſem þeir yrdi krafder uppa Stadarins vegna í þann ſtad ſem forráda mönnum þætti tilſtanda. Enn hvör ſekt á ſkylldi liggia þeim ſem ei leti til reidu þetta kapallán þá krafid er, oc um

---

(a) Nos Stephanus Dei gratia Epiſcopus Skalholtenſis omnibus viris bonis has literas viſuris vel audituris ſalutem! Notum facientes, qvod ſub anno gratiæ MCDXCII feria tertia proxima poſt feſtum Andreæ in templo Skalholtenſi, Magnus filius Vigfuſi, Asgrimus filius Jonæ, & Biörno filius Asbiörni, eam ob cauſam, qvod ex debito, cathedræ Skalholtenſi, prout ex contractu fundi conducti obligati erant, eqvum utendum non præſtiterint, legitime in jus vocati, pro ſua tuenda cauſa nullum ſe tunc temporis eqvum habilem poſſediſſe, cum poſtulabatur, cauſabantur. Nos denominavimus judices honorandos hos Prælatos Dominum Narſum filium Jonæ Officialem Qvartæ auſtralis, Dominum Asbiörnum Sigurdi Baccalaureum Artium, Dominum Thorvardum Ivari, Dominum Haqvinum Jonæ, Dominum Arnam Jonæ, & Dominum Sveinum filium Snorrii, qvi omnes in id conſentiebant, & plena ſententia judiciali edicebant, dictos viros in jus vocatos, eqvum clitellarium calceatum, inſtructum & ſarcinis integris portandis aptum, qvandocunqve nomine cathedræ poſtularetur, qvo antiſtitibus cathedræ libitum fuerit, utendum dare debere; Sed qvæ mulcta irroganda eſſet iis, qvi eqvum, cum poſtulatus fuerit, non præſtiterint,

um þad fleira sem Asmundur Jónsson Rádsmann dóms á beiddist, þá dæmdu þeir þad under þann dóms álykrunar úrskurd sem uier siálfer segium. Nú af því vier vitum fyrer full sanninde bæde af þeim dómum sem gengid hafa um þetta mál ádur ad fornu, oc af tilsögn hinna elldre manna ad her hefur þriggia marka sekt á verid, þeim sem fellt hafa þetta kapallán; Item fyrir þá adra grein ad Stadnum er hrosslánid á sínum jordum ómissande, svo þad má ei umberast; því ad Heilags Anda nád tilkalladre oc svo prófudu, dæmdum vier oc úrskurdudum Stadarins vegna, leigulidana þá sem soddan leigumála hafa á þeim jordum er þeir búa á, skyllduga ad láta til reidu lestfærann kapal under þriggia uætta klyfiar í Grindavík, á Rosmhvalanes, til Þerneyarsunds, edur í þann nockurn annan stad, sem Stadarens naudsyniar standa til ad farid sie, í þann tíma er faramadur í Skálhollte vitiar, edur sá sem hann sender oc heimilisfastur er á Stadnum, í þann tíma sem hestarner eru færer oc svo lenge á haust fram, ad heim se komed forfallalaust ad veturnóttum. Enn hvör sem ei lætur til reidu þetta kapallán sem ádur er sagt, sie sekur epter því sem fyrr seger þrimr mörkum vid heilaga Skálholltskirkiu. Item ad sá leigi ad ödrum sem ei hefur siálfur til svo vordinn kapal sem fyrr skilur. Var þessi vor dómur oc úrskurdur af oss siálfum uppsagdur oc in scriptis framborinn oss í dómssæte sitiande, vorum ádur greindum

terint, sententiæ judiciali, qvam Nos ipsi enunciaverimus, committendum decrevere. Nos igitur tam de sententiis hac de causa antehac editis, qvam traditione veterum, trium marcarum mulctam eqvum hunc utendum non præstantibus irrogatam fuisse, ut & cathedræ eqvum de fundis utendum omnino necessarium esse, nec illam eo carere posse, certo scientes, invocata Spiritus Sancti gratia, & circumstantiis probe perpensis, sententiam tulimus & decrevimus, conductores prædiorum, qvi hac conditione fundos, qvos incolunt, conduxerunt, in cathedræ usus eqvum, sarcinis libras 240 pendentibus, in Grindavikam, Rosmhvalanesum, Therneyarsundum, vel in alium locum qvemcunqve, qvo iter fieri cathedræ intererit, portandis aptum, qvando præfectus expeditionibus Skalholtensibus, vel ejus delegatus Skalholti domicilium fixum habens, postulaverit, a tempore, qvo eqvi primum validi sunt, eo usqve in autumnum, qvo, nisi impedimenta prohibeant, ante initium hyemis domum redire qveant, suppeditare debere. Qvicunqve vero hunc eqvum ex prædicto non suppeditaverit, ut antea dictum est, Sanctæ ecclesiæ Skalholtensi trium marcarum mulctam solvito. Item qvicunqve ipse talem, ac antea diximus, eqvum non possederit, ab alio illum mutuo accipito. Hæc nostra sententia & judicium a Nobis ipsis promulgata, & in scriptis prolata fuit, Nobis ipsis pro tribunali sedentibus,

um kennimönnum oc fleirum ödrum gódum mönnum áheyrondum oc med oss samþykkiöndum. Oc til sanninda her um setium vier vor inncigle med vorum ádurgreindum Prelatum oc Prestum fyrir þetta dómsbref skrifad í sama stad oc áre siö dögum sídar enn fyrr seger.

Litr. B.

(b) Ollum mönnum þeim sem þetta bref siá edur heyra senda Asbiörn Sigurdsson, Jón Hedinsson, Þórarin Skeggiason prestar, Einar Eyolfsson, Jón Gudmundsson oc Þórarin Sigmundsson leikmenn kvediu Guds oc sína. Kunnigt giörande ad sub anno gracie 1511 í Skálhollte í Biskupstúngum þridiudagin næsta epter Marteinsmessu vorum vær tilnefnder af erligum herra Stepháne med Guds nád biskupe í Skálhollte ad skoda oc ransaka hvöriu Einar Þórdarson være skylldugur heilagri kirkiu oc biskupinum fyrer þat er hann hafdi ecki róid á Stadarskipenu svo sem skilid var uppá hann. Var greindur Einar þar þá lögliga stefndur af Rádsmanninum, kom oc þar sannliga fyrir oss ad Rádsmadrinn hefdi svo fyrirskilid á landastefnunni þá er hann bygdi kirkiunnar jarder, ad Stadarins landbúar þeir sem rere edur leti róa, skylldu róa fyrr á Stadarens skipum enn annara manna í öllum þeim verstödum sem þeir fengi

 þar

bus, & prædictis Nostris sacerdotibus & pluribus aliis viris discretis audientibus, & approbantibus. In qvorum testimonium Nos sigillum nostrum unacum prædictorum nostrorum Prælatorum & sacerdotum sigillis his literis sententiæ decretæ appendimus, scriptis eodem loco & anno, sed septiduo posterius, ac supra.

(b) Omnibus has literas visuris vel audituris, Asbiörn filius Sigurdi, Jonas Hedini, Thorarinus Skeggii, sacerdotes, Einarus Eyolfi, Jonas Gudmundi & Thorarinus Sigmundi, laici, Dei & suam salutem mittunt, notum facientes, qvod sub anno gratiæ millesimo qvingentesimo undecimo, Skalholti Biskupstungensium, feria tertia proxima post festum Martini, ab honorando Domino Stephano, Dei gratia Episcopo Skalholtensi, denominati fuimus ad perspiciendum & perqvirendum qvantam Einarus filius Thordi Sanctæ ecclesiæ & Episcopo mulctam persolvendam deberet, eo qvod ex præscripto contractus cum illo initi, navigio cathedræ piscatorio usus non fuisset. Dictus Einarus a Dispensatore huc legitime in jus vocatus erat, vereqve ibidem nobis fides facta est, in villarum cathedralium conductorum conventu, conditionem a Dispensatore, dum dictas villas elocabat, promulgatam fuisse, omnes cathedralium fundorum conductores, si modo ipsi piscatum irent vel alios piscatum ablegarent, navigiis

þar ecki tión útaf elligar ſkada. Oc því ad heilags Anda nád tilkalladæ dæmdum vier ſagdann Einar Þórdarſon oc hvörn annann ſkylldugann at giallda Stadnum fulla ſkipleigu ſvo ſem fellur á því ſkipe er honum var tilſagt ad róa á, oc ſekann fullrette kirkiunnar ad auke. Oc til ſanninda her um, ſettum vier fyrrnefnder menn vor innſigle fyrir þetta dómsbref, ſkrifad í ſama ſtad, dag oc áre ſem fyrr ſeger.

Litr. C.

(c) Þat giorum ver Augmundr Pálsſon, Halldór Tyrfingsſon, Salomon Henriksſon, Halldor Refsſon, Sæmundr Jónsſon, Narfe Þorſteinsſon, preſtar Skálhollts biſkupsdæmis, Jón Þórdarſon, Jón Magnúsſon, Jón Eirekſſon, Runólfr Höſkullsſon, Eirekr Þórſteinſſon, Jón Hallsſon, ſvarner Lögrettumenn, kunnigt, ad þá lidid war frá híngadburd wors herra Jeſu Chriſti M.D oc X ár um worit tveim nóttum epter (fyrer) kroſsmeſſu, worum vier í dóm nefnder af heidarligum herra oc andligum födur í gude, biſkup Stepháni Jónsſyni, ad ſkoda oc ranſaka oc fullnadardóm á ad leggia um þá ákiæru ſem ſira Jón Þórſteinsſon kiærde til Þórgauts Þórdarſonar um þá hiáleigumenn er hann hafdi á ſínum

navigiis cathedræ præ aliis uti debere, in omnibus illis piſcandi locis, in qvibus nullum in eos damnum vel detrimentum exinde redundaret. Hinc invocata Spiritus Sancti gratia, dictum Einarum filium Thordi, non ſecus ac reliqvos omnes, integram piſcandi mercedem, qvanta in navigio, qvo uti jubebatur, perſolvenda erat, & juris præterea Eccleſiæ violati mulctam integram Cathedræ perſolvere debere, ſententia judiciali ediximus. In qvorum teſtimonium nos viri prædicti ſigilla noſtra his literis ſententiæ decretæ appendimus, ſcriptis eodem loco, die & anno ac ſupra.

(c) Nos Augmundus Pauli, Halthorus Tyrſingi, Salomon Henrici, Halthorus Refi, Sæmundus Jonæ, Narfius Thorſteini, diœceſeos Skalholtinæ presbyteri, Jonas Thordi, Jonas Magni, Jonas Erici, Runolfus Höſkulldi, Ericus Thorſteini, Jonas Halli, Aſſeſſores Dicaſterii generalis jurati, notum facimus, qvod anno poſt Domini noſtri Jeſu Chriſti nativitatem milleſimo qvingenteſimo decimo, tempore verno, biduo poſt (ante) feſtum Crucis, ab honorando Domino, & ſpirituali in Deo patre, Stephano Epiſcopo filio Jonæ judices denominati fuimus, ad diſpiciendum, inqvirendum & ſententiam decretam edicendum, de actione a Jona presbytero filio Thorſteinis in Thorgautum filium Thordi inſtituta, de colonis partem manſi inhabitantibus,

á sínum garde, ad hann villde oc sagde svo ad ei gilldist ne gialldast skylldi meir enn einn heytollr af hveriu bygdu bóle. Enn oss leitst svo öllum eptter vorre (klárre) samvitsku ad svo mundi þursa guds vid fátæker sem ríker, oc enn af því saker ómaks þess sem prestrinn þyrfti fyrir þeim ad hafa oc þeirra fólki svo sem fyrir ödrum mönnum; því dæmdum ver fyrrskrifader dómsmenn, med fullu dóms atkvæde (sem standa skyllde manna á mille um alldur oc æfi) ad aller þeir skylldu giallda (greindann) þíngatoll sem ad í búskap væri oc grasnytiar hefdi, sem er lamb ad fódra, edur giallda hey, eda giallda þá peninga sem í fullum aurum stædi þeim sem taka ætti edr hanns (lögligum) umbodsmanni. Enn þeir sem ecki villdu giallda greindann þíngatoll oc hiellde hönum í þriósku dæmdum ver þá skyllduga ad tvígiallda hann aptur oc seka þrím aurum. Oc til sanninda &c.

Litr. D.

(d) Fridur oc blessan vors Herra Jesu Christi sem er alls mannkynsins mýking, miskunn lifandi manna oc framlidinna, virdist med sinne Heilags anda giæfu oc giptu oc gudligum innblæstre ad vera medur oss ollum í för oc fylge her samankomnum mönnum á Leidarhólme, úngum oc gomlum, ríkum oc fátækum sem styrkia vilia Guds riett oc heilagrar

---

bus, qvi prædium ejus incolunt, cum hic urgeat & asseveret, unicam tantum pensionem fænicularıam de singulis mansis erogari solere, & erogandam esse. Omnibus autem nobis ex (certa) nostra conscientia visum est, pauperes æqve ac divites Dei opus habere, laborem præterea a sacerdote, in eorum, & familiæ, æqve ac in aliorum, gratiam, suscipiendum esse, qvare nos judices prædicti plena (in ævum & æternum observanda) sententia decreta ediximus, omnes villicationem habentes, & fænum metentes, (dictam) hanc pensionem parochialem, sive saginationem agni, sive tributum fænarium, sive tandem erogationem pecuniæ legitimæ, exactori competenti, aut (legitimo) ejus mandatario, persolvere debere. Qvi vero dictam pensionem parochialem expendere recusaverint, & contumaciter retinuerint, illam duplo persolvunto, tribus insuper oris mulctandi. In qvorum testimonium &c.

(d) Pax & benedictio Domini nostri Jesu Christi, qvi totius humani generis est mitigatio, misericordia vivorum & mortuorum, Sancti sui Spiritus fortuna & felicitate, divinoqve afflatu dignetur adesse nobis omnibus hic Leidarholmiæ congregatis, juvenibus & senibus, divitibus & pauperibus, qvi stabilire volunt jura divina & Sanctæ Ecclesiæ,

heilagrár kristne, oc kristiligrar kyrkiu samband oc vors virduligasta herra Kóngsins oc Krúnunnar í Norege samhellde, vort siálfra frelse oc fridkaup, sem oss voru ad ondverdu játud af gudi oc hinum helga Olafe Kónge oc hanns ollum rettum epterkomendum af hverium epter annann, hafa verid samþykt allt til þeirrar stundar sem nú er yfer oss komin, ad vær skylldum án allrar naudúngar oc afurkosta hafa oc hallda log oc landsins rett sem svarid var oc sambundid oc samþykt í millum krúnunnar oc kirkiunnar oc Kóngsins þegna oc alls landsins almúga.

Ydur ollum gódum mönnum Guds vinum oc vorum sem þetta vort uppsáturs samþykt bref siá edur heyra senda Jon Sigmundsson vors virduligasta Heybornasta Herra Christiern med Guds nád útvalda Kon-úngs til Danmork oc Svíaríkis, rettur Erfinge til Noregs, hanns nádar Logmann nordann oc vestan á Islande, Finnboge Jónsson, Teitur. Þórleifsson, Biörn Gudnason, Biörn Þórleifsson, Grímur Pálsson, Þorleifur Grímsson, Þórleifur Pálsson, Þórsteinn Finnbogason, Sigurdur Finnbogason, Sturle Þórdarson, Arnór Finnsson, Gudmundur Andresson, Sigurdur Dadason, Sigurdur Narfason, Tumás Jónsson, Þórólfur Ogmundsson, Narfe Jónsson, Eivindur Gudmundsson, Tumás Oddsson, Asmundur Asmundsson vors virduligasta Nádar Kóngsins Eidsvarar, Fóv-itar

---

siæ, ejusqve vinculum, Illustrissimi Domini nostri Regis, Regniqve Norvegici concordiam; nostrum vero ipsorum libertatem, pacisqve redemtionem, qvæ nobis ab initio sunt promissa a Deo & Sancto Olao Rege, qvæqve ab universis ejus legitimis successoribus, uno post alterum, ad præsentem usqve horam fuerunt approbata, ut sine omni coactione & iniqvis conditionibus, legibus & patrio jure vivere nobis liceret, prout inter Imperium & Ecclesiam, Regis Ministros & totius terræ plebem juramento fuit sancitum & approbatum; Vobis omnibus bonis viris, Dei nostrisqve amicis, has nostras conceptas constitutionis literas visuris seu audituris, Jonas Sigmundi filius, Illustrissimi & Nobilissimi Domini Christierni, Dei gratia Daniæ & Sveciæ Regis Electi, Norvegiæ legitimi hæredis, ipsius gratiæ in boreali & occidentali Islandiæ qvadrantibus Nomophylax, Finnbogus Jonæ, Teitus Thorleifi, Biörnus Gudnii, Biörnus Thorleifi, Grimus Pauli, Thorleifus Grimi, Thorleifus Pauli, Thorstenus Finnbogi, Sigurdus Finnbogi, Sturla Thordi, Arnor Finni, Gudmundus Andreæ, Thorleifus Gudmundi, Arius Andreæ, Sigurdus Davidis, Sigurdus Narfæ, Thomas Jonæ, Thorolfus Ögmundi, Narfas Jonæ, Eivindus Gudmundi, Thomas Oddi, Asmundus Asmundi, Illustrissimi & Gratiosissimi nostri Regis homines jurati, Qvæstores & Assessores Judiciarii inter amnem Hrita in tractu Borgar-

itar oc Lögrettumenn í millum Hvítár í Borgarfirde oc Helkundaheidar hver í sinne tegund oc tilsettu vallde oc nafnbót. Vær vilium ydur kúnnugt giöra serhverium oc ollum innelegum almúga, Lögrettumönnum, oc Skattbændum sem eru í Húnavatnsþinge hverier svo heita: Jón Olafsson, Brandur Olafsson, Gudmundur Indridason, Ornólfur Steinsson, Sigurdur Ivarsson, oc Ivar Brandsson; þar med úr Hegranessþinge sem svo heita: Jón Þórgeirsson, Grímur Jónsson, Einar Einarsson, Gudmundur Þórleifsson, Halldór Jónsson, Hákon Hallsson, Halldór Sigurdsson, Þórarinn Jónsson; svo oc úr Vodlu þinge oc Þingeyarþinge oc nú eru hier ecke í þessare vorre settre samkomu, oc ollum ödrum Lögrettumönnum sem míns herra Kóngsens trúer viner vilia vera, oc hans þetta fátækt forstödulaust skattland, vort frelse siálfra, oc alls vors afsprengis, vilia stydia oc styrkia undan því ánaudaroke, sem yfer oss er komid oc álagt af kirkiunnarvalldi. Vær vilium ydur kunnigt giora ad vær hofum yfersied oc understaded, samanjafnad, oc sannann skilning yferbored, sumer af raun reyndre, oc framkomnu verke, oc þann stóra skada fiártióna, fiármissu oc fastra eigna oc annars ósvarlegs ágángs oc ofbelldis er almúge alls þessa umdæmis fær af biskupum, prestum, klerkum, oc þeirra medfylgiurum eru fyrir orüner, sumer af hardligum hótum oc heitum um sagning-

---

Borgarfiord, & tesqva Helkundiana in suo qvisqvis foro, data potestate & officio, salutem suam cum divina mittunt; Notum vobis facere volumus & manifestum, omnibus & singulis plebejis nimirum Viris, Pedariis & Colonis tributariis intra Toparchiam Hunavatnensem, qvorum hæc sunt nomina: Jonas Olafi, Brandus Olafi, Gudmundus Indridæ, Örnolfus Stenonis, Sigurdus Ivaris & Ivarus Brandi, itemqve intra Toparchiam Hegranesensem, qvorum hæc nomina: Jonas Thorgeiri, Grimus Jonæ, Einar Einaris, Gudmundus Thorleifi, Haldorus Jonæ, Hacon Halli, Halldorus Sigurdi, Thorarinus Jonæ; Nec non ex Vadlensi & Thingeyensi Toparchiis, qvi conventui huic nostro non intersunt, cæterisqve Assessoribus Judiciariis, qvi Domino nostro Regi fideles amici futuri, hance illius pauperem auxiliiqve expertem provinciam, nostramqve & omnis prosapiæ nostræ libertatem, adversus miserandum illud servitutis jugum, ab imperio Ecclesiæ nobis impositum, adjumento suo sublevare volunt; Vobis notum facere volumus, qvod nos vidimus, percepimus, comparavimus & intellectu consecuti sumus, nonnulli etiam probata experientia & ipso facto magnam illam rerum, tam mobilium, qvam immobilium, & fundorum jacturam, qvam per vim & enormem violentiam plebecula universi hujus districtus ab Episcopis, sacerdotibus, Clericis & eorum comitibus patitur, nonnulli gravibus verborum minis, pleriqve vero illata sibi aperta violentia, cum diutina injuria & infestatione,

sagninganna, enn flester med framkomnu ofbelldis verki þeirra rángs oc lángs ágángs, sem forbods útsetningar af heilagre kirkiu oc skriftarmála oc þiónustutekiu graftar heilags legstadar, synian allrar slíkrar þiónustu, hvad líted sem tilber; hier med banns áfelle ef nockur syniar þeim þess er þeir beidast, oc bönnun samneytis alls kristins fólks, kúgader med þessu áfelle oc ágánge frá sínum gördum, gripum oc gángandi fe, rekner sídan í armód, eymd oc útlegd oc þeirra affspreinge móte lögum oc tilsettum Guds rette. Oc enn er þad vor vílie oc samþykt allra her samankominna manna, med fullkomnu sambande oc lófatake, ad vier vilium hafa oc hallda svarinn oc saminn sáttmála, sem gior var í millum Krúnunnar í Norege oc kirkiunnar oc Klerkanna um oll þau mál sem þá var ásættst tilgreind oc sundurskilin, ad hvad fyrir hverium skyllde sækiast oc dæmast Kongsvallde edur Kirkiunnar, oc hier greiner sem ollum er kunnigt ad giordest á millum andligra hluta, oc ríkisins Ráds í Túnsbergi, sem til heilagrar kirkiu umdæmis heirer, svo sem er um tíundargiorder med ráde oc samþykt ágiæts herra Magnúsar Kóngs, oc virduligs herra Jóns Erkibiskups oc annara biskupa, baróna Ríkisins oc Kórsbrædra, oc annara gódra manna er þá vóru í nánd, oc skipad um allt Noregs ríke, ad oll þessi mál skulu friálsliga dæmast hiedan af oc skipast af biskupunum oc þeirra umbodsmönnum, þau sem hier fylgia; Um oll klerkamál þau er þeir þræta sín á millum, um hiúskap, oc hversu

---

festatione, ex. gr. interdictione & exclusione a Sancta Ecclesia & peccatorum confessione, sacramenti receptione, sacræ sepulturæ, & id genus omnis ministerii, denegatione, qvantulumcunqve qvis deliqverit. His accedit excommunicatio, siqvis postulatis eorum non concesserit, & interdictio a Communione totius cætus Christiani: Qva damnatione & injuria plurimi prædia sua & pecora deserere coguntur, contra leges & constitutum jus divinum, in extremam paupertatem & exilium expulsi. Hinc nos omnes hic congregati unanimi consensu & voluntate, solenniqve applausu statuimus atqve decrevimus, transactionem illam inter Regnum Norvegicum, nec non Ecclesiam & Clericos, Tunsbergi peractam, ratam & inviolatam habitum iri, de omnibus causis distinctis & denominatis, qvæ coram Regia Potestate & Ecclesia agi & dijudicari deberent, veluti de decimationibus, ex consulto & constitutione Illustris Domini Regis Magni, & Reverendi Domini Jonæ Archiepiscopi, Regni Baronum, Canonicorum & cæterorum proborum virorum ibidem præsentium atqve decernentium, ut per totum Regnum Norvegicum ab Episcopis & eorum Vicariis de causis seqventibus libere judicaretur: De mutuis Clericorum litibus omnibus, de conjugio,

hverſu logliga hvor er getinn, um kirkiufrelſi, um tíunder, um heit oll, um ſkipaner þær ſem menn giora á ſídurſtu dögum ſínum ſkynſamliga oc gefa Gudi fyrir ſálu ſinni, um pílagríma ſem vitia Stadar hins heilaga Olafs Kóngs oc annara heilagra ſtada; ſvo hid ſama um eigner kirkna bannsverk, oc meinſære, um okur, oc þar ſellder oc keypter verda andliger hluter, um villur oc vantrú, frillulífe, hórdóma oc frændſemisſpell, um rán oc ſtulld úr heilagre kirkiu, oc oll önnur mál þvílík, þau ſem kirkiunnarrette tilheyra, ſkulu þeſſe mál ſem nú eru upptalin fara epter því ſem *ſáttarbreſid* vottar, oc *Lögbokin* dæmer, oc ſkulu ſækiaſt fyrir kirkiunnar dómara, oc ei ſkiótaſt under leikmanna dóm. Item ſeger ſvo í *Rettarbot Hákonar Kóngs* ad um öll jardabrigde oc garda ſkuli kiæraſt fyrir Sýſlumanne oc Lögmanne hvert ſem kiæra eiga lærder edur leiker, oc giöra þar rett af. Item ſkal oc ollum mönnum viturligt vera hvad *Rettarbót Kóngs Chriſtierns* innehelldur oſs til ſtirkingar, ſem hier epter ſtendur:

" Vier Chriſtiern med Guds nád Danmarks, Noregs, Vendis oc " Gottes Konúngur, Greife í Oldenborg oc Delmenhorſt, ſender ollum " vorum elſkuligum almúga oc underſátum ſem byggia oc búa í Nor" egs ríke kvediu Guds oc ſína. Kiære almúge oc viner! Vær höfum " underſtadid af Rádi voru oc ödrum gódum mönnum þá ſtóru miſſem" iu

---

conjugio, qvo qvis legitime natus eſt, de eccleſiæ libertate, de decimatione, de votis omnibus & teſtamentis, qvæ qvis morti vicinus Deo pro anima ſua prudenter nuncupaverit, de Peregrinis, qvi ſepulchrum Sancti Olafi Regis, aut alia loca ſancta inviſerint; Itidem de peculiis Templorum, criminibus Excommunicatione puniendis, Pejurio, nimia Fæneratione, de rebus Spiritualibus vendendis aut emendis, de Hæreſi & incredulitate, de Scortatione & Adulteriis & Violata affinitate, Sacrilegio & cæteris ejusmodi cauſis ad jus Eccleſiaſticum ſpectantibus, qvæ juxta memoratus *Transactionis* literas, Laicorum judicio nec ſubmittendæ ſunt, nec diſcernendæ. Agit præterea Edictum Haconis Regis de jure retractus prædiorum, coram Toparcha vel Nomophylace tam a Laicis, qvam Clericis proſeqvendo; Conſtabit etiam omnibus, qvod Conſtitutio Regis Chriſtierni contineat, qvæ noſtro huic aſſerto ſtabiliendo inſerviens, ita ſonat:

Nos Chriſtiernus Dei gratia Norvegiæ, Vandalorum Gothorumqve Rex, Comes Oldenburgi & Delmenhorſli univerſis civibus & ſubditis, qvi Regnum Norvegicum incolunt, Divinam, cum noſtra, ſalutem mittimus. Dilecti cives & amici, qvandoqvidem

" iu oc underdrag oc óſkiallſigan giörning, ſem hier til í voru Ríke
" Noreg oc odrum, vorum ſkattlöndum vered hefur, oc nú af því vier
" vilium giöra ſem vor ſkyllda tilber ad ſtirkia oc hallda alla ydur vora
" underſáta ſem í rettre lagahlýdne eru vid oſs, oc ſierliga mætte
" afleggiaſt oc nidurſetiaſt oll ólög oc óſkiallig regimenta. oc ſkadligar
" óſidveniur, oc þeſshelldur mætte blífa ein ſtödug eindrægne í Ríkinu,
" oc því hofum vier einkannliga ſvo yfer eins ordid med vort elſkuliga
" Ríkis Rád ſem hiá oſs var í Biörgvin ad heilog kirkia ſkal fyrſt friálſ-
" liga nióta tíundar oc þeirrar rentu, ſvo oc allt þad hún hefur med
" rettu, eiga óſkierdt, hvad ſem hier til hefur verid. Svo vilium vær
" oc fyrirbiódum ad Biſkupar oc Prófaſtar oc þeirra umbodsmenn edur
" nockur af þeim dirfeſt ad ſækia þegna vora oc underſáta framarmeir
" enn ſvo ſem forn kriſtinn rettur vottar, riettum Prófaſte oc ſektum
" tilſettum ſvo ad þeir ſieu Prófaſtar ſem gomul lög votta. Svo vilium
" vier oc biódum ollum vorum Fóvitum oc þeirra umbodsmönnum oc
" ármönnnum bæde í andligu valdi oc veralldligu, ad þeir ſkule ei
" þrúga eda med nockurum vielum koma á vorn almúga, ſem er ſem-
" iur edur ſakeyrer, framarmeir enn ſvo ſem *kriſtinn rettur* oc *Lögbókin*
" vottar. Somuleidis ſtefneſt oc ſækeſt þó med vægd oc miſkunn þar
" ſem þad tilheyrer."

Nú

---

dem a Senatu noſtro & aliis probis Viris percepimus magnas illas diſcordias, illegitima Acta, & pravas Conſvetudines, quæ in Regno noſtro Norvegico & ſubjectis provinciis hactenus invaluere; pro officii noſtri ratione vos omnes ſubditos noſtros, qui juſtum & legitimum obſeqvium Nobis exhibetis, juvare volumus, eoqve præſertim reſpicere, ut tollantur & abrogentur illegitima regimina, dislegalitas omnis & noxiæ conſvetudines, eoqve magis firma concordia in Regno ſtabiliatur. Præcipue igitur communi, cum dilecto nobis Senatu Bergis ſimul coacto, conſenſu, decrevimus, ut Sancta Eccleſia primum decimis earumqve uſufructu libere fruatur, omnibus privilegiis, quæ huc usqve habuit, inviolatis. Sic etiam probibere placuit, ne Epiſcopi, Præpoſiti, vel eorum Vicarii, vel ex Clero qvisqvam, ſubditos noſtros & cives ultra Juris Canonici præſcriptum vexare ſuſtineant; Præpoſitis & mulctis ad legis antiqvæ normam rite conſtitutis. Itidem probibemus vetamusqve omnes noſtros Qvæſtores eorumqve Vicarios & Procuratores, tum Eccleſiaſtici qvam Politici ordinis, ne plebem noſtram mulctas aut onera qvædam, vel vi vel doloſa perſvaſione ſubire cogant, præterqvam qvæ jure Canonico & Codice legum præſcribuntur. Civibus vero re ita poſcente, in jus vocatis mitis tamen & lenis actio intendatur.

Jamqve

Nú góder menn ydur er ollum kunnigt ad hier hafa nú verid upplesin landsins lög oc Rettarbætur Kónganna, oc sáttmálar oc sundurgreining oc samþycking Erkibiskupanna oc Lýdbiskupanna, eige sídur leyfe Legatanna af Páfanum útgefed, hvad hverium tilheyrer oss oc kirkiunnar Formanne, hofum vier nú ad einu samþycker ordid aller greinder menn sem hier nu eru samankomner Svo bidium vær ydur almenniligan almúga, ad vier skilium frá oss ollum þau málaferle, sem heilagri kirkiu tilheyra, ad bívara oss í aungan máta þar med, enn hofum oc holldum fastliga þá hlute sem oss hafa játader verid af kóngdóminum, oc láta þad hvergi dragast, hvert sem biskupar edur prófastar leggia á oss bann eda forbod, hafa þad ad óngvu, nema opinber bannsverk falle á nockurn, þá styrkium hann oc eggium til yferbótar vid Gud. Enn ef leikmenn styrkia edur stydia presta til ágángs uppá Kongsins þegna, þá skulu þeir oc allt þeirra underfólk öngann riett taka, oc seker þrettán morkum oc átta ortigum fyrir hvert þad fylge oc styrk sem þeir veita þeim Enn allt þad fólk sem biskupunum oc prestunum þióna oc búa a þeirra jördum, þá greide sína landskulld, enn þióne þeim ei framar med styrk á móte valldsmönnum, utan þeir gánge þá frá þeim, þegar þeir heyra þessa samþykt, utan þeir giallde sem fyrr seger, utan

 minn

Jamqve vobis boni Viri probe constat, legem Civilem, Rogationes Regum, convenientias, distinctionesqve causarum & contractus tam Archiepiscoporum, qvam cæterorum Episcoporum, non minus qvam Legatorum Pontificia authoritatis privilegia hic esse publicata, unde patet, qvæ ad nos & Ecclesiæ Antistitem pertineant, in qvæ singula hic congregati prædicti viri consensimus. Vos itaqve universam Plebem rogamus, ut ab omnibus, qvæ ad Sanctam Ecclesiam pertinent, causis nos sejungamus, nullo pacto iisdem nos immiscentes, ea vero, qvæ Regia nobis spospondit Majestas, firmiter retineamus, nulla in re cedentes, nec anathematum aut proscriptionis Ecclesiasticæ, sive ab Episcopo sive Præposito denuntiatæ, ullam habentes rationem, nisi qvis manifestis sceleribus excommunicationis pœnam promeruerit, tum eundem, ut ad Deum per veram pœnitentiam se convertat, adjuvemus & exhortemur. Qvodsi Laici Sacerdotibus ad impetendos Regis subditos, operam suam commodaverint, ipsi cum universa domesticorum turba, iure suo exciduntο, & pro præstito singulis vicibus auxilio 13 marcis cum 8 ortugis mulctantor; Coloni vero omnes qvi Episcoporum & Sacerdotum potestati subjecti, ipsorum incolunt prædia, annuas fundorum mercedes solvunto, nec ullam præterea contra Regios magistratus operam aut auxilium illis præstanto; Sed audita hac nostra Constitutione se statim ab illis sejungunto, nisi prædictam mulctam solvere velint, aut Dominus noster Rex majorem

minn herra Kónguriinn vilie meire ſtirk áleggia. Svo ad þeir ſem hlaupa under valld Biſkupa oc Preſta, edur annara lærdra manna, oc ſelia þeim þær jarder edur leigia ad þeim, er ákiærdar eru oc brigd er áborin epter lögum, oc menn ſýna ſkial fyrir, halldeſt ad ongu, enn hiner riettſókter epter landslögum ſem ábúa edur burtſelia. Svo oc um beit oc áverka oc ſneytſlu á kirkiueignum, bæteſt med landnáme oc áverkabót ſem *Lögbók* vottar lærdum mönnum, enn hverke med banne, nie forbodum, edur útſetningu Heilagrar kirkiu, enn ef ödruvíſe er giort, halldeſt ad ongu framar enn lög votta, oc fyrr er ſkrifad; oc þeir preſtar oc lærder menn ſem framar gánga á leikmennena oc almúgann enn landslög ſtanda til, þá dirfeſt enginn leikmadur ad vinna fyrir þeim, hverki kona nie karl, únger nie gamler; enn hver ſem þad giörer hier epter ad upplesinne þeſſare vorre ſamþykt, oc Kónganna Rettarbætur ſkipa, þá ſieu riettfángader utan gridaſtada af ſýſlumönnum oc bændum, oc ſkipteſt í þiónuſtu med þeim ſem míns herra Kóngſins riett ſtydia, oc falle riettlauſer hvar ſem þeim er misboded, þar til þeir gánga frá þeim, utan hiner vilie betra ſig. Enn þeir menn ſem nú gánga í þeſſa vora ſamþykt oc lagaſtirking, oc vilia ſídan gánga frá, oc ſkiliaſt

---

majorem iis injunxerit operam. Ita etiam illi, qvi Epiſcoporum, Sacerdotum, aut aliorum Clericorum poteſtati & imperio ſua ſponte ſe ſubmittentes, fundos ab aliis legitimo retractus jure, & ex inſtrumentis demonſtrabili, ſibi vindicari cœptos vendiderint, aut incolendos ab iis conduxerint, eorundem contractus pro nihilo habentor. Qvi autem prædictos fundos incoluerint aut abalienaverint, ex juris Civilis præſcripto rei peragantur. Porro qvi in paſcua fundorum Eccleſiaſticorum ſua agunt pecora, aut ex ipſis fundis aliqvem ſibi uſumfructum vindicant, & detrimentum illis adferunt, Clericis, prout Legum Codex præſcribit, pro terræ læſione damnum reſtituunto, non vero anathematis, interdictionis, aut proſcriptionis Eccleſiaſticæ pœnam propterea ſubeunto. Qvod ſi ſecus factum fuerit, præterqvam Leges definiunt, præſcriptumqve eſt, pro nihilo habetor. Illis autem Sacerdotibus & Clericis, qvi ultra legis Civilis tenorem aut ſententiam Laicis & plebem vexare conantur, nemo cujuscunqve ſexus aut ætatis fuerit, operam navare ſuſtineto. Qvi vero recitata hac noſtra conſtitutione contra Regum Rogationes tale qvid poſthac fecerint, a Regiis Toparchiarum Præfectis, Coloniſqve ubicunqve, extra aſyla, capiuntor, illorumqve ſervitio, qvi Domini noſtri Regis jus ſtabiliunt, æqva partitione addicuntor; Ubicunqve autem infeſtati aut læſi fuerint, jure ſuo excidunto, donec ab hujusmodi Sacerdotibus ſe ſeparaverint, vitam & mores emendantes. Qvi vero huic noſtræ Conſtitutioni & legum firmationi jam accedit, ab eadem poſtea ut & concordi noſtro

aſt vid þetta vort ſamhellde, annadhvert fyrir ótta, álögur lærdómſins, edur adrar fortölur oc illvilia, þá ſie ſá ſekur þrettán mörkum, oc útlægur, oc take öngann rett, oc engin mál ſæke hann, oc under ſomu grein oc ſkilyrde ſie um þá ſem ei vilia hylla oc ſamþickia med oſs þeſſa vora ſamþykt. Enn hvor ſá madur, ríkur eda fátækur, ſem verdur fyrer nockurum ſóknum órettiligum edur ágange af kirkiunnar Formönnum, ſem í þeſſum ſamtökum hafa vered edur eru med oſs, þá ſkulum vier aller greinder menn, hvor ſem til er kvaddur, hiálpa hönum oc ſtirkia.

Litr. E.

(e) Uier Stefan med Gudz nad Biſkup í Skalhollti. Augmund med ſamre nad Abóti í Videy. Þoruardr Iuarsſon Officialis Þordr Gudmundzſon Einar Snorraſon. Helgi Jonsſon ok Jon Einarsſon preſtar Skálholltz biſkupsdæmis ſendum kvediu Gudz ok uora. Kunnigt giorande ad ſub anno gracie M.D.XV ár á almenniligu Oxarárþinge vorum uid ſtadder oc tilkallader ad þeſſer menn aller geingu aller til eins handabandz. Vigfus Bondi Erlendzſon ok hans ſyſter huſtrú Holmfridur af einne álfu. En Grímr bóndi Pálsſon ok Þórleifur bondi ſonur hans

 af

ſtro incepto, vel metu, vel coactione cleri, vel aliis perſvaſionibus, aut malitia adductus, receſſerit, 13 marcis, ſimulqve exilii pœna multator; jus ſuum nunqvam obtineto, nec ullam agito cauſam. Qvæ etiam de illis pariter dicta ſunto, qvi hanc noſtram Conſtitutionem nobiscum approbare recuſaverint. Cæterum qvicunqve eadem nobiscum ſenſerit, cujuscunqve conditionis fuerit, eundem ſi ab Eccleſiæ Antiſtitibus injuſta aliqva actione aut inſectatione fuerit infeſtatus, omni ope adjuvabimus &c.

(e) Nos Stephanus Dei gratia Epiſcopus Skalholtenſis, Augmundus eadem gratia Abbas Videyenſis, Thorvardus Ivari Officialis, Thordus Gudmundi, Einar Snorronis, Helgius Jonæ & Jonas Einari ſacerdotes diœceſeos Skalholtenſis ſalutem Dei & noſtram mittimus, notum facientes, qvod ſub anno gratiæ 1515 in generalibus Comitiis Öxaraaënſibus advocati præſentes eramus cum ſeqventes viri omnes ſimul datis dextris contractum inirent, Dominus Vigfus Erlandi filius, ejusqve ſoror Domina Holmfrida ab una parte, ab altera autem Dominus Grimus Pauli filius, ſuusqve filius Dominus Thorleifus, tali cum præloqvio & pacto promulgato, ut prædicti viri perfectam

af annare ad ſuo fyrer ſkildu oc undertolado ad þeſſer fyrrſkrifader bændr ſættuzt fullum ſáttum um alla þá hluti ſem þá hafdi ágreint oc í milli borit þar til. ſuo ſem uæri um hugmód heimſokner fiár upptekter gripdeilder ad ollu tilſkildu greindu en aungu fráſkilldu ok ſerliga um rettarbott Hákonar kóngs ſem þeim hafdi meſt á millum borid. Skildi adr ſkrifadr Vigfus eignaz æuenliga ok ad ſier taka þeſſır Eingey ok Laugarnes Setberg Galmatiorn ok Kirkiuhofn. En Hólmfridr ſyſter hanns æuenliga eignaz ok ad ſier taka jordena Sandgerdi er ligg' á Roſthualaneſi í Hvalsnes kirkiuſókn. En Grímr Bóndi ok ſonur hans Þórleifur átolulauſt alla peninga fyrir nordan ſem uppá rettarbótina horfa ok þar med Kirkiuuog í Hofnum Anarhollt ok aofuſkeldu á Kialarneſi. Skylldu þeir hier med alſáttum ſátter. Ok til ſannenda hier um ſeſtum vier vor Innſigli fyrir þetta ſættargiordarbrief.

Litr. F.

(f) Vier Stephan med Guds nád Biſkup í Skálhollte giorum gódum mönnum kunnigt med þeſſu voru opnu brefe, ad vier hofum leyſt Jón Sigmundsſon ſem kalladur hefur verid Lögmadur, af þeim misferlum ſem hann hefur ífallid í Skálholltsbiſkupsdæme í útnefningu dóma oc urſkurda rángra oc ſamþyktum þeim ſem hann hefur giort móte kirkiunnar

---

factam agnoſcerent reconciliationem qvoad omnes cauſas inter eos eo uſqve diſceptatas, ſive fuerint ſimultates, vis violenta, direptio bonorum, rapinæ, qvocunqve tandem nomine ſine ulla exceptione venerint, ſpecialiter autem qvoad Edictum Regis Haconis qvæ maxima inter ipſos diffidii cauſa fuerat. Prædictus præterea Vigfus villas Eingey, Laugarneſum, Setbergum, Galmarstiörnam & Kyrkiuhöfnam, ſoror autem ejus Holmfrida prædium Sandgerdum in Roſthvalaneſo parœciæ Hvalsneſenſis ſitum, in poſſeſſionem perpetuam acciperent. Dominus autem Grimus ejusqve filius Thorleifus omnia bona in parte boreali ſita, ut & Kyrkiuvogum in Höfnis, Anarholtum, & Ofuſkeldam in Kialarneſo ex tenore Edicti libere retinerent. Qvo pacto reconciliatio eorum perfecta declarabatur. In qvorum teſtimonium nos ſigilla noſtra literis transactionis appendimus.

(f) Nos Stephanus Dei gratia, Epiſcopus Skalholtinus, bonis omnibus notum facimus Nos Jonam Sigismundi, qvi Nomophylax appellatur, omni abſolviſſe reatu, qvem ſibi intra diœceſin Skalholtinam, injuſta judicia & ſententias ferendo, itemqve concluſa

kirkiunnar frelse, oc klerkanna, oc þeirra þiónustumanna hvörn veg sem þad hefur helst tilkomed, med því skilorde ad hann sór fyrir oss svofelldann bókareid sem her epter skrifadur stendur:

" Eg Jón Sigmundsson legg til þess hönd a helga bók, oc svo
" skýt eg mínu måle til Guds, ad eg skal giöra bót oc betran vid Gud
" oc Heilaga kirkiu fyrer öll þau misferle sem ec hefe í fallid í Skál-
" hollts biskupsdæme svo lenge sem biskup Stephan hefur átt ad regera,
" í útnefningum dóma, úrskurdum oc samþyktum ad eg hefe giört í
" móti lögum oc rette oc Privilegiis Heilagrar kirkiu oc hennar klerka
" oc þiónustumanna. Svo ad eg medkennist ad eg hefi giort oc giora
" látid ránga dóma oc úrskudi í millum Biarnar Þorleifssonar oc Biarnar
" Gudnasonar í arftöku epter Þórleif heitinn Biörnsson, oc þá skal ec
" apturtaka reyngia oc ónýta giöra þad sem mer er framast mögulegt
" af stad ad koma. Her med skal ec giöra alla þá bót oc betran vid
" Gud oc Heilaga kirkiu sem Biskupinn vill mer tilsegia edur segia
" láta. Svo oc skal ec hedan í frá hiálpa oc styrkia í ollum hlutum
" Heilagrar kirkiu rett oc klerkanna ad ófköddudum jafnan míns Herra
" Kóngsins rette epter lugum, Oc ad svo stöfudum eidc sie mier gud
" hollur sem ec satt sege, enn gramur ef ec lýg. "

Vitnes-

---

clusa contra Ecclesiæ, Sacerdotum, eorum ministrorum Privilegia qvocunqve modo adornando, contraxit, sub suffixi, qvod nobis præstitit, juramenti conditione:

" Ego Jonas Sigismundi manum sacro codici imponens, coram Deo conte-
" stor me pœnitentiam Deo & Sanctæ Ecclesiæ qvorumvis delictorum, qvæ sedente
" Episcopo Stephano intra diœcesin Skalholtinam perpetravi, judicia, sententias, &
" conclusa, contra legum tenorem, Sanctæ Ecclesiæ jus ejusqve Sacerdotum & Mi-
" nistrorum Privilegia statuendo, acturum, ita & lubenter confiteor me injustas
" sententias dixisse & dicendas procurasse de controversia Biörno Thorlevio & Biörno
" Godvinio intercedente, nata de hæreditatis, qvam defunctus Thorleifus Biörno-
" nius reliqvit, accessione; polliceor itaqve me memoratum judicium revocaturum,
" & pro posse irritum facturum, præterea promitto me coram Deo & sacra curia,
" eam, qvam Præsul mihi imperaverit aut imperatam curaverit, pœnitentiam actu-
" rum, ita ut ab hoc tempore sacræ curiæ & Sacerdotum jus, integro interim ma-
" nente, juxta legum præscripta jure Regio, servavero. Tale præstanti jus juran-
" dum, *Deus, si vera loqvar, propitius, si vero mentior, iratus, esto!* "

Tale

Vitnesmenn ad þessum eidstaf oc öllum giörninge vóru. Bróder Augmundr Abóte í Videy med samre nád, Helge Jónsson, Jón Einarsson, Eyúlfur Þórdarson, prestar, Jón Þórdarson, Brandur Einarsson, svarner Lögrettumenn oc marger ádrer góder menn bæde lærder oc leiker.

Litr. G.

Ericus Valckendorf Dei gratia Archiepiscopus Nidrosiensis, nec non Apostolicæ sedis Legatus, Magnus Hammarenus eadem gratia Episcopus notum facimus per presentes nos anno Domini MDXIIII Dominica infra octavam Sancti Laurentii martyris vidisse legisse & sane intellexisse qvasdam literas reverendo patri & Domino, Domino Andreæ Episcopo Asloënsi a sanctissimo Domino nostro Domino Leone Papa decimo destinatas super denario Sancti Petri levando, qvarum tenor talis est ut infra.

Leo Papa decimus venerabili fratri Andreæ Episcopo Asloënsi collectori nostro Id. Sadoletus venerabilis frater salutem, & apostolicam benedictionem. Qvoniam, sicut nuper accepimus, denarium Sancti Petri tam in Norvegiæ & Sveciæ regnis qvam Islandiæ & Ferdenum aliisqve dictorùm regnorum insulis a multis annis citra restant exigendi. Idcirco nos confisi de intelligentia & integritate fraternitatis tuæ nec non fidei & devotionis sinceritate qvam ad nos & hanc sanctam apostolicam geris sedem. Te nostrumqve & Apostolicæ sedis Collectorem dicti denarii sancti Petri in regnis & insulis prædictis ad bene placitum nostrum & dictæ sedis inchoandum cum primum Te illuc contuleris tenore presentium facimus, constituimus & deputamus. Concedentes tibi etiam horum serie plenam & liberam facultatem & potestatem qvoscunqve habentes & tenentes dictos denarios Sancti Petri & illos adhuc solvere debentes, etiam per edictum publicum monendi & citandi, ac non solventes excommunicandos declarandi, ac contra eosdem, etiam

---

Tale jus jurandum & Acta testantur Frater Ögmundus eadem gratia Abbas Videyensis, Helgo Jonæ, Jonas Einari, Ejolfus Theodori, Sacerdotes; Jonas Theodori, Brandus Einari, Jurati Pedarii, & multi alii viri discreti, tam Clerici, qvam Laïci.

etiam si episcopali, archiepiscopali, aut alia majore præfulgeant dignitate, ad censuras ecclesiasticas procedendi, nec non omnia alia & singula, ad id necessaria & oportuna faciendi, gerendi & exeqvendi, qvod similiter collectores de jure vel consvetudine facere potuerunt, seu etiam debuerunt, cum potestate etiam subdeputandi alios subcollectores & nuncios cum simili aut limitata potestate, eosqve qvotiens tibi videbitur, revocandi. Hortantes omnes & singulos archiepiscopos, episcopos, abbates & alios ecclesiarum prælatos, ut te ac subcollectores & nuncios tuos pro tua erga nos devotione & observantia ad dictum collectoriæ officium, illiusqve liberum exercitium promte recipiant & admittant, tibiqve & illis pro executione dictorum denariorum faveant & assistant. Et si qvid ex dictis denariis apud se habeant, tibi libere tradant & consignent, & qvantum in eis fuerit ab aliis illorum debitoribus tradi & consignari faciant, recepta a nobis idonea qvitantia. Qvas qvidem pecunias per Te & subcollectores tuos prædictos, colligendas & exigendas volumus, ut in civitate Lubecensi in bancho mensalium mercatorum fucarorum deponere debeas, qvi illas per eosdem mercatores hic in urbe nobis, & cameræ apostolicæ solvi faciant: in contrarium facientibus non obstantibus qvibuscunqve. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die II. Januarii MDXIIII. pontificatus nostri anno primo. In cujus rei fidem & testimonium secretum nostrum præsentibus duximus appendendum. Datum Asloiæ X. calend. August. anno & die ut supra.

(L. S.)

CAP. X.

De Ogmundo Pauli filio.

§. I.

Ogmundus Pauli filius Catholicorum, qvi Skalholti sederunt, Episcoporum ultimus, natione fuit Islandus, patrem habens Paulum Gudmundi, matrem Margretam Ogmundi filiam, avunculum vero Thorolfum

ſum cognomento *Biſkup*, qvi Biorno Godvini & Jonæ Sigismundi contra Stephanum conſtanter adhæſit, non habito reſpectu juris jurandi, qvo Stephano, anno 1508, una cum Biorno, obedientiam promiſerat. Ogmundus in adoleſcentia tam domi qvam foris in Anglia & Belgio literis aliqvam navavit operam, ſed ſenior factus arti nauticæ ſe dedit, qva non ſolum commerciorum & exoticarum gentium cognitionem, ſed tandem etiam onerariæ Skalholtenſis Cathedræ navis præfecturam ſibi acqviſivit, eandem enim Presbyter factus, & ſacerdotio Breidabolſtadenſi ornatus, non depoſuit; Nam ſi literarum expers fuiſſet, ut qvidam volunt, ſub Stephano viro docto & doctorum promotore, nec opulentiſſimum illud ſacerdotium, nec deinceps ſplendidiſſimam illam Abbatiam Videyenſem, tandemqve Skalholtenſem Epiſcopatum adeptus eſſet; Inter doctos tamen eum numerare, aut ſingularem eruditionem ei adſcribere, haudqvaqvam ſuſtinemus.

§. 2.

Sacerdotali officio initiatum 1499 vel etiam prius, & tum temporis ad Paſtoratum cathedræ Skalholtenſis evectum fuiſſe, teſtantur literæ Thorlaco Gunnari datæ. Breidabolſtadenſe ſacerdotium nactum eſſe anno 1504 vel etiam antea, teſtantur literæ Stephani eodem anno datæ, qvibus illi permittitur ab unoqvoqve diœceſeos Skalholtenſis Paſtore abſolutionem accipere, qvoqvo tempore ipſi placeat aut neceſſitas urgeat, ne impedimento ſit ejus officio, ſimulqve cathedræ Skalholtinæ Navarchum fuiſſe, probabile reddunt literæ, hoc anno Dominica poſt Feſtum Sancti Olai datæ, in qvibus cum Magno Magni filio contractum init, liberum ipſi in Norvegiam ſecum tranſitum, gratuitum dum ibidem commoratur convictum, & reditum deniqve in Islandiam promittit, in cujus hoſpitalitatis redhoſtimentum Magnus ei prædium Ey (inſulam) in tribu Breidabolſtadenſi ſitam, emancipat. Circa hæc tempora, ut qvidam volunt, anno 1509, accidit, ut Præfecti Regi vicarius, qvi Beſſaſtadis reſidebat, prope Breidabolſtadum iter faciens, in Ogmundi famulos incideret, inter qvos ex jurgio ad manus venit, adeo ut Ogmundiani fuſi fugatiqve domum tenderent, Regii vero victoria læti & exſultantes perſeqverentur, ſed Ogmundianis ad incitas redactis, neceſſitas & herilis domicilii præſidium vires animumqve auxit, ut hoſtes

ctes non tantum fugarent, sed multos sauciarent, duos vero penitus occiderent, qvorum cædes ipsaqve seditio Ogmundo a Regiis imputabatur, qvi ipsius famam ut homicidæ & seditiosi apud Regem denigrabant, sed immerito, nam omnino insons erat, & tam a causa qvam ipso crimine vacuus, omnia enim ipso inscio facta erant (a).

§. 3.

Anno 1515 ad Abbatis honorem evectum esse constat, nam in actis publicis ejusdem anni, mense Julio concinnatis ut Pastor Breidabolstadensis nominatur, sed in tabulis permutationis villæ Vadnes, datis eodem anno, festo Simeonis & Judæ, Abbas Videyensis salutatur, cum qvo Officialis munus inter fluvios Skaptaa & Botnsaa ab Episcopo sibi concreditum, conjunctum habuit, qvibus cum qvadriennio non sine laude & Præsulis approbatione præfuisset, eo enim tempore Cœnobio Videyensi prædia Vadnes, Vatnsleysam, Byaskier, Backam, Hvítarvallas aliaqve acqvisiverat, qvod tum temporis officii bene gesti optimum fuit documentum. primum ab ipso Stephano, anteqvam e vita excesserat, & deinde post ejus fata ab universo diœceseos Clero in Comitiis generalibus anni 1520 congregato, unanimiter Episcopus eligitur (b).

§. 4.

Anno 1520 Ordinationem & Archiepiscopi Confirmationem accepturus, iter Norvegicum ingreditur, sed maris & tempestatum inclementia diu jactatus, ad oras Gronlandicas defertur, unde non sine periculo

(a) De facto nulla est dubitatio, sed qvod anno 1509 sub Præfectura Erlandi Vigfusini acciderit, non possumus credere, cum illo enim Ögmundo nullæ unqvam intercesserunt inimicitiæ; Videtur itaqve ad tempora Sveni Thorlevi filii, Vigfusi successoris referendum. Scriptor qvidam anonymus, qvi anno 1593 scripsit, hunc appellat Olaum Scribam, Islandiæ Qvæstorem. Qvod Regiorum scopus tunc fuerit monasteria in Qvarta orientali occupare, vero est absonum. Vid. *Danske Magazin* 3 Bind, S. 339. Sed Historiam de anseribus marinis, vulgo *Margiæs*, qvibus Ogmundus ipso festo Paschatos data opera insidiari, eosve occidere, vetuit, qvod esset dies vitæ, sed non mortis; mox autem cum casu qvodam aut vaccæ lascivientis interventu, retibus implicati essent, capere permisit, ad annum 1508 refert *EGILLIDES* in *Vita Ögmundi.*

(b) *Danske Magazin* loc. cit. hæc & seqventia uno anno anticipat.

culo ſub hyemem in Islandiam revertitur, qva inibi exacta, anno 1521 mane æſtatis, aut qvam primum occaſio tulit, in Norvegiam transnavigavit, qvam ſuo privatam Archiepiſcopo invenit, nam Walckendorffius hac æſtate Hafniam tendens, in Belgium delatus fuerat, indeqve Romam profectus nunqvam deinde in Norvegiam venit (a). Qvo caſu haud mediocriter perculſum fuiſſe, probabile eſt, nam apud Chriſtianum II. Clero alias minus faventem, ut ſeditionis Breidabolſtadianæ, cædisqve Regiorum qvæ ibidem anno 1509 perpetrata fuerat, auctor & cauſa diffamatus fuit, ſed cum via ad metam perveniendi alia nulla pateret, qvam ejus implorare gratiam, hanc ingreditur, Hafniamqve proficiſcitur;

(a) Et fallitur & fallit *JONAS EGILLI* (qvem ſecutus eſt *JOH. OLAVIUS* in *Danſke Magazin* Tom. 3. pag. 339) ſcribens Ögmundum per Divickam Regis concubinam muneribus delinitam Regi conciliatum fuiſſe, nam illa anno 1517 vita exceſſit, matri itaqve ejus Sibrittæ, famoſiſſimæ illi Daniæ Pandoræ, omnia illa adſcribenda ſunt, qvæ ille Regis concubinæ hic tribuit. Nec ut puto firmiori nititur fundamento, qvod tradunt ſcriptores ad unum fere omnes, qvi aliqvid de Ögmundi peregrinatione literis mandarunt, qvod bona ſummorum virorum venia dictum eſſe volo, ſcilicet qvod ab Erico Walckendorffio Nidaroſienſi Archiepiſcopo anno 1522 ordinatus & Holanæ diœceſeos Inſpector conſtitutus fuerit; Nam Walckendorffius anno 1521 in Majo iter Hafniam inſtituens, tempeſtatum vi, amiſſo naulo, ſcapha & nauclero, in Belgium delatus fuit, ut ipſe in literis ad Senatum Danicum, datis Trajecti die Sancti Auguſtini Epiſcopi & Confeſſoris anno 1521 expreſſe profitetur, ex qvo nunqvam Nidaroſiam aut in Norvegiam venit: Ögmundus autem videtur ex Islandia ſolviſſe circa confinia menſium Maji & Junii eodem anno, & in Norvegiam veniſſe ſub initium Julii aut poſt, longe poſt Walckendorffii diſceſſum. Hinc etiam Clerus Holanus in literis Electionis Jonæ Arii, & aliis de Inſpectione diœceſeos Holanæ Ögmundo mandata, eodem anno datis, allegat tantum auctoritatem Capituli Nidaroſienſis, ſed Epiſcopi literarum nullam prorſus mentionem facit, ſiqvidem is tum temporis, ſeu a Menſe Majo anni 1521, ad annum 1523 in Norvegia nullus fuit. Et hæc, ut puto eſt propria vereqve cauſa itineris ab Ögmundo in Daniam ſuſcepti, nam ſi Archiepiſcopum in Norvegia reperiſſet, qvi ipſius electionem confirmare & conſecrationem impertiri potuiſſet, haudqvaqvam tantum itineris & impenſarum feciſſet ad conveniendum Regem, qvem ſibi ſcivit eſſe infenſiſſimum; Oportet itaqve Ögmundum ſine ullius Nidaroſienſis Archiepiſcopi confirmatione a ſolo Chriſtierno II. confirmatum & Skalholtenſem Epiſcopum conſtitutum, & ab Olao Bergenſi, aut Höſkulldo filio Höſkulldi, Stafangrenſi Epiſcopo, conſecratum fuiſſe, illi enim ipſe Ögmundus in literis ad eum datis Hanabergæ in Norvegia anno 1534 *pro humanitate & officiis, præſertim Bergis die conſecrationis, in ſe collatis*, magnas perſolvit gratias. Vid. infra §. 7. pag. 528.

ciſcitur; Sed anteqvam e Norvegia diſcederet, literas ad amicos qvosdam, a Navarcho qvodam, qvi nondum anchoras ſolverat, perferendas dedit, qvorum præcipui fuerunt, monaſteriorum Abbates, & Prior S ridenſis. In Daniam vero ubi pervenit, per famoſam illam Sibrittam, qvæ omnia apud Regem potuit, muneribus (ingenti ſcilicet auri ſumma, & duabus tubis ex dentibus canis marini affabre factis) ſibi devinctam, poſt qvam Regi ſupplex & proſtratus ſe ſuaqve omnia permiſerat, fidiſſimamqve in poſterum obedientiam jure jurando promiſerat, reconciliatus, Skalholtenſis Epiſcopus conſtituitur, indeqve per Norvegiam, ubi a Canonicis Nidaroſienſibus, Holanæ diœceſeos, qvoad proprium non haberet Epiſcopum, Inſpector factus, &, aut ab aliqvo Daniæ, aut etiam qvodam Norvegiæ Epiſcopo, Regis juſſu, inauguratus. Anno 1522, in patriam reverſus eſt.

§. 5.

In Islandiam reduci Ogmundo rerum adminiſtrationem ab Holanis ordiri viſum eſt, cujus diœceſeos a morte Gotſkalki, Epiſcopo orbæ, a Capitulo Nidaroſienſi conſtitutus, fuit Inſpector & Adminiſtrator; huic itaqve Jonam Einari filium, virum pium & doctum præficere allaboravit, qvod qvo facilius efficere poſſet, eodem ſtatim anno, antiqvos omnes Officiarios & præfectos ab officiis removit, ſed ex proprio lubitu, Abbatum & Cleri ingratiis, novos ſubſtituit, qvod cum Holanis maximopere diſpliceret, qvibus hoc etiam anno Capitulum Nidaroſienſe, qvemcunqve vellent, Epiſcopum eligere, poteſtatem fecerat, ne ſibi ſuisqve rebus deſidioſe deeſſent, inconſulto Ogmundo, Jonam Arii filium eligunt, datisqve ad Archiepiſopum, qvem jam in Norvegia eſſe credebant, & Capitulum Nidaroſienſe, literis, Ogmundum ejusqve adminiſtrationem, multis gravibusqve additis cauſis, omnino deteſtantur & recuſant, qvas perlaturus, ſimulqve Archiepiſcopalem confirmationem & conſecrationem adepturus, Jonas in Norvegiam anno 1523 tranſire inſtituit, ſed tempeſtatibus aliisqve incommodis impediti, nautæ in Islandia hyemare coacti ſunt, qvod audiens Ogmundus, plus ſimplici vice per legatos & literas Jonam ex Islandia excedere prohibuit, qvæ ille omnia par pari referens, aut aperte contemſit, aut variis artibus eluſit.

§. 6.

Ogmundus itaqve ira & minis plenus, armatorum cohorte stipatus, celerrimo itinere Jonam imprudentem oppressurus Holas tendit, hic vero de hostium adventu certior factus, extemporanea fuga, ad nautas gente Germanos, in portu Kolbeinsaarosensi hyemantes, ægre evasit, qvi paulo post a commeatu imparati, a qvo illos Ogmundus prohibuit, navem solverunt. Qvo facto, ne segni otio tempus tereret, Clerum Holanum convocat, prioriqve electioni renunciare, alteri vero, qva, præeunte ipsius auctoritate, Jonas Einari eligebatur, subscribere omnes adegit, duobus tantum, Nicolao Mælifellensi, tum temporis bonorum Cathedralium Dispensatore, & Thoma Erici, Pastore cathedrali exceptis, qvi nec vi nec precibus ad revocandum cogi potuerant. Hinc judició instituto, Jonam infamem & excommunicatum declaravit, Einaridemqve ad causam coram Archiepiscopo agendam ablegat, qvæ omnia, Aresonio causam obtinente, frustra fuerunt. Eo autem anno 1525 in patriam revertente, odia recruduerunt, eoqve processerunt, ut ex condicto uterqve Thingvallis anno 1526 Comitiorum tempore, Ogmundus 1300, Jonas vero 900 armatorum circumdati & ad confligendum parati comparerent, & sine dubio infestis concurrissent signis, ni Abbates aliisqve melioris notæ viri semet interposuissent, qvorum precibus ægre tandem datum est, ne universis viribus prælium iniretur; sed qvoniam neuter victus videri vellet, victus autem habebatur, qvi prælium detrectare visus fuisset, utriqve tandem placuit, ut duello res committeretur, ad qvod ex parte Ogmundi notissimæ virtutis vir Eysteinus Brandi filius; sed ex Aresonii parte Atlus qvidam, itidem vir fortissimus, eliguntur (a), qvi in utriusqve

---

(a) Videntur mitrata simul ac armata hæcce capita Romanorum & Albanorum exemplum magis imitari voluisse, qvi Horatiorum & Curatiorum virtuti rem controversam, qvænam gens alii imperare deberet, commiserunt, ut apud *LIVIUM & DIONYSIUM HALIC.* legere est, qvam exemplum & mandatum Salvatoris, *Matth.* 20. v. 26. Hujus Eysteini fortium factorum sæpius mentionem faciunt nostræ historiæ, qvalia sunt qvod 18 annos natus, Leonardum, Regium Præfectum & suum herum, reliqvis satellitibus diffluentibus, contra Torfium de Klofa ipsius persecutorem, tamdiu tantaqve virtute solus tutatus fuerit, ut Torfio re infecta abeundum fuisset, ni cum parte satellitum per posticum domus irrupisset. Hic etiam in incendio montis Heclæ, cum

qve exercitus conſpectu, ipſis Cal. Julii, in parva qvadam inſula, qvam efficit amnis Oxaraa, diu acriterqve pugnarunt, usqvedum Eyſteinus, diſſectis Atli tegumentis, enſem abjecit, lacertorumqve viribus fidens hoſtem corripuit, pronumqve humi ſtravit, qvod etſi Holanis maxime diſpliceret, a prælio tamen hac vice deſtitum eſt.

§. 7.

Poſtridie, qvi fuit dies Viſitationis Mariæ, templum Skalholtenſe, qva cauſa aut caſu, incertum eſt, totum cum univerſis ornamentis conflagravit, ſolo Thorlaci loculo & ingenti deaurata pretioſaqve tabula exceptis, qvæ non ſine miraculo incendium effugiſſe perhibentur, ad qvem nuntium Præſul ter animo defeciſſe fertur, tandemqve dixiſſe, qvemadmodum a teneris ad hunc usqve diem ſecunda uſus fuerit fortuna, ita poſthac adverſam experturum fore, qvod non omnino vaniloqvium fuiſſe videtur; ſed ſibi reſtitutus, mox ad ſeriarum rerum curam converſus, tabernam ſeu domunculam, qvæ prope templum Skalholtenſe ſita eſt, & de Sancto Thorlaco denominatur, refici ornariqve curavit, ita ut ibidem, qvoad templum reædificaretur, ſacris operari poſſet. Qvo facto, in templi reſtaurationem omnes animi corporisqve vires intendit, materiam undiqvaqve & omnibus modis conqvirens & emendicans, acqviſitamqve magno conatu & ſumtu advehens, adeo, ut anteqvam officio abiret, opus pæne ad umbilicum perductum eſſet; Nam præter varios acqvirendi modos, qvibus intra patriam uſus eſt, nunc ſub qvadam juris ſpecie exigendo, nunc rogando aut emendicando, ut pauperiores 5, 10 aut 15 ditiores vero 30, 40 aut 50 aſſeres, vel etiam tigna conferrent, onerariam cathedræ navim in Norvegiam ad lignandum miſit, ibidem enim tum temporis villam cum adjacentibus ſylvis cathedra poſſidebat, qvæ communiter *Islandorum villa* audiebat, eandemqve ad annum circiter 1556 retinuit, qvo oneraria naufragio periit, villa vero, neſcio qvo modo, abalienata eſt (a).

§. 8.

eum ipſius domicilium combuſtum & terræ motu disjectum eſſet, per medios ignes inter volitantia ignita ſaxa & cineres, uxorem ulnis portans & protegens, erupit & longum iter emenſus eſt.

(a) Ipſum etiam Ögmundum in Norvegiam trajeciſſe, ex ſeqventibus patet:

Sempiterna

§ 8.

In longinqva illa de Biörni Thorleiffonii relictis opibus lite, qvæ cum

Sempiterna salus & protectio sit semper vobiscum in Christo Jesu Domino nostro. Dilectæ vestræ fraternitati gratias agimus maximas, pro omni ea benevolentia, quam & domi vestræ, & Bergæ in die consecrationis nobis præstitistis. E Germania & ter in Thrundhiemum, & huc Bergam profecti, difficillimum iter habuimus; Apud dilectissimum nostrum Dominum Archiepiscopum per quatuordecim dies commorati, ab eo perhonorifice tractati fuimus, qui Vestræ fraternitati millies faustam noctem apprecatus est. Nos patentes literas in membrana exaratas ad vos transmittimus, quas ille & universus Regni Senatus, in bonum, ut puto, atque commodum Islandiæ & ejus incolarum, consignarunt; a Vestra fraternitate sollicitantes, ut vestrum sigillum & iisdem apponere non dedignemini. Peregrinis autem in variis locis hominibus, qui novam Religionem novamque legem illuc inferre cupiunt, consensum nostrum nullo modo addere volumus; Quæ nos non nisi pro maxime corruptis moribus reputamus, in mundi, carnis, & impuri Spiritus gaudium atque voluptatem; contra Dei voluntatem circa salutem hominum, inque summum eorum dolorem & incommodum: quorum emendationem a Deo omnipotenti, qui in totum orbem & misericordiam & potentiam exercet, expetimus! Plurima nobis Bergæ pariter ac in diœcesi Bergensi non in melius, proh dolor! sed in deterius conversa esse videntur. Ne Vestra fraternitas respuat nummum illum, quem transmittimus, Anglicanum, in votis habemus, vestræ benevolentiæ memoriam in posterum ad omne bonum apud nos servaturi. Sed quoniam ingens damnum experti sumus, tam in templi Cathedralis, omniumque ejus Campanarum & Clenodiorum incendio, quam trium navium onerariarum jactura, quarum una post alteram periit, & ingentem æris alieni summam exinde contraxerimus; æstivo tempore appropinqvante reditum in patriam divina favente gratia & clementia, postquam cujusdam navigii affulserit occasio, sollicite meditamur. Si autem Vestræ gratiæ farris aut polentæ copia fuerit, vos rogatos volumus, ut nostram, quoniam Bergas hoc tempore difficultas annonæ urgeat gravissima, hac in re necessitatem, nostramque navigium, quod in Insula Stör onerare proposuimus, re frumentaria sublevetis. Quæ hisce literis omisimus a Tabellario nostro inaudire poteritis. Cum his paucis commendo Vos omnipotenti Deo nunc & in ævum. Scriptum Hanaberg Dominica infra Octava Epiphaniæ, anno Salutis 1534.

Ex qvibus concluditur (α) Ögmundum tum temporis nullam possedisse onerariam navim, sed conductitia usum esse. (β) Qvod tres onerarias naves naufragio amiserit. (γ) Qvod hac vice etiam in Germania fuerit, scilicet propria nave destitutus cum mercatoribus Hamburgensibus eo profectus fuerat, indeqve Bergas delatus esse videtur. (δ) Qvod Höskuldus Stafangrensis Episcopus eum aut sacris initiaverit, aut ad minimum adsistens fuerit. (ε) Qvod Ögmundus onerariam loco amissarum denuo sibi comparare voluerit. (ζ) Sed difficile intellectu est, qvod innuit se ter Thrundheimum,

cum Stephano & Biörno Godvini emori non potuit (a), Ogmundus antecessoris vestigia legens, mulctam a Stephano Biörni hæredibus irrogatam severissime exegit, cadaveris exhumationem minitans ni solveretur, nam Biornus anathemati innodatus obdormiverat, eoqve nomine prædia Hvammum in Hvammsveit, Asgardum, aliaqve, iis expressit, deinde etiam a parte Thorleifsonii tam constanter & fideliter stetit, ut licet Godvinidæ vidua, præter tot Christiani II. Edicta, qvorum supra mentio facta est, ultimum tandem anno 1520 priora confirmans acceperit, nihilo secius Ogmundus anno 1522, cum in Norvegia esset, in gratiam Thorleifsonii a Senatoribus Regni, qvi Osloæ & Bergæ erant, ut & a Capitulo Nidarosiensi, contrarium elicuit effatum, cujus valori & virtuti fidens, anno 1526 in publico Consistorio sententiam promulgavit, qva Godvinianis controversas hasce possessiones abjudicavit. Qvod Torfius Godvini filius haud qvaqvam ferendum existimans, Friderico I. causam detulit, denuoqve ejus, Christiani II. Edictis ad amussim consonans Rescriptum obtinuit, qvod Episcopus pariter ac priora nihili æstimavit, qvi non tantum anno 1529 prædium Stad in Adalvík aliaqve, qvæ Thorleifsonius Johanni Kroko Civi Bergensi vendiderat, ab ejus hæredibus septingentis marcis argenti emit, sed alia etiam ab ipso Thorleifsonio, vili pleraqve pretio, accepit, qvæ cum Godvinianis instar sudis in oculis essent, Johannes Eggertsonius Nobilis Norvegus & Eqvitum insigniis ornatus, qvi paucos ante annos Islandiæ Præfecturam gesserat, Godvinidæ jam gener factus, Friderico I. retulit, Ogmundum prædia Vatnsfiord, Stad, Hvamm, Asgard, aliaqve injuste acqvisita, in sui cohæredumqve damnum detinere, ipsiusqve imploravit opem, ut ordinario juris processu instituto, eadem sibi restitui mandaret, qvi datis ad Thorvardum Erlendi, australis & orientalis partium Nomophylacem, literis, litem ex legum præscripto dirimi jussit. Hic itaqve anno 1530 causam 24 optimæ notæ civibus dijudicandam commisit, qvi utraqve parte audita

---

heimum, scil. hac vice, iter fecisse, & Archiepiscopum semel tantum invisisse. Tandemqve animum reformationem Religionis exosum prodit, de cujus progressu tam in Islandia, qvam in diœcesi Bergensi conqveritur.

(a) Vid. supra pag. 495. sqq.

audita Præsulem absolverunt, & pro Johanne, qvasi Ogmundi & Antecessoris ejus Stephani nomina falso apud Regem detulerit (a), deprecatores exstiterunt, illorumqve precibus Præsul reum concessit, qvi coram judicio, ne illi aut Ecclesiæ unqvam postea obniteretur, dextram dare necessum habuit.

§. 9.

Plusqvam vatinianum qvo se invicem Episcopi Ogmundus & Jonas proseqvebantur odium, Teito Thorleifi filio, hujus capitali hosti, illius amicitiam conciliavit, qvi anno 1525 cum Teito fundorum commutationem fecit, qvo Teitus Episcopo celebre prædium Biarnanes cum 16 adjacentibus villis, Præsul autem illi Hvammum in Hvammsſveit cum aliis 9 prædiolis tradidit, qvo post seditionem Sveinstadensem, a Jona excommunicatus & in exilium actus, bonis omnibus, partim Regio fisco, partim proximis hæredibus adjudicatis, confugit, ibidemqve prædia hæc uxori esse dotalia prætexens, sub Ogmundianæ potentiæ umbra delituit ad mortem usqve, qvæ anno 1537 incidit. Mortuo autem Teito timens Ogmundus ne Jonas aliqvando dictas mutationes rescissum iret, & hasce Teitianæ prædæ reliqvias sibi vindicaturus foret, 12 Clericorum conciliabulum Husafelli congregari curavit, cui hujus permutationis justitiam, aut probavit, aut persvasit, conclusumqve, qvale optavit, obtinuit, ibidem etiam, ne ea possessionum Teiti pars, qvæ hæredibus adjudicata fuerat, Jonæ loculos unqvam ditatura foret, præcauturus, Gudrunam qvandam Gunnlaugi filiam, Teiti consobrinam, ipsius legitimam hæredem esse, communi hujus concilii sententia publice contestatum ivit. Moxqve cum ejusdem marito Erico Gudmundi filio per intimum suum amicum, celeberrimum illum Davidem Gudmundi filium, de eadem parte levissimis conditionibus transegit, qvas tamen nunqvam implevit, Davidi autem ob navatam fideliter operam, qvædam horum vendidit, qvædam ipse retinuit.

§. 10.

(a) Periculum qvod hic Johanni imminere videbatur, haudqvaqvam vile fuit, nam ut Episcoporum diffamator ex sententia *Juris Civilis* Tit. *Mannhelgi* cap. 25. exul & capite reus, & ex *Juris Ecclesiastici* præscripto, gravissimo Banno seu devotione plectendus erat. Conf. supra pag. 259.

§. 10.

Licet ad hæc usqve tempora inter avaros, superbos & bellicosos hosce Præsules irreconciliabile viguerit odium, posthac tamen defervescere cœpit, nam anno 1529 Ogmundus Magnum Jonæ Episcopi filium sacris initiavit (a). Et anno 1530 Husafelli in tractu Borgarfiord, præsentibus haud paucis Abbatibus, aliisqve optimatibus convenerunt, & positis, ut videri voluerunt, odiis, in mutuam redierunt gratiam (b)

Xxx 2 Inde

(a) *Universis ac singulis Sacro Sanctæ Matris Ecclesiæ Holensis filiis patentes literas visuris seu audituris Ögmundus Dei gratia Episcopus Skalboltensis salutem in omnium Salvatore! Notum facimus per præsentes, qvod anno Servatoris nostri 1529 Sabbatho qvatuor temporum in æstate, hoc est nonas Junii, in Ecclesia nostra Hvanneyre ordinavimus ad titulum Ecclesiæ Sanctæ Holensis, ad sacros ordines celebrantes dilectum nobis in Christo filium Dominum Magnum Johannis, qvia ipse testavit se habere legitimam & plenariam dispensationem a Sancta sede, & eum in sacrum Presbyteratus gradum, cooperante nobis gratia Spiritus Sancti promovimus, qvem alias statutis & distinctis anni temporibus, in sacros Diaconatus & Subdiaconatus ordines, cum cæteris inferioribus seu minoribus ordinavit Johannes eadem gratia Episcopus Holensis. Datum apud sedem nostram Skalboltensem die Lunæ proximo ante festum Hallvardi Martyris, Anno Domini 1532. Nostro sub secreto patentibus appenso.*

(b) Solennem aliqvam pacificationem inter Præsules initam fuisse docet seqvens Documentum:

Nos Thorleifus Erici, Martinus Einaris, Arnas Arnoris Officialis, Brynjolfus Haldori, Arnas Jonæ, Freysteinus Grimi, Thordus Olafi, Jonas Thorleifi, Biörnus Thorgilsi, Jonas Haldori; & Runolfus Blasii, diœceseos Skalboltensis sacerdotes omnibus probis hominibus notum facimus per has patentes, qvod Nos die Mercurii proximo post festum Olafi prius, una cum multis aliis bonis viris Clericis pariter ac Laicis, a nostro venerando Patre Domino Ögmundo Dei gratia Episcopo Skalboltensi convocati fuerimus, ad respondendum illis Ordinationis Ecclesiasticæ literis, qvas, de sancta Religione agentes, Illustrissimus Dominus noster & Princeps Rex Christianus in hanc regionem transmisit, ad qvas unanimi voce tale positivum responsum dedimus, qvale obsignatæ literæ, hac de re concinnatæ, secum ferunt. Item secundo a nobis postulavit Episcopus, ut eas controversias & lites discerneremus, qvæ inter ipsum & ipsius Fratrem Jonam Episcopum Holensem enatæ essent, & de valore pacificationis illius, qvæ inter eos solenniter jure jurando facta fuerat, sententiam ferremus. Illam itaqve inspicientes, omnibus numeris perfectam & legitimam recognovimus, nec ab ullo, non ab ipsis magis qvam aliis, violandam; Ipsa autem contentum erat, neutri integrum esse qvasqvam in alterius diœcesin novitates inferre. Sed Episcopus Ögmundus conqvestus est duos Sacerdotes ex diœcesi Holana cathedræ Skalboltinæ bona & possessiones

Inde Ogmundus Præbendam Myrensem in qvarta Occidentali sitam in Jonam ad dies vitæ sub certis contulit conditionibus, ut patet ex literis datis Thingvallis 1533 sed firmam & sinceram hanc non fuisse amicitiam, varia prodiderunt signa, parumqve subinde abfuit, qvin ignis in favilla latens in apertum prorumperet incendium. Hinc perparum abfuit, qvin Ogmundus Ejolfum Enari filium, Jonæ Episcopi generum, anno 1539 excommunicaret, ut patet ex formulari, qvod in Cartophylacio Curiæ Skalholtensis adservatur. Causabatur autem Ogmundus Ejolfum conscium & consiliarium fuisse fratri suo Erlendo, qvi Episcopo, ut coram Archiepiscopi tribunali compareret, diem dixerat, qvi turbo in Synodo Olafsvallensi eodem anno habita, sedatus fuit. Hinc etiam manavit, qvod Conciliabulum ab Ogmundo Husafelli anno 1538 convo-

---

possessiones occupasse, nempe Kalmanstungam in Borgarfierdo & Myrar in Dirafierdo, quæ prædia jam dudum Curiæ Skalholtinæ adjudicata fuerunt, qua in re prædicti viri temere adeo sese gessisse nobis videntur, ut tale quid contra jus Canonicum & Sanctæ Curiæ privilegia antea unquam perpetratum fuisse, auditum non sit. Advocata itaque gratia Spiritus Sancti & re ita cognita & animadversa, prædictos Sacerdotes (Ericum Pauli & Jonam Olafi) *excommunicationis pœnam, & proscriptionem ecclesiasticam promeruisse, & pœnitentias ab Episcopo præscriptas & absolutionem accipere, nec amplius prædicta prædia in sua potestate retinere, debere, pleno judicio judicavimus; omnes enim illas sententias, quas tam de Templis & Clericis, quam de dictis prædiis pronuntiari curavit Præsul, pleni valoris & legitimas esse in omnibus clausulis & articulis, nec ab ullo, nisi Sanctissimi nostri Patris Papæ Legatus authoritate sua intervenerit, irritas faciendas censuimus. Quapropter memoratos fundos Kalmanstungam & Myrar perpetuum Curiæ Skalholtinæ peculium & esse & fuisse decrevimus; Et Episcopo integrum esse eos in suam potestatem assumere, & cuicunque placuerit, sive Clerico sive Laico, tradere, aut tradenda curare. Nec minus omnes Templorum possessiones intra diœcesin Skalholtinam solius Sanctæ Curiæ Skalholtensis Antistitis jurisdictioni adjudicavimus. Itemque omnes omnium legum & judiciorum contemtores, inter quos Erlendum Einaris, sive intra, sive extra templa comprehendi possunt, ad absolutionem & pœnitentias sustinendas, impune adigendos esse, unanimi consensu conclusimus. Item omnia judicia, in aliis tribubus, de iis, qui templorum intra hanc diœcesin possessiones retinent, pronunciata, irrita & penitus rejicienda esse decrevimus. Item Episcopis, ut spiritualem in Domino fraternitatem, jurejurando inter illos initam, servent, & unus in alterius diœcesi, prout necessitas postulat, sanctam Religionem adjuvet, consulimus & suademus, hanc nobiscum sententiam approbavit &c.*

Hanc Pacificationem, scilicet cujus in hoc documento mentio fit, inter Episcopos Husafelli anno 1530 in magnatum conventu factam fuisse, eiqve interfuisse Narfum Abbatem Helgafellensem, scriptum reliqvit Vir doctiss. *A. MAGNÆUS.*

convocatum, omnes illas sententias & judicia, qvæ in aliis provinciis de Præbendis Ecclesiæ Skalholtensis pronuntiata fuerint, irrita esse proclamavit, qvæ non obscure pungunt Jonam Holanorum Episcopum, sed ne is eo offenderetur, aut pro pacis violatione haberet, addunt initam qvondam inter Episcopos amicitiam nihilo minus firmam esse debere.

§. II.

Ecclesiæ commodis & ditationi haud secus qvam antecessores invigilavit; nam 1) a Presbytero qvodam Helgo Jonæ filio prædium Hvammum in Nordurárdal cum villulis Giestadis & Sandalstunga acceptum, Præbendam Ecclesiasticam fecit. 2) Itidem etiam Hvammum in Hvammsveit, qvem hæredibus Teiti Thorleiffonii abstulit. 3) Stadarholum; qvæ constitutio ætatem non tulit, nam paulo post Biornus, Jonæ Arii filius, hocce prædium sibi vindicavit (a). 4) Prædiolum Eingland templo Melensi acqvisivit. Insulam Thormodsskier cum particula fundi Alftanesensis templo ibidem constituto adjecit, & forte alia qvæ ad nostram non pervenere notitiam. Unum præterea exstat ejus factum haud pœnitendum, & forte omnium ejus gestorum nobilissimum, qvo publicæ necessitati egregie subvenit, nam grassante tum per Islandiam morbo paralytico, Chirurgo cuidam, natione Germano, nomine Lazaro Matthæi filio, qvi hic circa annum 1528 uxorem duxerat, prædium Skaney 300 (vel amplius) joachimicis æstimandum, ea conditione dedit, ut centum pauperibus, qvi impensas renumerando non essent, gratis medicinam faciat, qvi conditione accepta, qvinqvaginta tales sanitati restituit (b). Reliqva ejus acta aut minoris sunt momenti, aut privato magis commodo qvam publicæ utilitati aut emolumento inserviunt.

(a) Vid. supra pag. 324.

(b) Morbus de qvo jam loqvimur, antiqvis *sárasótt*, qvalis fuerit, non convenit inter medicorum filios; Qvidam volunt fuisse lepram, qvidam luem ingvinariam, qvidam vero paralyseos speciem. Lepram non fuisse inde conjici potest, qvod illa antiqvitus *likþrá* vocata fuit, sed non *sárasótt*; taceo, qvod hoc modo ægroti conjugium inierunt, sed qvis cum leproso conjugium contrahet? Qvi hocce nomine luem ingvinariam

§. 12.

Omnes hujus viri acqvisitiones, emtiones, permutationes, venditiones, donationes & raptiones enumerare, non tantum otio abundantis, sed etiam tædiosum valde foret; Cognatis enim & famulis, aliisqve qvi ipsi placebant, tot prædia & villas, ut eorum pretia circiter 3000 joachimicorum valorem, æqvarent, donasse perhibetur, qvorum præterea ingentem numerum Regio fisco reliqvit: unam tantum ejus donationem, ut inde conspiciatur viri ingenium, temperare mihi non possum, qvin referam: In visitatione qvadam Ecclesiarum, villam Storakropp in provincia Borgarfiord adeqvitans, audivit qvendam famulorum dicentem, amænam esse hancce villam, cui statim respondit, an eam possidere vellet? qvod cum ille affirmaret, iterum regessit: Eam itaqve possside, cum tamen nec ipse eam possideret, nec sciret qvisnam ejus esset possessor; Integro autem anno præterlapso cum proprius villæ dominus ipsum adiret, & submisse rogaret: Num verum esset, qvod fando ad aures suas pervenerit, qvod Episcopali ipsius gratiæ placuerit patrimonium suum sibi ablatum famulo suo donare? aspera voce & minitabundus respondit, an id ei displiceret? qvod cum ille supplex pernegaret, sed se suaqve omnia ipsius gratiæ submittere, mitigatus placide respondit: Vestrum itaqve erit prædium Garpsdalur! qvo ille audito, lætus & devotissime gratias agens discessit. Et qvemadmodum in emendo, vendendo, donando, & acqvirendo inconstans fuit, nam horum nullum finem fecit; ita etiam in qvotidiana conversatione, nam ad minimum non modo delictum, sed nutum etiam & verbum, qvod ei minus placuit, ira excandescens,

---

nariam notari propugnant, ajunt ejus mentionem dudum factam esse, tam in exoticis qvam indigenis documentis; Vid. *Compend. Annal. BARONII* ad annum 565 ubi ingvinaria lues in Liguria orta dicitur, totam Italiam corripuisse, & mox reliqvas regiones boreales: Et *Vitam Thorlaci Thorhalli filii* qvi anno 1197 obiit; inter cujus miracula numeratur sanatio mulieris cujusdam ex tali morbo laborantis: Eademqve antiqvos contra morbum *sárasótt* adhibuisse remedia, qvibus hodie lues venerea sanatur. Nostra parum refert, qvalis fuerit; *paralysin* autem ideo vocamus, qvia talis morbus antiqvitus qvam hodie crebrior fuisse perhibetur, id autem haud tacendum puto, qvod a fide dignis & veracibus viris accepi, qvalis tandem morbus *sárasótt* fuerit, eundem cum usu Tabaci in Islandia, præsertim ejus ruminatione, seu masticatione, qva Rustici freqventer utebantur, ita evanuisse, ut solum nomen tantum supersit, idqve tantum in antiqvis scriptis.

candeſcens, probroſis & ipſo plane indignis verbis famulos & diſſentientes proſcidit, ſæpeqve crinibus arreptos verberibus mulctavit, aut etiam pedibus conculcavit, ſemper ſe ita gerens, acſi ipſi omnia in omnes licerent.

§. 13.

Literis qvidem in adoleſcentia aliqvalem operam dediſſe videtur, ſed ad maturam perveniens ætatem, rei nauticæ & mercaturæ exercitio ſe mancipavit, ſenior vero factus, partim aliis immerſus curis & temporis anguſtia excluſus, partim oculorum dolore impeditus eſt, nam diu lippus, deinde luſcus, tandem etiam cæcus factus eſt, ut parum operæ illis impendere potuiſſe videatur; doctos tamen viros amavit, eosqve libenter ſecum habuit. Exſtant ejus Monita Paſtoralia, ſeu Epiſtola ad omnes diœceſeos incolas, ſcripta anno 1540 paulo anteqvam officio abiret, qva, cum facinoroſis, homicidis, propriarum uxorum deſertoribus, alienarum raptoribus ejusdemqve farris peccatoribus omnem converſationem interdixit, ſabbati autem profanatoribus a Præpoſito Provinciæ ut abſolutionem petant injunxit (a), ut & aliud de nova ordinatione Eccleſiaſtica ſcriptum de qvo mox plura addemus. Et ut erat infenſiſſimus Lutheranæ doctrinæ hoſtis, ita etiam contra Lutherum ſcriptum qvoddam edidit, qvod rebus & argumentorum ponderibus leve vileqve, ſed ſesqvipedalibus verbis refertum fuiſſe perhibetur. Deſidiæ aut incuriæ crimini minime ſuccumbens, officio ſtrenue incubuit, adeo ut cæcus & in decrepita ætate eccleſias viſitaret, rei pecuniariæ ita intentus, ut etiam Denarium Petri ſollicite conqvireret; ſed ambitioſus pariter ac avarus, ex omnibus fucum qvendam honoris & lucrum qværens, juſtitiæ oblitus, plurima amicorum precibus & pecuniæ conceſſit; Hinc ipſo ad gubernaculum Eccleſiæ ſedente, plurima ſcelera & enormia peccata perpetrata ſunt, qvæ, ſi non impune dimiſſa, tamen pecuniæ aut amicitiæ interventu condonata fuerunt, qvod, ut alia taceamus, ſatis probant exempla Thorvardi cujusdam, qvi anno 1526 Vigfuſum Thorbiorni, ſacerdotali ornatum officio, occidit, qvem Ogmundus 240 joachimicorum interventu abſolvit. Et Gislavi Ejulfi filii, qvi duabus ſuis ſororibus

(a) Vid. ad finem Capitis Litr. A.

bus ſtuprum intulerat, qvem clanculum ex patria emiſit, ſorores vero ſecum diu belle habitas ſplendide tandem maritavit (a). An unqvam Islandiæ Præfecturam geſſerit, qvam ei pleriqve Hiſtoriæ aut Annalium ſcriptores tribuunt, alibi disqviſivimus (b).

§. 14.

Cum Olao Engelberti filio, Nidaroſienſi Archiepiſcopo, Chriſtiani III. hoſte infenſiſſimo & perduellionis reo, illicitum ei interceſſiſſe literarum commercium inde colligi poteſt, qvod anno 1534 onerariam Cathedræ navim in Norvegiam miſit, inqve ea Giſſurum Einari filium, qvi arcanorum omnium conſcius literas citro retroqve ferret & negotia expediret. Hic in Norvegiam translatus ab Eſkildo Bilde, Regio in Norvegia Præfecto, Bergis tum temporis reſidente, & de tali inter mitrata hæcce capita literarum commercio admonito, aut aliqvid ſubolente, una cum Navarcho Ejulſo Kolgrimi filio, viro fortiſſimo & Ogmundi fidiſſimo aſſecla captus, & in carcerem conjectus fuit, ſed licet Præfectus nulli parceret induſtriæ & labori, omnemqve moveret lapidem, tam in captivorum exacta & ſecreta examinatione, qvorum non tantum veſtes diſcuti, ſed etiam calceos diſſui juſſit, qvam ſarcinarum omnium accuratiſſima ſcrutatione, Giſſuri tamen fide & ſolertia factum eſt, ut tam anxie qvæſitæ & deſideratæ literæ inveniri non poſſent, unde Giſſurum poſtea amicis dicere ſolitum ferunt, magna ſua & Ejulſi fortuna id accidiſſe, nam ſi inventæ fuiſſent literæ, qvas ab Archiepiſcopo ad Ogmundum ferebant, de vita eorum procul dubio actum fuiſſe. Sed Mag. Gebleri, primi Bergenſium Evangelici Epiſcopi interceſſione, poſt triduanam arctiſſimam cuſtodiam dimiſſi, in patriam reverſi ſunt. Hic eſt ille Giſſurus Einari filius, qvi Ogmundo tandem in officio ſucceſſit, Ejulfus vero, aut hoc, aut ſeqventi anno ſibi ipſi vitam incautus eripuit; nam in viſitatione eccleſiarum Borgfiordenſium, herum ſtipans, & ut decebat Epiſcopi ſatellitum primipilum, qvi ad minimum 12 erant, perfecta indutus armatura eqvitaret, cumqve eſſet natura

(a) Vid. ſupra pag. 338. Litr. ZZ. & infra Period. 5. Sect. 3. cap. 3.

(b) Vid. ſupra pag. 265.

natura pugnax & petulans, tum etiam ebrius hastam, vel joco, vel serio, nunc huic nunc illi intentans, tandem eandem incautius vibrando, semet transfixit.

§. 15.

Senex factus cum Regiis Præfectis Merwitzio & Myndensi graves habuit controversias, qvæ famosissimæ lanienæ Skalholtensis anno 1539 causa fuerunt, in qva Myndensis cum 9 asseclis misere periit; multa qvidem improbus hicce homuncio per integrum duodecennium, qvo Bessastadis ut Regiorum Præfectorum Procurator præfuerat, superbe, avare & crudeliter gesserat, qvæ omnia incolæ, talibus non omnino insveti, & Regiam venerantes auctoritatem, non minus patienter tulerunt qvam prudenter dissimularunt. Tandem vero 1539 ipsissimo Pentecostes festo, cœnobium Videyense omnibus improvisus invadit, domesticisqve male mulctatis, in suam redegit potestatem, cujus facti ab eo in Comitiis universalibus coram optimatibus exigens rationem Præsul, Regium, si qvod habeat, mandatum ut promat, postulans, probra tantum & maledicta reportavit, qvæ Præsul in flore ætatis, & animi corporisqve valens viribus, impune non tulisset, hac vice autem cæcus & debilis humaniter dissimulare necessum habuit. Paucis autem elapsis hebdomadibus, Dietericus hoc successu animatus, reliqva cœnobia, Kirkiubajense & Thyckvabajense, in Qvadrante orientali sita, occupare festinans, cum ad trajectum Laugardælensem ventum esset, qvasi fatis circumactus, qvod iter ingrediens nunqvam cogitaverat, Skalholtum cursum vertit, ubi commode satis exceptus est & tractatus, eodem ut antea modo, cum de auctoritate qva inductus hæc faciat? rogaretur, respondit, & non contentus Præsulem semel nefandis verbis & dicteriis proscidisse, postea bis aut ter in ipsius conclavi, genio eodem modo indulsurus, irrupit, inter alia jactans, se cum 7 tantum asseclis universam Islandiam subjugaturum, & licet ab Episcopo viaticum & qvæcunqve opus habeat gratis promittente, amice moneretur, ut se qvam primum inde conferret, se enim debilem senem & cæcum, si qvid dissidii inter suos ipsiusqve satellites oriatur, seditionem aut cædes impedire non posse, id secure contemnens, & compotationi semet dedens, genio strenue indulsit, in tertium diem ibidem hærens. Interea Jonas Hedini, Pastor Hrunensis,

& hac tempeſtate cathedræ Diſpenſator, ſi non plane inſcio aut prohibente, haud tamen jubente Epiſcopo, ruſticos qvosdam, audacia & robore pollentes convocari curat, beneqve potos, qvid facto opus ſit, monet, qvi confeſtim, ut juſſi erant, cœnaculum, in qvo Dietericus cum ſuis potavit, effringunt, tandemqve poſt longam ſatis velitationem eum cum 7 aſſeclis contrucidant, duos autem ſatellitum, qvi cum ipſo Skalholtum non venerant, in inſidias pellectos pariter obtruncant, tandemqve, ne qvid ignominiæ deeſſet, omnes, una cum eqvis, ephippiis clitellis & ſarcinis in fovea qvadam terra obruunt. Præſul autem facinoris invidiam leniturus, per Jonam Biörni filium, Erlendi Nomophylacis vicarium, eodem autumno Magnatum conventum haberi impetrat, in qvo de cæde Myndenſis & aſſeclarum diſqviſitione inſtituta tandem concluditur, jure cæſum videri. 1) Qvia Epiſcopo 240 marcas Lubecenſes aureæ argenteæqve monetæ ſurripuiſſet. 2) Qvod non modo aliis multa, ſed etiam Epiſcopo, ejusqve amicis, 4 boves ſaginatos furto abſtuliſſet. 3) Arvum Grundavicenſe, qvod templo Skalholtenſi proprium ſit, ad exſtruendum ibidem domos, Præſule invito, effodere & lædere juſſiſſet. 4) Sex prædia Epiſcopi in ſuam redegiſſet poteſtatem. 5) Præſulem nefandis probris & maledictis proſcidiſſet (a). Nihilo minus Claudius de Mervitzen Regi ſcripſit, Myndenſem cum ſuis inſontem Ogmundi juſſu occiſum fuiſſe, qvi hac de re cum Epiſcopo anno ſeqvente per literas graviter expoſtulans, illum, ut publice in Comitiis univerſalibus coram Ario Nomophylace univerſoqve judicum conſeſſu, interpoſito jure jurando, ullum unqvam, nedum Dietericum Myndenſem, ſuo juſſu aut conſilio, interfectum fuiſſe, pernegaret, adegit, qvo facto a judicum conſeſſu ut inſons & omni culpa vacuus abſolvitur, Mervitzius vero ut mendax & delator infamia notatur (b).

§. 16.

Lutheranam doctrinam adeo execratus eſt (c), ut etiam contra eandem libellum ſcripſiſſe perhibeatur, qvem nobis videre non contigit,

---

(a) Vid. ſupra pag. 283. & ad finem hujus Capitis Litr. C.

(b) Vid. ſupra pag. 282.

(c) Vid. ſupra §. 7. pag. 528.

contigit, qvæ tamen nihilo secius in ipsius domo & familia radices primo figere, indeqve pullulare cœpit; Primus eandem publice professus est, ipsi amicissimus *Jonas Einari* filius, vir doctus & pius, qvem Holanis Episcopum obtrudere voluerat, sed repulsam passus, primarium ad templum Cathedrale, qvod Skalholti est, Pastorem constituerat. Hic in festo Purificationis Mariæ, cum de invocatione & intercessione Beatæ Virginis aliorumqve Sanctorum concionandum esset, omnesqve horum commendationem a viro docto & eloqvente exspectarent, spe sua frustrati, ab ipso, contra eorundem invocationem, non minus vehementem, qvam luculentam orationem audiverunt. Episcopo autem ira æstuanti, seqve acrius objurganti in os dicere ausus est, multa in doctrinam catholicam irrepsisse, qvæ cum verbo Dei non concordent, ex. gr. Papam clericos conjugio prohibere, Paulum autem dicere *Episcopum oportere unius uxoris maritum esse*, qva objectione Præsulem ita ad incitas redegit, ut qvid oggereret, non haberet aliud qvam *Paulum fuisse Doctorem Gentium non vero nostrum*, Jonam vero, qvem hæreseos reum aut suspectum secum diutius habere noluit, nec, ut qvondam sibi amicissimum, penitus ejicere & falsæ doctrinæ reum agere voluit, paulo post a cathedrali templo remotum, Oddensi præposuit. Factum hoc esse aut anno 1530 aut etiam prius, inde concluditur, qvod Jonas eodem anno in Actis publicis Oddensis Pastor insignitur (a).

§. 17.

Eadem tempestate, aut paulo post, in Episcopi familia degebant viri qvidam literati & purioris doctrinæ clandestini cultores, seu Crypto-Lutherani, cum eandem publice profiteri non auderent; qvorum primus fuit *Gissurus Einari* filius, Episcopi alumnus & famulus qvi ipsius impensis apud exteros, & tandem Wittebergæ literis operam dederat, purioremqve doctrinam ab ipsius Lutheri ore imbiberat, qvem ideo Præsul ab exteris revertentem ejecit, sed paulo post, ingenio, & dexteri-

(a) Qvin & vero non est dissimile Jonam Einari hanc præbendam a Capitulo Nidrosiensi anno 1525 præsentem accepisse, qvod qvidam antiqviores, Jona Aresonio ei patrocinante, factum esse asserunt.

tate viri opus habens, revocavit (a). Alter erat *Gislaus Jonæ*, qvem Ogmundus deinde Pastorem fecit Cathedralem, huic aliqvando in angulo qvodam templi, *Lucæ Evangelium* ex versione Lutheri legenti, improvisus supervenit Præsul, librumqve a timido & expromere nolenti, non sine verborum contumeliis extortum evolvit, & ut inspexerat, Lutheri hæresin continere dixit, qvamqve longissime potuit in lutulentam plateam projecit (b). Tertius fuit *Oddus Eyulfi* filius, vir probus & pius, Episcopi promus condus, qvi proprium & ab aliis remotum habuit conclave (c). Qvibus tandem accessit ingens partium augmentum *Oddus Gotskalki* filius, vir apprime doctus, & a re libraria, præsertim Lutheri scriptis, bene instructus (d). *Hi*, inter qvos morum & studiorum similitudo amicitiam facile conjunxerat, conjugatis operis in ædibus Oddi Eyulfini, horis nocturnis, & qvotiescunqve vacavit, in sacræ scripturæ lectione & doctrinæ cælestis vero intellectu semet exercebant & mutuo confirmabant, sacrisqve colloqviis invicem exædificabant, usqvedum Oddus Gotskalki majora ausurus, Jus Canonicum & Episcoporum Constitutiones exscripturo, calore opus esse, causans, in bovili lacunar cellulamqve fieri curavit, in qva *Novum* Domini nostri Jesu Christi *Testamentum* in sermonem Islandicum transferre aggressus est, ibidemqve *Matthæi Evangelium* exposuit, qva occasione dixisse fertur; Salvatori in mundum venienti

enti

(a) *Gissurus Einari* fuit Ögmundi tandem in Episcopatu successor ab anno 1540, ad annum 1548.

(b) *Gislaus, Jonæ*; Einaridæ, de qvo in §. proximo egimus, in Pastoratu Cathedrali successor, deinde autem Pastor Selardalensis, & tandem ab anno 1558 ad annum 1587 Skalholtensis Episcopus fuit. Liber autem qvem legebat, non fuit Novum Testamentum Latinum, ut qvidam volunt; Pontificii enim non ab ejus lectione arcent laicos, ne dum Clericos, sed N. T. a Luthero Germanice versum.

(c) *Oddus Ejulfi* filius fuit Magni Episcopi ex sorore nepos, ejus Ejulfi, dicti Mokoll filius, de qvo cap. 8. §. 2. egimus, sed frater Gislai, qvi duabus suis sororibus stuprum intulit, cujus in hoc Cap. §. 13. mentionem fecimus.

(d) *Oddus Gotskalki*, dictus communiter Oddus Norvegus, qvia in Norvegia educatus fuerat, ibiqve scholam Bergensem junior freqventaverat, patrem habuit Gotskalkum Episcopum Holensem, *crudelem* communiter vocatum. De his, præsertim Oddo & Gissuro, vide Perillustr. Sællandiæ Episcopi, Domini *LUDOV. HARBOE Hist. Reform. in Islandia* Part. 1. §. 4. & alibi, ut & infra Period. 5. Sect. 2. cap. 3. Sect. 3. cap. 1. 3.

enti non aliud patuisse diversorium qvam stabulum aut bovile, neqve sibi sanctissimam ejus nativitatis & vitæ historiam exponenti, aliud conclave tutum esse, aut concedi, qvam bovile, tandem chartæ defectu, ulterius progredi impeditus, Episcopi auxilium imploravit, qvi, qvam primum illum antiqva Ecclesiæ Jura & Constitutiones, qvarum qvasdam schedulas Oddus ipsi, aliisqve eum visitantibus, monstravit, exscribere percepit, sat papyri ei suppeditavit.

§. 18.

Circa annum 1535 Ogmundus oculorum usum penitus amisit, adeo, ut officio postea impar esset, qvapropter primo Sigismundum sororis suæ Asdisæ & Ejolfi Jonæi filium, Pastorem Hytdalensem, clero Skalholtensi eligendum proposuit, qvi anno 1536 ad exteros abiit, & ab Olao Engelberti Nidarosiensi Archiepiscopo anno 1537 ordinatus, paulo post in Norvegia obiit. Qvo casu Ogmundus magnopere perculsus anno 1539 Gissurum Einari eidem surrogari curavit, cujus litteræ ad Regem Christianum III. commendatoriæ sub Ogmundi & totius Islandiæ meridionalis, tam Ecclesiastici qvam Politici Status, nomine, in qvibus Ogmundus post obedientiæ promissionem & Ordinationis Ecclesiasticæ acceptationem qveritur Claudium de Merwitz paulo post ejus in Islandiam adventum anno 1539 (a) monasterium Videyense vi occupasse, miseros autem incolas captos in vincula conjecisse. Repugnare autem tam legi divinæ, qvam naturali & civili, monasteria & eorum bona aliis in rapinam concedere, qvod de tam pio & justo Rege ne dici qvidem oporteat; Si autem Rex monasterium illud desideret, se illud lubenter concedere, ut Qvæstor Regius non solum monasterium, sed & omnia templi Skalholtensis cathedralis bona accipiat, & redituum rationem reddat, se ipsum miserum & cœcum senem nihil magis desiderare, qvam officium deponere, & humillime rogare, velit Serenitas Regia ipsi

(a) Ita Ogmundus, ast Gissurus propria manu scripsit, litteras regias de monasterio Videyensi fisco Regio inferendo, fuisse de dato 1536, at interpolatas fuisse, ita ut Didericus de Minden pro numero anni errato, solito sibi scribendi modo, annum 1538 substituerit, qvod ipse Gissurus coram tribunali fori generalis confessus est. Vid. supra pag. 281.

monasterium Videyense in dies vitæ concedere, & ut omnia mandata regia & religio observetur; omnes subscriptos simul rogare, ne qvis alienigena, sed Reverendus Dominus Gissurus Einari, Antistes illorum confirmetur ut verbum Dei & S. Evangelium apud illos promoveatur, cum laudatus Gissurus verbum Dei impense amet. Tandem, ut Regis animum demulceant, uterqve diœceseos Status 8 piscium lastas offerunt, simulqve rogant, ut privilegiis & jure S. Olai sese frui sinat (a). Præterea ipse Gissurum propriis suis commendatitiis litteris & testimonio præmuniit, datis Skalholti Cal. Julii eodem anno (b), qvibus ille commendationibus confisus, eodem anno ad exteros abiit, sed Hamburgum delatus a nautis illinc ex Islandia supervenientibus audit Myndensem Skalholti cæsum esse, qvo nuntio non leviter commotus Daniam intrare non sustinuit, donec a Rege, interposita fide publica, id ei permitteretur, ea autem accepta, Havniam petiit, & semet Regi stitit, cumqve a Professoribus Facultatis Theologicæ examinatus officio non indignus censeretur, a Rege Diœceseos Skalholtinæ Episcopus die lunæ post Dominicam judica ea conditione constituitur, ut Evangelium secundum Ordinationis Ecclesiæ Danicæ tenorem doceat, post a D. Petro Palladio Siællandorum tum temporis Episcopo ordinatus, eodem anno edicta qvædam & Rescripta regia secum ferens in patriam reversus est.

§. 19.

(a) Literas istas in extenso priorem hujus Diplomatis partem vid. in *HARBOE Afhandling* loc. cit. pag. 244. posteriorem infra ad finem Cap. Litr. D.

(b) Vide S. Ven. *HARBOE Afhandling om Reformationen i Island*, in *Kiöbenhavnske Selskabs skrifter* Tom. 5. pag. 236. Præcipua causa propter qvam Ögmundus successorem tantopere expetebat, videtur fuisse timor, ne Rex pius & Ecclesiæ commodis invigilans, sed Lutheranæ religioni addictissimus, qvem plus simplici vice offenderat, sua ex valetudine adversa occasionem capiens, peregrinum Episcopum Lutheranæ religionis sectatorem, se vivo, diœcesi Skalholtinæ præponeret, qvod præventurus, tam litteris ad Regem datis dicit Gissurum (præter alia encomia) esse indigenam, patriæ legum consvetudinum & lingvæ gnarum; qvam illis, qvæ ejus, & totius Islandiæ meridionalis nomine scriptæ sunt, in qvibus Gissurum laudat, tanqvam specialem verbi divini & Evangelii amatorem, sed & litteris ad clerum Skalholtinum anno seqvente datis, id eo sensu repetit, ut innuat, si hunc ob Lutheranæ religionis suspicionem recusent, habituros fore extraneum qvendam eadem hæresi infectum, patriæ leges & consvetudines, qvibus innutriti sunt, parum curaturum.

§. 19.

Anno 1538 Ogmundus Regis edictum datum Hafniæ anno 1537 die secunda Septembris (qva die, ut habet subscriptio, publice ordinati fuerunt diœcesium Superintendentes) de nova ordinatione Ecclesiastica, per universa regna & provincias introducenda, ut & ejusdem de officio rite obeundo monitorias literas accepisse, iisdemqve qvalitercunqve eodem anno respondisse videtur, ut ex concluso Conciliabuli Husafellensis (a) concludi potest, sed qvale id responsum fuerit, nos latet, Regi id non omnino placuisse valde est verisimile, cui accessit cædes Myndensis, qvem cum suis anno 1539 jussu & consilio Episcopi insontem misere trucidatum fuisse Mervitzius Regi perscripserat, qvod Regem ita commoverat, ut armata manu de sontibus pœnam sumere statuerit, ni supplex Hamburgensium deprecatio intervenisset (b), Sed nihilo secius Rex Præsulem ejus rei per literas graviter postulavit, eoqve non levem illi incussit timorem, audierat enim qvid cum aliis Regni Episcopis, Regis iram promeritis, ante qvadriennium factum erat, qvantiqve Olao Nidarosiæ Archiepiscopo cædes Vicentii Lunge steterat. Gissurum itaqve virum acris ingenii, Regis & Magnatum gratia florentem, tam cito magnopere irritare non duxit conducibile, licet ipsi ob religionem Reformatam, qvam non jam ut antea clam habuit, sed palam profitebatur, infensissimus esset. Multo minus Regis voluntati & edictis de nova Ordinatione, reformataqve religione introducenda, aperte audebat resistere, licet eandem cane pejus & angve oderit; serviendum itaqve tempori & meliorem exspectandam esse occasionem ratus, Gissuro ex mandati Regii præscripto, sedem Episcopalem cum suis bonis tradidit, sed perinvitus & sublesta fide omnia gerens, nam fundorum & bonorum cathedralium, qvorum non pauca abalienaverat, nullum solvit pretium, templi cimelia & pretiosa qvædam sibi retinuit, sed ne ullam (ut videri voluit) conqverendi de se causam successori daret, edito ad omnes diœceseos incolas scripto, qvod Skalholti 14 Cal. Junii datum est, publice testatur, Gissurum esse genuinum & proprium diœceseos Skalholtinæ Episcopum, cui se eandem cum omnibus

---

(a) Vid. supra pag. 531.

(b) Vid. supra pag. 282.

nibus ad eam pertinentibus tradidiſſe & penitus reſignaſſe profitetur (a), qvo facto, ſe, ſuaqve omnia, Haukadalum contulit. Appropinqvante etiam comitiorum tempore, Thingvallas ſemet contulit, qvo magna & præcipua cleri pars ex ſolito more confluxerat, cui publice prælegi curat 1) Supplices illas priori anno ad Regem perſcriptas literas. 2) Teſtimonia Profeſſorum Hafnienſis Academiæ Giſſuro data. 3) Regiæ Majeſtatis Diploma, qvo ipſe Giſſurus Ogmundo ſubſtituitur, & proprius Eccleſiæ Skalholtinæ Epiſcopus proclamatur, ea conditione, ut Evangelium pure & ſincere ſecundum Ordinationis Eccleſiaſticæ præſcriptum prædicari curet. 4) Sui ipſius antememoratas reſignationis literas, qvibus ſibi officium abdicat, Giſſuro autem univerſam diœceſin cathedramqve cum omnibus ad eam pertinentibus tradit, Ogmundoqve præeunte, Giſſurum univerſus Clerus & Erlendus Nomophylax ipſiusqve jurisdictioni ſubditi laici, ut diœceſeos verum Epiſcopum ſine ulla de Ordinatione exceptione aut contradictone accipere, eiqve obedientiam præſtare, promittunt. Qvæ omnia ex Ogmundi nutu & voluntate facta ſunt, ut teſtantur codicilli in rei teſtimonium conſcripti die Lunæ ante Petri & Pauli anno 1540 in qvorum initio vocatur *venerandus in Deo Dominus Ogmundus Dei gratia diœceſeos Skalholtinæ Epiſcopus*, Giſſurus autem vocatur *Honoratus vir, qvi Superintendentem diœceſeos ſe fert.*

§. 20.

Sed paulo poſt ſententia Arii Nomophylacis a cæde Myndenſis liberatus, & Mervitzio infamia notato, qvod factum eſt die Mercurii poſt Petri & Pauli, Ogmundus perſonam exuere cœpit, & clanculum ad infenſiſſimum ſibi alias Jonam Aræſonium literas dedit, in qvibus poſt qverelas de mutatæ religionis ſtatu & cimeliorum templi Cathedralis profanatione, conſilium ſuum aperit de concilio nationali Torfaſtadis habendo, cum principiis obſtare expediat ne infanda iſta vires nimias ſumant (b), at Giſſurus, qvid rei eſſet, ſubolens, literas amicis miſit, qvibus auxilium contra has machinationes rogavit, eſſe enim

(a) Vid. *HARBOE Afhandling om Reformationen i Island* in *Kiöbenhavnſke Selſkabs ſkrifter* Tom. 5. pag. 242.

(b) Vid. ad finem Capitis Litr. E.

enim Ogmundo decretum diœcesin Skalholtinam in Aræsonium transferre, & regiam Ordinationem ac mandata abolere (a). Sed concilium istud attentatum, nunqvam ad eventum venit, forte ideo, qvod amici Gissuri episcopi viri Politici ordinis auxilia armata episcopis timenda in promtu habuerint.

§. 21.

Nihilo sincerius in novæ Ordinationis Ecclesiasticæ & Reformationis negotio se gessit, nam licet anno 1539 Regi perfectam obedientiam promiserat, denuoqve hoc anno Jonæ Holensi Episcopo & ipsius complicibus aperte contradicere non sustinens, in Synodo diœceseos Skalholtinæ qvodammodo approbari curaverat, licet eandem etiam epistola pastorali ad omnes diœceseos incolas exarata magnopere commendaverat, aut ad minimum ita fecisse videri voluerit (b), nihilo secius, qvam

(a) Vid. ibidem Litr. F.

(b) Hanc ut puto ejus hypocrisin & dolosum ingenium abunde ostendit Epistola Pastoralis hoc anno scripta, in qva, cum de Articulis qvibusdam minus controversis, & qvos qvivis sanæ mentis Catholicæ Religioni addictus, recipere posset, qvos tantum ut summe necessarios & Reformatione maxime opus habentes, adducit, reliqvis dissimulanter omissis, ita loqvitur, ac si omnia generaliter confirmaret, cum tamen nihil minus sentiret, hæc enim sine dubio, cum ita visum fuerit, ad pauculos illos a se nominatos Articulos erat restricturus, mox enim subjungit: *verum qvod alia his literis* (mandato Regio & ordinatione) *contenta concernit, præcipimus omnibus nostræ diœceseos incolis, ut sanctam doctrinam & eleemosynas exerceatis.* Hic data opera videtur mutare verba Regis & Ordinationis, *gode gierninger*, (bona opera,) qvæ ibi nominantur ut fructus fidei, in *ölmusugiörder*, ɔ: (eleemosynas), qva voce, non tam indigitat eas qvæ pauperibus erogantur, qvam illas, qvæ enumerantur, in *Jur. Eccles. Recent.* cap. 13, cujus inscriptio est. *De Eleemosynis*, qvales sunt: Decimæ de omni sua pecunia, pecunia pro Candelis in ara usitatis, Denarius Sancti Petri, oblationes pro defunctis, & tandem pauperibus prandia qvatuor diebus destinata, qvas eleemosynas hocce LL. Caput dicit *peccata sanare, non minus qvam aqva ignem exstingvit;* nec negavero, illum etiam respexisse ad capita 9, 10, 12, qvæ de votis & Testamentis agunt; Hæc sine exceptione omnibus injungit, qvæ, ut puto, Regi nunqvam in mentem venerunt qvando de bonis operibus loqvitur. Deinde se ita exprimit: *Qvod autem ad cultus divini & missæ mutationem pertinet, eandem præ Patriæ*

qvam primum, tam sententia Arii Nomophylacis pro tribunali dicta, qvam hujus patris collegæ Jonæ Arii filii aliorumqve magnatum, apologetica ad Regem data epistola a seditionis Skalholtinæ & cædis Myndensis invidia liberatus esse sibi aliisqve videbatur, cum ipse tot sua facta, dicta, & scripta confestim sua sponte & sine causa rescindere & annihilatum ire erubuerit, cum eodem infensissimo suo qvondam hoste Jona Arii filio, ut is clero Skalholtino actorum in Reformationis & Ordinationis recipiendæ negotio retractationem persvadeat, hoc modo enim illum, sibi ad Cathedram Skalholtinam obtinendam, eandemqve cum Holana combinandam, facillime viam straturum, clandestina consilia agitavit; nam licet Jonam cane & angve pejus exosus esset, ex duobus tamen malis, ut ipsi videbatur, minus eligendum esse, Jonæqve imperio diœcesin potius subjiciendam, & cum Holana conjungendam, qvam ut Gissurus hæreticæ pravitatis plenus eandem obtineat, & Lutheranismo inficiat. Non igitur solummodo Jonam conciliorum participem esse voluit, sed & clam instruebat, ut Ordinationem & mandata regia Concilio habendo aboleret, qvid? qvod suum ei concredidit sigillum ejusqve fidei commisit, ut suo nomine, suoqve sub sigillo Regi scribat (a), consentire se omnibus, qvæ suus Collega Jonas ipsiusqve

---

patriæ paupertate & ignorantia introducere neqvimus, *ita enim Juris Regula: ad impossibile nemo obligatur.* Missam hic qvasi Pontificiorum ocellum & ancoram sacram nominat, qvam non vult tangi aut in minimo mutari, nec *reliqvum cultum divinum*, sc. Inferias, Vigilias, Processiones, Sanctorum Adorationes, preces pro defunctis, & id genus alia, qvæ Clero summo erant lucro; hæc *ob patriæ paupertatem & ignorantiam mutare*, *impossibile* ait. Qvis non videt omnia hæc, ad fucum faciendum, non tantum vulgo, sed etiam aliis, comparata esse, nam qvæ aut qvalis tandem, qvæso, esse potuit illa impossibilitas, qvæ hæc mutari aut annihilari prohibuit? Ipsas has literas vid. ad finem Capitis Litr. G.

(a) Verba Ögmundi ad Regem in Epistola per Jonam Episcopum exarata, qvam ad hujus Capitis calcem Litr. H. exhibebimus. Hæc aliaqve ad Historiam Reformationis Religionis in Islandia pertinentia, optima fide relata & ex ipsis fontibus seu authenticis documentis derivata, legi possunt in egregia *Hist. Diplom. de Reformat Relig. in Islandia*, a summo Viro Illustriss. Domino *LUDOVICO HARBOE* Episcopo Sælland. meritissimo, elegantissime concinnata, qvi omnes alios, qvotqvot ea de re aliqvid scripserunt, incertis conjecturis & falsis qvandoqve aliorum relationibus sua superstruentes, longo post se intervallo reliqvit; Cui & nos, qvod grata mente agnoscimus, multa debemus.

usqve socii Regi scripserant, approbare se qvidem Regis edictum, sed eatenus, qva antiqvæ Norvegiæ leges cleriqve & Status Politici Privilegia sarta tecta maneant, per qvæ haud dubio intelligi voluit Antiqvum *Jus Ecclesiasticum*, & *Transactionem* a Magno Rege cum Jona Archiepiscopo anno 1277 initam, qvæ omnem legum ecclesiasticarum ferendi potestatem, omnemqve jurisdictionem ecclesiasticam a Rege in Episcopos penitus transfert (a). Qvo facto Episcopi munia & officium, qvo se paulo antea abdicaverat, spreto Gissuro, qvem Rex dioeceseos Episcopum constituerat, neglectaqve Regia Ordinatione & ejus Edicto, antiqvo more postliminio capessivit & administrare cœpit.

§. 22.

Hæc omnia Rex percipiens, Christophorum Hvitfeldium, virum Nobilem & Eqvestri ornatum dignitate, Provinciæ Thrundheimensis & Arcis Steinvigsholm Præfectum, in Islandiam misit, qvi anno 1541 portum Hafnfiordensem binis triremibus Regiis intravit, in mandatis habens, ut de cæde Myndensis, de flagitiis Mervitzio imputatis, & qvibusdam Ogmundi Episcopi gestis inqvirat, Islandosqve in Regis verba jurare adigat, cui ut adesset, negotiorumqve executionem juvet & pro virili procuret, Rex Gissuro clementissimis literis mandavit, qvi itaqve confestim Hvitfeldio Bessastadis occurrit, Ogmundoqve, qvem ad loca remotiora seu cœnobia in parte orientali sita secessum aut fugam meditari perceperat, per literas persvadet, atqve satisdat, nihil detrimenti Satrapam Regium illi illaturum, neqve grave qvicqvam de eo statuturum (b), qvibus confidens Ogmundus, Hiallam in tractu Olves, enixe rogatus a sorore sua Asdisa, qvæ ibidem habitavit, omnium securus se contulit; in cujus ædibus a Hvifeldii emissariis capitur, & ad portum Hafnfiordensem devectus, in navem detruditur, deinde falsa spe dimissionis lactatus, qvicqvid auri & argenti in thesauris habuit, Hvitfeldio prodit tra-

 ditqve

(a) Vid. supra Tom. I. pag. 386.

(b) Qvod qvomodo excusari qveat, non video, nam amor & zelus Religionis, qvem hic qvidam prætendunt, nobis non sufficit. Melius itaqve (nostro eqvidem judicio) fecisset bonus hicce vir, si tacuisset, & Ögmundum suis uti consiliis permisisset; sed in multis labimur omnes.

ditqve (a); idem etiam iisdem decepta promissis, ejus soror Asdisa fecit, & cum hæc frustra ferens, tandem omnes fundos & prædia qvæ in sua fuerunt potestate, svasu Hvitfeldii sub eadem conditione Regi assignavit, qvorum catalogum Hvitfeldio tradidit (b), qvo facto, de suorum infidelitate qverens & gemens (c), primo Hafniam, indeqve Soram deportatur,

---

(a) Ad finem hujus Capitis Litr. I. exhibebimus epistolium Augmundi, jam captivi, ad sororem suam Asdisam, qvam ex originali exscriptam, debemus favori S. Ven. *HARBOE*, qvi Spicilegium ad sæpius a nobis laudatæ *Historiæ Reformationis Religionis in Islandia* partem 1. utendum nobis benignissime concessit; Huic epistolio e *Libro Gissuri Episcopi memoriali* summam argenti Augmundo ademti, sub Litr. K. subjungemus. Inter hosce Ögmundi thesauros permulta erant, qvæ non ipsius, sed aliorum fuerunt peculium: Exemplo sit curia Skalholtina, de cujus damno Gissurus in Synodo generali anno 1541, conqvestus est, & iterum in Synodo Kyraugastadensi 1542, cui ex Rationario ipsius Ögmundi manuscripto probavit accepisse eum a suo Prædecessore, sed sibi non tradidisse tantum panni pretiosi, qvantum 320 Joachimicorum valorem exæqvet, panni crassioris qvantum 84 Joachimicis constat, tantum auri & argenti ut 1224 Imperiales æqvet, Summa 1628 Imperiales; Præterea qvorum nullum certum pretium constitit, sed nomine tenus notata fuerunt, ut 2 aurei annuli, 12 argentei, binæ machæræ auro exornatæ, 4 Cultrorum paria simili ornatu, Crux sine monili, aureum cingulum absqve radio pendulo, Agnus cum pensili, duæ cistæ cera repletæ, aliaqve. Cum vero Judices negarent, ullum præsto adesse qvi vices Ögmundi in hac pecunia pendenda sustineat, communi consensu decreverunt, ut Gissuro universa, qvam Ögmundus ab antecessore acceperat, pecunia, cedere debeat, qvæ si non extaret, bona mobilia & immobilia curiæ Skalholtinæ proxima sibi sumat, donec debitum ad ultimum assem solutum foret. Conf. supra pag. 298. & infra Per. 5. Sect. 3. cap. 1.

(b) In unica Qvarta occidentali habuit 48 aut 50 villas; Si itaqve in duabus reliqvis Skalholtinæ diœceseos Qvadrantibus totidem possedit, fuerunt circiter 150; sunt qvi autumnant fuisse 120.

(i) Gratia Dei omnibus nobis adsit. Soror dilectissima! Vos benigne rogatas volo, ut Sacerdoti Einaro Olai filio cistulam meam & scrinium, ita ut nihil inde auferatur, eorumqve claves, ut & scyphum illum magnum deauratum, & pateram, qvam Nos possidemus, ex præscripto catalogi qvem literis consignari curavimus, tradatis. In qvorum testimonium nos sigillum nostrum his literis apprimimus, scriptis in navi Christophori, qvinto Idus Junii anno M.D.XL primo.

(k) Legifer ille Norvegus, qvi huc in Islandiam venit, argentum qvod Dani unacum Episcopo

med biskup Augmundi Summa Summarum af silfri er III. C. oc XXV Item III. C. tíræd englott. Item þar ad auk lód XL oc XI stycki. Hefur Sira Einar Olafsson skrifad smátt oc stórtt. Item í litlum posa LXXX stycki oc eitt. Item eitt stortt C.

Litr. L.

(l) *B. Hans Reff.*

Þacka ec ydur aull gódheit Herra byskup sem þier sýndut mier í sisst, sem ec var í ydar náveru hvad ec giarnan vil med gódu forskullda. Vitanligtt sie ydur, ad ec fieck B. Augmund, (hvers sál gud nádi) þad memoriale í hendur er þier beiddut mig um. Líkadi honum lítt þad hann fornam þier taulud vm hvertt hann hefdi vppborid þá peninga af erfingium Vigfúsar Erlendssonar sem tilstódu oc þier beiddut hann ydur ad kunngiöra, hvar til hann svaradi, ad þar uppá hefdi hannn óngua peninga vppborid, nie kynni hann ad fá helldur, mætti erfingiar firgreindz Vigfúsar þar til svara. Suo vnderstód ec oc suo af ordum ydvars þienara hier nú til Kaupinhafn, þad B. Augmund skuli hafa skrifad ydur

---

scopo Augmundo avexerunt. qvoad pondus in literas referre videri voluit; Summa Summarum argenti tres centenarii & viginti qvinqve, item trecenti Anglici, item qvadraginta insuper semunciæ & numero undecim. Sacerdos Einarus Olai filius magna cum minimis recensuit. Item in parva crumena numero octoginta & unum. Item centum & viginti.

(l) *Ad Johannem Ref Episcopum.*

Gratias ago, Domine Episcope! pro omni benevolentia mihi a Vobis, ultima vice cum Vobis adfui, præstita, qvam omni studio iterum demerebor. Notum Vobis esto, me memoriale istud qvod a me petiistis, Episcopo Augmundo, (cujus animæ Deus propitius esto) tradidisse. Displicuit ei, cum comperiretur vos qvæsivisse, num ille pecuniam, ab hæredibus Vigfusi Erlendini solvendam, acceperit, de qvo & Vos ejus responsum postulastis, qvibus ille respondit, nullam se pecuniam accepisse, nec accipere potuisse; Hanc rem cum prædicti Vigfusi hæredibus saltem esse. Ita & ego de famuli Vestri, hic Havniæ jam pridem agentis, verbis percepi, Episcopum Augmundum æstate præterlapsa, qva in hanc regionem trajecit, Vobis perscripsisse,

ydur til edur bodskap giortt í firra sumar sem hann kom hier til landz, þad hann hefdi sendtt ydur med Síra Gísla Jónssini, alias vocatur Gilbertt, nockura peninga oc eirnin med mier, þann tíd ec ferdadist fyrir minn herra. Þuí skulu þier vita ad med mier hefur hann ydur ongva peninga sentt, oc ecki reynast þad sannindi, þuí ec hafdi ecki eirn háifpening medferdar þann sem honum tilkom, í þann tíma sem ec fann ydur. Enn huad hann hefur ydur sentt med Síra Gísla eda odrum, veit ec ecki þuí þad er nú hardla ókunnugtt, nema þad sem ec hefi heyrtt þar vera vmtalad. Hafdi B. Augmund þá nockura hluti í frammi til orda oc atburda frá þuí ec kom apttur í Island sem ecki voru rieliger nie suarliger, sem honum gud forláti, hvar ad nú giorist ecki þörf um ad skrifa. Kynni ec ydur í nockurum hlutum til vilia ad vera, skulu þier mig þar reidubúinn til finna. Hiis commendo vos omnipotenti Deo. Hafniæ 1 Augusti anno 1542.

G. E. S. S.

Cap. XI.

De Sigismundo Ejulfi filio.

Sigismundus Ejulfi filius, Ogmundi Episcopi ex Asdisa sorore nepos, Pastor primo Vallanesensis, deinde Hytdalensis, sed svadente & impellente avunculo, a Clero Skalholtino ejus in Episcopi officio successor destinatus, anno seculi 36 in Norvegiam transiit, sed anno 1537 ab Olao Lunge


perscripsisse, aut nuntium misisse, se per Sacerdotem Gislaum Jonæ, qvi alias vocatur Gilbert, ut & per me, dum ad Dominum meum proficiscebar, aliqvantum pecuniæ misisse. Scitote igitur eum nihil pecuniæ per me misisse, nec unqvam evincetur me vel dimidium obolum, qvi ad illum pertinuerit, qvo tempore Vos conveni, mecum habuisse. Sed num aliqvid per Dominum Gislaum, vel alios, Vobis miserit, nescio, id enim in occulto versatur, nisi qvod fando audivimus. Episcopus Augmundus, ex qvo in Islandiam redii, multa verbis & factis peregit, qvæ nec ex æqvo erant nec jure, qvæ Deus illi condonato, qvæqve perscribere opus non est. Si qva in re Vobis gratificari possem, me paratissimum reperietis. His commendo vos omnipotenti Deo. Hafniæ die 1 Augusti Anno 1542.

Gissurus Einari Superintendens Skalholtensis.

Lunge Engelberti filio, ultimo Norvegiæ Archiepiscopo paulo anteqvam in exilium iret, ultimus Catholicorum Skalholtensis Præsul ordinatur, qvo honore ei diu frui non contigit, eodem enim die in morbum incidens, die 19 ab ordinatione vitam cum morte commutavit; unicam ex Thurida Einari filia (a) filiam relinqvens, nomine Catharinam, qvæ novennis in pedibus Ogmundi Episcopi, cum caperetur, cubuit, adulta vero nupsit Egillo Olai filio, ex qvo peperit Jonam Egilli Pastorem Hreppholensem, non incelebrem *Annalium Episcoporum Skalholtinorum* conditorem, qvi ineunte seculo 17 Skalholti mortuus est, & Olaum Egilli filium, Pastorem Vestmanneyensem, qvi anno 1627 a piratis Algerensibus, qvædam Islandiæ loca depopulantibus, Vestmanneyas vero penitus vastantibus, captivus Algeram deportatus fuit, sed deinde libertate donatus, in patria senex obiit (b).

(a) Hæc Thurida ob proceritatem cognominata *Grandis* (hin stóra), antea fuit Theodori Einari filii, Sigismundi in Sacerdotio Hytdalensi Prædecessoris concubina, exqve eo semel pepererat; Deinde vero ad ejus successorem Sigismundum transiens, ex eo Catharinam habuit; Tandem celebris Viri Oddi Gottskalkini concubina exstitit, ex qvo etiam aliqvoties mater facta, paulo ante ipsius mortem ei legitimo conjugio sociata est; qvod inter alia exemplo est, qvalis fuerit Clericorum hoc tempore cœlibatus.

(b) De utroqve hoc fratre, eorumqve scriptis, in Periodo seqventi plura dicendi locus erit.



SECTIO IV.

De Episcopis Holensibus.

Cap. I.

De Beinere & Jona Tova filio.

§. I.

Episcopum qvendam, cui nomen *Beiner*, aliqvando Holis fuisse, patet ex *Regesto Audini Episcopi*, ubi ejus mentio fit, ut & Jonæ Episcopi (a); atqvi ante Audinum nullus sub Beineri nomine Holis Episcopus fuit, ut ex continuo & nunqvam interrupto eorum Catalogo constat, nec ullus Jonas, qvi post Beinerum templum Stadarbackense visitare potuit; nam Jonas Ogmundi primus Holanæ Cathedræ Præsul nec ullum Beinerum in officio antecessorem habuit, nec templa, ejus ætate, tantam possederunt librorum suppellectilem, ut Stadarbackense tantum habere potuerit, qvantum ei hic tribuit. Taceo qvod hic etiam mentio fiat Erici Officialis, cum ætate Ogmundini nulli exstiterint Officiales. Verisimillimum ergo fit, *Audini Regestum* interpolatum esse (b), ita ut hæc, & forte multo plura, a recentiore manu adjecta sint; Ut & qvod Beinero locus debeatur inter annum 1401, qvo Petrus Episcopus occubuisse

---

(a) *Audini Regestum* in indice bonorum templi Stadarbackensis habet: " Stadarbacka " kyrkja á hálft þridia hundrad í bókum eftir Ejólf prest, sem Erekur Officialis " skrifadi, á því áre, sem herra Beiner biskop kom út, og so var þá er herra Jón " biskop let reikna. " Id est: *Templum Stadarbackense libros decem imperialibus æstimandos possidet, a presbytero Eyolfo sibi relictos, secundum id qvod Officialis Ericus scripsit, anno, qvo Dominus Beiner Episcopus peregre advenit, & simili modo Episcopus Jonas computari fecit.*

(b) Interpolatum esse hoc *Auduni Regestum*, inter alia monstrant rationarium templi Bergstadensis, qvod Laurentium; Reikiahlidensis & Breidabolstadensis, qvæ Egillum; Tiörnensis & Grimseyensis templorum rationaria, qvæ Jonam Skalli, Episcopos nominant; unde etiam, hæc de Beinere postmodum inserta esse, non est qvod miremur.

buisse fertur, & 1414, qvo Arnas Skalholtensis, Holanæ diœceseos Visitator exstitit; alias enim in serie Episcoporum Holensium tanta non invenitur lacuna, ut ipsi locus commode concedi qveat; Jonas autem, qvi ei successit, aptissime invenitur in qvodam ex tribus ejusdem nominis, nempe Jona Tovæ, Jonæ, vel Vilhelmi filio, qvi continuo ordine successerunt.

§. 2.

Post Petri Episcopi, sive mortem, sive ex Islandia discessum, qvi anno 1402 accidisse videtur, diœcesis Holana ad annum 1419 proprium (Beinere excepto) non vidit Episcopum: Nam anno 1403 ejusdem Officiales fuerunt Theodorus Theodori, Pastor Höskuldstadensis, Steinmodus Thorsteini, Pastor Greniadarstadensis (a), & Haldorus Lopti, qvos omnes una cum reliqvis Holanæ diœceseos Sacerdotibus, exceptis 6 duntaxat Presbyteris, tribus Diaconis & uno Monacho, morbus ille epidemicus, qvi eodem anno Islandiam vastavit, demessuit. Anno 1406 Logus qvidam Styri filius eandam ornavit Spartam. Jonam Thorfinni hoc tempore etiam gesisse Vicariatum hujus diœceseos, certum est, sed qvo anno & qvamdiu, incertum: ejus enim mentionem facit Jonas Tovæ filius, in codicillis datis 1419. Anno 1409 Jonas Skalholtensis Holanam diœcesin visitavit, Anno 1413 —14 & 15 Jonas Hallfredi filius, Abbas Thyckvabæensis, Officialem diœceseos Holanæ egit, ab Arna Olai, ut videtur, constitutus, nam anno 1415 præbendam Mel in Midfiordo æstimari curavit, qvod ut Episcopi Vicarius fecisse videtur; Eodem enim anno Arnas Olai filius, Skalholtensis Episcopus, ab Askelo Archiepiscopo totius Islandiæ Visitator constitutus, eandem loco Jonæ Episcopi Holani administravit, idqve officii usqve ad suum ex Islandia discessum anno 1419 continuavit; Nam annis 1415 —17 & 18 eandem visitavit, &, ut erat pecuniam corradendi summus artifex, & hic ex qvavis re lucrum facere non omisit. Discedens autem ex Islandia, in Norvegia obvium habuit Jonam Tovæ filium (b), Holanæ diœceseos

(a) Vid. supra pag. 218.

(b) Hunc Jonam Tovæ filium, & ejus successorem Jonam Jonæ filium, *BIORNUS Skardsaaënsis*, *ARNGRIMUS*, *THORLACIUS*, aliiqve, cum Jona Vilhelmi filio, confundunt,

Episcopum, itineri Islandico accinctum, cui crucem, dictam *Glæser*, aliaqve cimelia dono dedit, unde Jonas oceano se committens, Islandiam in freto Therneyensi, una cum Johanne Pauli Islandiæ Præfecto, aliisqve Danis, appulit, moxqve per provinciam Borgarfiord Holas tendens, Reykholtum, ad Thorkillum Olai filium, Arnæ Episcopi fratrem, divertit, qvi Toparchiæ Hunavatnensis in diœcesi Holana, diu fuerat Præpositus, adeoqve ipsi qvodam modo subditus.

§. 3.

Acta ejus in hoc officio, postqvam in Islandiam venit, sunt, institutio solennis comessationis, qvæ, ut unum necessarium a nemine cathedram ascendente & primam celebrante missam, omitti potuit, sub cujus exitum, Thorkilhum Olai filium in jus vocavit, rationem administratæ Præpositūræ Hunavatnensis expostulans, damnum hoc modo, qvod frater ejus Arnas Episcopus, Holanæ Cathedræ loculos expilando, intulerat, resarciturus; sed qvid hoc modo profecerit, non liqvet. Deinde eodem anno die Simonis & Judæ edixit, ut prædia Valthiofstadæ & Amarstadæ, qvæ Jonas Thorfinni, Holanæ diœceseos Vicarius, Jonæ Pauli pro salario dispensationis opum Cathedralium emancipaverat, cathedræ & templo Holano, ut ejusdem æternum peculium, restituerentur, Legibus enim Ecclesiæ prohibitum esse, fundos cathedræ abalienare, qvamdiu mobilia in promtu sint, qvibus nomina solvi possent. Paulo post, die Sylvestris, sc. 31 Decembr. de prædio Vallholt, qvod Astrida Jorundi filia Arnæ Olai filio ob sustentationem ad dies vitæ ex bonis cathedræ tradiderat, pro tribunali sententiam dixit. Anno 1420, anteqvam Visitationem Ecclesiasticam ordiretur, Jonam Biarni filium ab Officialatu removit, sed Arium Thorbiorni filium Cathedræ Dispensatorem constituit.

---

fundunt, & ex tribus ejusdem nominis unum faciunt; sed distingvendos esse, res ipsa loqvitur. Jonam Tovæ filium fuisse natione Danum verosimile est; sed qvo anno cathedram Holanam nactus fuerit, incertum; factum autem id esse ante annum 1415, nos docent literæ protectoriæ & commendatitiæ Erici Pomerani, datæ hoc anno 4 Septembr. in qvibus Rex dicit eum Islandiam jam tandem intrare & episcopalia suæ diœceseos capessere velle, vide supra pag. 226. qvod tamen ad annum 1419 dilatum est; unde suspicari licet, Jonam dudum hoc officium nactum esse, sed in aula Pomerani & alibi, tempus trivisse.

constituit. An Monasterio Mödruvallensi, cujus templum, anno 1421, tempestas dejecit, manus porrexerit auxiliatrices, non liqvet; sed certum, qvod hoc anno Dominica Passionis, Abbatissæ & Monasterio Reinenesensi, prædium Hof in Hofdaströnd concesserit. Anno 1423, cum mortem non procul abesse sentiret, Michaëlem qvendam dioeceseos Officialem, sed Thorkillum Gudbiarti Cathedræ Dispensatorem constituit, eoqve facto, obiit, cum sedisset Holis annis 4. officium vero ad minimum annis 9 vel 10 gessisset; Sed hac constitutione animos subditorum commovit, qvi Jonam Biarni filium Officialem, sed Arium Dispensatorem constitui exoptabant, qvæ dissensio Johannis Pauli, Regii Præfecti, interventu ita sedata est, ut Michaël Officialatum, sed Johannes Pauli Cathedræ Dispensationem obtineret.

Cap. II.

De Jona Jonæ filio.

§. 1.

Moriens anno 1423 Jonas Tovæ filius, Holanæ dioeceseos Vicarium constituerat Pastorem qvendam nomine Michaëlem, qvi in annum 1424, eo functus esse videtur; qvo, si Annalibus fides, *Jonas* qvidam *Jonæ filius*, natione Anglus, Islandiam intravit, & ex portu Hafnarfiordensi, recta Comitia adiit; ubi, cum Holani eum non tam libenter acciperent ac speraverat, Skalholtum petiisse, ibidemqve 4 Presbyteros & nonnullos Diaconos sacris initiasse, moxqve ad exteros abiisse, ajunt. Sed verosimilius est, eum Holas venisse, ibidemqve hyemasse, licet a plurimis pro genuino dioeceseos Episcopo non acciperetur, ut hac vice nec primam caneret missam, nec solenne institueret convivium. Holis eum hoc anno fuisse, mihi persvadet revisio rationum templi Ripensis, & apocha data Sveno Halthori filio, qvæ facta sunt Holis die Veneris primo in carnis privio anni 1425, cum ipsius appenso sigillo, ut nostrum habet apographum; sed anno 1426, anteqvam navim solvit, videtur Jonam Abbatem Thyckvabajensem in dioecesi Skalholtina, Holanæ dioece-

seos

ſeos Officialem conſtituiſſe (a), nam hunc id officium geſſiſſe, teſtantur literæ, qvibus pactum inter Illugum Biörgulfi & ſacram Virginem Reineſtadenſem Thorunnam Ormi filiam, confirmavit, appenſo ſuo (ut ipſe ait) Officialatus ſigillo, ſcriptæ Holis Dominica ante hebdom. 4 Tempp. 1427, eodemqve anno præbendam Greniadarſtad juſſu Archiepiſcopi, ut ipſe fatetur, inviſit & æſtimavit.

§. 2.

Secundum Auctorem *Annalium Recentiorum*, qvi hoc tempore floruit, Jonas anno 1427, in Islandiam ex Anglia venit; ſed Holanis eum pro ſuo habere Epiſcopo recuſantibus, Skalholtum deflexit, ibiqve qvosdam ſacro ordine ornavit, moxqve ad exteros receſſit, ſed ante abitum Jonam Pauli Holanæ diœceſeos Officialem conſtituiſſe, veroſimile facit ejusdem Jonæ judicium, qvod Holis anno 1429 die Martis, in hebdomate Paſchatos, de ſcortationibus Margretæ Sigurdi filiæ, qvas qvinqvies cum Brinjulfo qvodam commiſerat, pro tribunali ſententiam dixit; ubi Jonas expreſſe vocat ſe Holanæ diœceſeos Officialem. Tandem anno 1429 reverſus, ad diem 8 Septembr. qvi eſt Nativitati Sanctæ Mariæ dicatus, primam celebraſſe Miſſam & ſolenne convivium inſtituiſſe perhibetur, qvod tamdiu ob ſupra memoratas diſſenſiones & tot annorum abſentiam diſtuliſſe videtur; alii autem id ad annum 1427 referunt (b). Anno 1429, templum, monaſterium & cœmeterium

---

(a) Qva de cauſa Holanus Præſul Abbatem ex diœceſi Skalholtina Holanis Officialem conſtituerit, præſertim cum eadem curia haberet viros tali officio non impares, qvales fuerunt Jonas Biarni, Jonas Pauli, ut & Michaël, (qvos paulo ante nominavimus) non facile dicitur aut intelligitur, niſi ſtatuatur, (α) Jonam in Skalholtinos aliqvid imperii aut habuiſſe aut ſibi arrogaſſe, ſecus enim hoc officium Abbati Thyckvabæjenſi imponere non potuit. (β) Diſſenſionem inter ipſum & Holanos tantam fuiſſe, ut plurimi ei parere recuſarint, aut ille omnes hoc officio indignos habuerit.

(b) Qvod & veroſimillimum videtur; Nam anno 1429 feria tertia Paſchatos Jonas Pauli Officialis diœceſeos Holanæ, Holis Hialltadalenſium ſententiam dixit de Brynjolfo Egellino concubinatus, cum Margareta Sigurdi filia, qvarta & qvinta vice convicto; qvo tempore nullus Epiſcopus Holenſis adfuiſſe videtur. Sed paulo poſt feria qvinta ante feſtum Jacobi, eodem loco & anno, Epiſcopus Jonas (Vilhelmi) eccleſiam Miklabæenſem ob interceſſionem Lopti Divitis Steindoro cuidam confert; Præterea hujus Jonæ

terium Helgafelli, ut & cœmeterium Reykholtense innocenti sangvine polluta lustravit; Abbates præterea, Nialum Helgfellensem, & Thorgilsum Munkathveraaensem, ordinavit; qvod cœnobium proxima hyeme, una cum templo & omnibus ornamentis sesqvi horæ spatio conflagraverat. Plura de hoc Jona Jonæo in medium proferre non possumus, sed si conjecturæ aliqvis locus dandus est, verosimile sit, ipsum his peractis eodem anno ad exteros abiisse, ibidemqve aut occubuisse, aut officium abdicasse.

CAP. III.

De Jona Vilhelmi filio.

§. I.

Anno 1429 *Jonas Vilhelmi filius* Holanam calcare cathedram cœpisse videtur, hoc enim anno Jonas Pauli suæ administrationis rationem ei reddidit; perfectamqve nactus est apocham; sed paulo post Episcopi gratia excidens qvod ab Episcopo vocatus non comparuit, & ad Synodum provincialem deinde anno seqventi vocatus, 30 armatis stipatus apparuit, ob qvam contumaciam Præsul ei septem dies concedit, intra qvos appareat, ni excommunicari malit, qvod etiam evenit, qvo facto Præbendam

Jonæ Episcopi diplomata alia, numero viginti, de eodem anno existunt, qvorum ultimo Jonæ filio Gudmundi, fabro, ecclesiam Glæsebæensem in annum proximum confert Dat. Holis Hiallradalensium feria tertia proxima ante natalitia, sive in vigilia S. Thomæ Apostoli anno 1429. Ejusdem Episcopi de anno 1430 diplomata numero triginta exstant, qvorum primum est apocha Presbytero Aræ Thorbiörnis filio, pro muniis & rationibus Dispensatoris, dederat, qvod munus Arius a festo S. Thorlaci in æstate anni 1429 ad diem S. Hilarii 1430 gesserat. Dat. Holis in Hiallradal, feria tertia proxima post diem S. Hilarii, anno Domini M.CD.XX decimo. Unde patet, Jonam Vilhelmi anno 1429 peregre advenisse, & hæc acta supra recensita, qvæ Jonæ Jonæ filio fide *Annalium* adscripsimus, aut ad Jonam Vilhelmi transferenda, aut etiam, si a Jona Jonæ peracta sunt, ad priores annos ableganda esse.

dam Greniadarstadensem ei ablatam Thorkelo Gudbiarti filio contulit, eidemqve tria melioris notæ prædia ad Jonam pertinentia seqvestrare, tamdiuqve retinere præcepit, donec Jonas ex voto Thorkeli templo Grenjadarstadensi satisfecisset, tandemqve omnia Jonæ bona ut excommunicati sibi rapuit, qvod Jonam, ut Episcopo se submitteret, adegit. Eodem anno Lopto Guttormi filio præbendam Saudanesensem contulit, & intercedente Lopto, Laufaasensem Helgoni Biarni filio. Jonæ Biarni filio cœnobium Mödruvallense ea conditione contulit, ut unum Pastorem & duos Monachos ibidem sustentet. A Jona autem Benedicti filio ob involuntarium homicidium novem marcas accepit.

§. 2.

Ab Olao Ejulfi filio prædium Hedinshöfda accepit, a Sveno Hallvardi magnam partem prædii Rip; reliqvum vero ejusdem prædii a Thorlako Sigurdi filio expressit. Ab Ario Thorbiörnonis filio, qvi vadimonium pro Jona Pauli obierat, 60 Hundredas, seu 240 Joachimicos exegit: Ario deinde ob negligenter gestum Officialis munus, dicam scripsit, qvod judices discernere non audentes, ipsius Episcopi judicio submiserunt. Finnbogo Jonæ filio ob nimis parce solutam hospitalitatem Episcopi diem dixit (a). Anno 1432 Illugum Biörgulfi filium induxit, ut septem partibus prædii Holensis in Skaga cathedræ Holanæ cedat, pretium ab ipso Deo, largissima ejus matre Virgine Maria, Sancto Johanne, Sancta Anna, & Sancto Gudmundo, solvendum assignans. Nobile prædium Siovarborg, a Margareta Erici & ejus filio Magno accepit, tandemqve sibi Halsa in Slettuhlíd, cum lucrosis qvibusdam oris maritimis & 12 vaccis aut earum æqvivalenti pretio a Theodoro Arnæ filio comparavit, cui villa Geitaberg in diœcesi Skalholtina cessit. Qvæ omnia ab anno 1430 ad annum 1434, inclusive, acta sunt.

§. 3.

Anno 1431, qvassata aut semifracta qvædam navis oneraria, merces & homines in oram villæ Hardbak ad cathedram Holanam pertinentem,

(a) Vid. ad finem hujus Cap. Litr. A. Qvod non unicum est Documentum qvantam curam noster ventri impenderit, aliud enim videsis ibid. Litr. E.

tinentem, ejecti erant, qvæ Præsul sibi vindicare sategit, sed Rafnus Gudmundi, tum temporis Nomophylax, vir gravis & justitiæ tenax, de his ex Juris Civilis præscripto sententiam dixit, qvod Præsuli tantopere displicuit, ut Rafno extemplo iræ & minarum plenas mitteret literas, ni suum rescinderet judicium, se ipsum, omnesqve ejus asseclas excommunicaturum, navis autem fragmenta & alia, de qvibus litigabatur potius combusturum qvam a sententia destiturum. Cumqve Nomophylax a recto tramite retrahi non posset, Præsul eundem excommunicavit. Thorkelo autem Gudbiarti filio, qvod ille, qvi antea fuerat Holanæ cathedræ Dispensator, & dimidium talium rejectamentorum in cathedræ præjudicium sibi emerat, dicam scripsit. Cumqve Rafnus anno 1432 vivis excederet, Thorkelus Gudbiarti, nomine Ragnhilldæ Biarni filiæ, Rafni viduæ, prædium Holas in Laxardal, Episcopo pro anima Rafni emancipavit, qvapropter Præsul animam & corpus Rafni, templumqve, ad qvod excommunicatus sepultus fuerat, absolvit, trigintaqve inferias in templo Holano, duas autem a qvovis dioeceseos sacerdote pro eo celebrandas promisit, præcipue cum Thorkelus Rafnum morientem absolutionem & reconciliationem cum Episcopo & cathedra Holana serio desiderasse, jurejurando ibidem confirmaret, mulctam autem pecuniariam, qvam Rafnum hujus judicii promulgatione promeruisse censebat Præsul, haudqvaqvam condonare voluit, sed ab hæredibus solvendam esse dixit.

§. 4.

In tantum, hac tempestate Anglorum negotiationes in Islandia invaluerunt, ut plurimi sæpe ibidem hyemarent, qvod etiam anno 1434 in Toparchia Skagafiordensi accidit. Cum his Præsul societatem qvandam iniisse fertur, qvod etiam ejus literæ, aliaqve in eorum gratiam facta, verisimile faciunt, nam cum rapinis, furtis, scortationibus, cædibus, grassarentur, incolæ vim vi repulsuri arma ceperant, eorumqve circiter 80, prope villam Mannskadahol ceciderunt, nonnulli autem eorum ultrices manus effugientes, Holas se contulerant, asylum in templo cathedrali qværentes, qvod Præsul illis libenter præstitit, & proclamationem qvandam edidit, qvam in Comitiis Provincialibus ad thermas Vallalaug habitis, a Jona Einari filio, Præposito Toparchiæ Skagafiordensis

fiordensis publice legi curavit; Qva in suam & Sancti templi Cathedralis, qvod Holis est, gratiam & protectionem recipit, omnes illos Anglos qvi jam ibidem sunt & columnam chori Cathedralis amplectuntur; onerariam autem illam navim, qvæ in portu constituta est Kolbeinsaarosensi, cum omnibus mercimoniis & qvibusvis ad eam pertinentibus, suum esse peculium, dimidiam enim partem se sibi, temploqve Holano, pretio ab illis comparasse, dimidiam autem dono accepisse. Cumqve hæc universa jam sua sint & cathedræ, hosce infestare aut in minimis illos molestari, severissime prohibet. Velit autem Præfectus Regius, aut qvis alius, ipsis, ut læsæ Majestatis reis, Regio nomine dicam impingere, illis, ut in hac nave una cum se & istis transfretent, ac intra 12 mensium spatium coram Rege & Senatu legibus secum certent; Qvi autem ab Anglis hisce aut a suis satellitibus injuria affecti sunt, illis, aut ex judicum sententia, aut æqvabili conventione, satisfactionem offert (a).

§. 5.

Ex omnibus hisce abunde patet: 1) Qvalem Jonas Vilhelmi egerit Episcopum, id est, atrocem & avarum. 2) Qvod hoc anno, aut proxima æstate, 1435 ex Islandia abire sibi proposuerit, qvod etiam fecisse videtur; Nam anno 1436, die 27 Maji, cum Jonas Gamli filius, tum temporis Holanus Dispensator, villam Nylendi Holanæ Cathedræ ab Halldoro Steindori filio emeret, mentio tantum injicitur Officialis Thorkeli Gudbiarti filii, sed non Episcopi, qvod haudqvaqvam factum esset, si ille in Islandia adfuisset. Mortem ejus plurimi ad annum 1440 referunt; qvid autem illa assertio veri habeat, non constat, id autem pro certo habemus, qvod post annum 1435 in Islandia non apparuerit: Nam ab hoc tempore ut verisimillimum videtur, sed certe ab anno 1438 ad annum

1444,

(a) Hæc actorum Jonæ Vilhelmi nobilissima sunt, qvibus addi possunt institutio Collegii Canonicorum cathedræ Holensis, vid. supra pag. 384; pœnitentia Thordo sacerdoti præscripta, vid. ibid. pag. 387; Statuta synodalia de variis rebus vid. ad finem hujus Capitis Litr. B, epistola monitoria contra stupratores & adulteros, ibid. Litr. C. & emendicatio stipis in gratiam Gudmundi Boni, ibid. Litr. D; qvæ omnia & alia multo plura, occurrunt in actorum ejus libro originali membraneo Bibliothecæ Magnæanæ No. 235 in Qvarto.

1444, Gotsvinnus Skalholtensis Episcopus Holanæ dioeceseos Vicarium aut Inspectorem egit (*).

Litr. A.

(a) Anno Domini millesimo qvadringentessimo tricessimo a miduíkudagen nesta efter decollacionem sancti Johannis baptiste var ek aræ præstr Thorbiarnarson officialis hæilagrar Hóla kirkiu til skylldadr af minom verdoligum herra herra Jonæ biskupi Villialmssynæ a Holum ath sægia lögh millum hanns ok finbogha bonda Jonssonar vm biskupc giftingh þann tima hann giftæ ner honom. j asæ j Kelldohuerfui ok ath þeim badum vndir læggiandæ med handabandæ biskupinum ok fimboga þui in nomine Domini Amen. sægir ek biskupinn skylldugan þann tima hann vill visetera gere hann sitt giftingarbref a presta stæfno þægat sæm hann vill rida ok þat lata forda kirkiu fra kirkiu þat sæinasta ath fardogum sua ath þæir hafuæ fulla visso sæm med honom skulo taka. Enn þann prestr ædr bonde sæm med honom tekr skal ætla biskupinom ok hanns monnom tolf ok honom ænom þrettanda sæmiligan kost ok maaldryckio biskupinom sealfuom ok hanns tolf monnom en herra biskupinn skal skipa mann til ath ræida sin kost ok keykimæistara en huar herra biskupæn veri æi suo haldæn sæm adr sægir þa skulo prestar ædr

Dddd 3 bændr

(*) Qvid hic in tali officio gesserit, vid. supra pag. 475.

(a) Anno Domini millesimo qvadringentesimo tricesimo, feria qvarta proxima post decollationem Sancti Johannis Baptistæ, Ego Arius presbyter filius Thorbiörnis, Sanctæ Holanæ Ecclesiæ Officialis, a Venerando Domino, Domino Jona Episcopo Holensi, filio Vilhelmi, inter eum & Dominum Finnbogum Jonæ jus dicere jussus sum, de hospitalitate Episcopi, dum Asi in Kelldubverso Episcopus a Finnbogo excipiebatur; Cum igitur ambo, tam Episcopus, qvam Finnbogus, stipulata manu compromitterent, hinc in nomine Domini amen, ego edico, debere Episcopum, dum visitatum it, literas de diversoriis in synodo scriptas, ad loca, qvæ visitaturus est, mittere, illasqve ab una ecclesia ad alteram perferri curare, & hoc qvidem non serius qvam tempore habitacula mutandi, ut ii, qvibus ille excipiendus est, illud certo sciant. Sacerdos autem, aut colonus, qvi eum excipere debet, Episcopo, & ejus insuper duodecim comitibus victum decentem, ipsi præterea Episcopo & duodecim hisce asseclis potum ad mensuram subministrato, sed Dominus Episcopus coqvum & hominem cibum paraturum, suppeditato. Ubicunqve Domino Episcopo, ex prædicto omnia non

bændr lika fyrir gera suo sæm biſkupinom uæl anægir ok þæim hann giſter nær lærdr ædr læikr ok suo preſtar ok bændr ſkyldugir uth kræfuia ok bæida ræidſkiota huerr i ſinni kirkiuſokn efter þui sæm huer hefuer fongh til at forda biſkupen i adra kirkiuſokn vndir þuilika ſækt ſæm kriſtæn rettr gerir þar radh fyrer. Var þeſſi minn orſkurdr framſagdr j kirkionæ aſæ j kældo huerſui mer j domſæti ſitiandæ minom herra biſkupinom ſealfuom ſamþyckiandi ok þeſſom lærdom mönnom ok læikom aheyrandom ok neruærandom jon preſt biarnaſyni. þorkæli gudbiarttsſyni þordi ogmundsſyni preſtum. þordi þorſtæinsſyni jonæ egillsſyni publico notario gambla, martheinsſyni ok onæ kætellsſyni læikmonnom ok morgom odrom godum monnom ſamþyckiandum j ſama ſtadh dæghi ok aræ ſem furr ſægir.

Litr. B.

(b) Anno Domini milleſimo qvadringenteſimo triceſimo tertio var þetta ſamþykt j preſtaſtemſnu af biſkup ok ollum preſtum. Inprimis fyſt er biſkup ridr j viſitatione ſkal hann ſkoda kirkiur ok hennar eignir ok ſtadena ok ſtadarins penninga bekr ok ſkruda alltare ok allt þat ſem til Gudz embættis ſkal hann ſkoda oll ſakramenta preſtanna þar næſt ſkoda lôring lærdra ſem leikmanna eda hverſu þeir hallda ſina

---

non præſtantur, tam ſacerdotes, qvam coloni, ex voluntate Epiſcopi ſatisfacere, qviqve eum excipiunt clerici & laïci, ſive presbyteri fuerint, ſive coloni, in ſua ſinguli paræcia, eqvos, qvibus Epiſcopus in proximam vehatur parœciam, ſub mulcta in jure eccleſiaſtico dictata, pro ſingulorum viribus imperare & poſtulare, tenentur. Hæc mea ſententia perlata eſt in templo Aſenſi Kellduhverſi, me pro tribunali ſedente, ipſo Domino meo Epiſcopo comprobante, & his clericis & laïcis audientibus & præſentibus, Jona Presbytero filio Biarnii, Thorkelo filio Gudbiarti, Thordo filio Ögmundi, presbyteris, Thordo filio Thorſteini, Jona filio Egilli, Publico Notario, Gamlio filio Martini, & Jona filio Ketilli, laïcis, & multis aliis viris diſcretis aſſentientibus, eodem loco, die & anno, ut ſupra.

(b) Anno Domini milleſimo qvadringenteſimo triceſimo tertio, ſeqventia in Synodo ab Epiſcopo & omnibus presbyteris approbata ſunt: Inprimis Epiſcopus eccleſias viſitans, templa, eorum bona & villas præbendarum, harum qvoqve facultates, libros, & veſtes ſacras, altare & omnia qvæ ad cultum divinum adhibentur, ſacramenta omnia ſacerdotum, doctrinam exinde, tam clericorum, qvam laïcorum perluſtrato, qvomodo

ſina tru med gud ok ſina formenn andliga ok veralldliga ſvo ſem ſeger i kirkiunnar lagabok ſerligha at biſkup ſkal rada kirkium ok kirkna eignum tiundum ok tilgioſum ſkipa þeim til ok fra epter þvi ſem hann vill med lærdra manna rade. Item ſkulu bændr ok preſtr gera fullan ok allan rekninghſkap a ollum kirkna godzum ok ſerliga tiundum ſem þeir vita fyrir gudi eda þeirra erfingiar ef þeirra kann vid ath miſſa þar næſt ath ſetia ok ſemia lærda ſem leika ok ſvo ſkyllda til alla lærda menn ok ſvo leikmenn ath veita allan þann færleik ſem þeir eru ſkyllder ath gera ſinum biſkupi þa hann viſiterar ſina kriſtne hvort helldr þarf a lande edr vottnum. Item ſkipade biſkupinn ok aller preſtar ſamþyktu ath preſtar taki allar preſttiundir ef þeir ſyngia fim meſſur ath huarri kirkiu. Synge hann halfan ſaung eda meir take preſtar allt kaup enn böndr preſttiunder allar. Item villia ei lærdir ſem leikir hlydnad med biſkup hirte þa fyſt med andlight ſverd þa med veraldligt ſuerd.

Litr. C.

(c) Vær Jon medh (Gudz) nadh biſkup a Holum gerom ollum monnum j woru biſkupsdæmi (kunnigt) ath ſakir wors biſkupsligz embettis

---

modo ſcilicet religio in Deum & magiſtratum, tam ſpiritualem qvam ſecularem, ex præſcripto Codicis Legum eccleſiaſticarum, obſervetur, de hoc præprimis articulo, penes Epiſcopum eſſe dominium in eccleſias & earum bona, decimas & donaria, qvæ omnia de clericorum conſilio ex lubitu conferre & auferre ei liceat. Item coloni & ſacerdotes, vel his defunctis, hæredes, plenam & exactam omnium eccleſiæ bonorum, præcipue autem decimarum, tanqvam in conſpectu Dei, rationem reddunto. Epiſcopus præterea tam clericos, qvam laïcos corrigito & emendato, & omnes clericos æqve ac laïcos ad ſubſidia itineris ſive terra, ſive mari eundum ſit, Epiſcopo eccleſias viſitanti ſubminiſtranda, adigito. Item Epiſcopus juſſit, omnesqve presbyteri conſenſum præbuerunt, omnes decimas ſacerdoti ceſſuras, ſacerdotibus perſolvendas eſſe, ſi modo hi qvinqve miſſas in ſingulis templis celebraverint. Qvod ſi dimidium vel plus ſacrorum ſacerdos celebraverit, hic totam mercedem, patronus autem templi omnes decimas ſacerdoti debitas, accipiunto. Item ſiqvi, ſive clerici, ſive laïci, Epiſcopo obtemperare renuerint, hic in illos gladio primum ſpirituali, poſt ſeculari, animadvertito.

(c) Nos Jonas Dei gratia Epiſcopus Holenſis, omnibus noſtræ diœceſeos incolis notum facimus, nobis ex officio noſtro & dignitate epiſcopali curam & ſollicitudinem incumbere,

æmbettis ok ſtættar bær oſs umhygiu ok forſio firer hafua ath kriſtendomrenn aukizſt ok rettliga haldizſt i alla ſtadæ huar wer mægum þat bættra. En ver ſeam þo vida ſtorra vmbota a vantta j morgum ſtodum mæir æn oſs er liuſt þui firer (biodum) wer ſterkligha ollum monnum ſæm liggia j opinberligum hordomæ ok frillo lifuernæ ok þar medh þeim ſæm likamliga liggia med ſinum gudſiſium konom ok kallom huortt ſæm þeir edr þær hafua þeim haldæt vndir ſkirn ædr biſkups handh med öllum þæim wænſlum ſæm gudz laugh þar ytazſt vm græina ath taka gudz likama fur æn þeir ſkilæſt medh glæpin ok ſyndina ok tækit ſcriſter ok ſæ lat ſæm brotonom til bærr efter gudz loghum ok hæilagrar kirkiu med ſuornum æidum ok trulofuan. Þui biodum wer vorum profaſtum j hunavatz þinghæ asbirnæ abota a Þingheyrum ok ſira hermannæ Jonsſynæ vndir krapptæ hæilagrar lydnæ medh þeſſo varo opno breſæ ath læſa þetta bref opinberliga ath huerræ graptar kirkiu firer þeirra tida ſoknarmonnum ok þeir firerbiodæ ollum preſtum j ſinom umbodhum ath gifua þeim gudz likama er briota þetta uortt bodh ok ſkipan. Enn ſtæfnæ þeim firer oſs ſæm her j motæ vilia þrioſkazſt. Ok til ſannænda her vm ſettum wær uortt jnſiglæ firer þetta bref er ſcriſat var a Holum j Hialtadaal fauſtodagæn j ymbrodogum j langafauſto anno domini milleſſimo quadringenteſſimo triceſſimo primo.

Litr.

---

cumbere, ut chriſtianiſmus creſcat, & ubiqve, qvantum emendare in nobis eſt, rite obſervetur. Nos vero, multis in locis magnos defectus, plusqvam nobis libitum eſt, invaleſcere animadvertimus. Hinc omnibus in publico adulterio & concubinatu perſeverantibus, ut & cognatione ſpirituali conjunctis, tam viris, qvam mulieribus, ſive in baptiſmo, ſive in confirmatione ſuſceptores egerint, in omnibus, qvin & remotiſſimis, cognationis gradibus, in legibus divinis commemoratis, hanc cognationem re venerea violantibus, corpus Domini ſumere prohibemus, prius qvam a ſcelere & delicto deſiſtentes, pœnis condignis ex divinis & Sanctæ eccleſiæ Legibus exantlatis, jure jurando & ſtipulatione præſtitis, mulctam ſolverint (abſolutionem nacti fuerint). Qvare Præpoſitis noſtris in Toparchia Hunavatnenſi, Asbiörno Abbati Thingeyrenſi, & Hermanno presbytero Jonæ filio, vi ſanctæ obedientiæ, his noſtris patentibus præcipimus, ut literas hasce in qvocunqve templo jure ſepulturæ gaudente coram parochianis publice recitent, & ditionis illorum ſacerdotibus, hujus noſtri ſtatuti & præcepti transgreſſoribus corpus Domini concedere prohibeant, ſed contumaciter perſeverantes in jus, pro noſtro tribunali dicendum, vocanto. In qvorum teſtimonium nos ſigillum noſtrum his literis appendimus, ſcriptis Holis in Hialltadalo, feria ſexta in hebdomade qvatuor temporum Qvadrageſimæ, anno Domini milleſimo, qvadringenteſimo, triceſimo primo.

Litr. D.

(d) Anno Domini millesimo qvadringentesimo tricesimo var ek Jon Egillsson publicus nótarius þar nærri a Holum j Hialtadaal in festo sancte Matthei apostoli j forstofunne fyrir framan timbrstofuna j sogdum stadh ok nerverandum Ormæ . . . syni Þorstæini Jonssyni ok swæini Halvardssyni ath herra Jon biskup a Holum keypti med Jon smidh Gudlaugsson sin swæin ath wæra bonàrmadr heilagrar Holakirkiu ok æns goda Gudmundar biskups um allan væstfyrdinga fiordungh skildæ herra biskupenn honom i sin þionozstu læyn fiogur hundrot skuldæ Jon hafua jordina Aa j Vnadaal ok þau sex kugildæ sæm þar nu mæd standa firer tau hundrot badæ saman ok þar til skuldæ min herra faa honom med jordonæ tau kugildæ til medferdar ok her ofan skuldæ æn min herra faa honom med jordonæ tau hundrat onnor i ollo þarfligu godzse honom takandæ ok minom herra vtlatandi skuldæ Jon mæga skipta ok gefua i millom hesta ok taka af þui sæm gefazst kynnæ til allan farargræida ok kostnadar j ræisonæ upp aa rettan ræikningh en Holakirkia ok biskupinn æiga alt þat gefit verdr smatt ok stort. Item skuldæ Jon taka nu vt adr han fær i bonena æina vodh tuitiga en adra j wor er nu kæmr.

Litr.

(d) Anno Domini millesimo qvadringentesimo tricesimo, ego Jonas Egilli Notarius publicus Holis in Hialltadalo, in festo Sancti Matthæi apostoli, in atrio triclinii lignei dicto in loco, præsentibus Ormo . . . . . Thorsteino filio Jonæ, & Sveino filio Hallvardi, præsens eram, qvo tempore Dominus Jonas Episcopus, cum Jona Gudlaugi filio fabro, famulo suo, contractum iniit, ut hic per totam qvadrantem occidentalem Sanctæ ecclesiæ Holanæ & Bono Gudmundo Episcopo stipem peteret. Dominus Episcopus mercedis loco sedecim joachimicos persolveret, Jonas qvoqve villam Aa in Unadalo cum sex vaccæ æqvamentis, qvæ ibidem præsto sunt, utraqve locario octo joachimicorum, acciperet, Dominus qvoqve meus una cum villa duo vaccæ æqvamenta illi utenda daret, & Dominus meus illi unacum villa aliorum octo joachimicorum pretium præterea emanciparet, rebus utilibus, Domino meo ex pensuro, Jonæ autem accepturo condignis, constans. Jonas, qvicqvid in commutationem eqvorum, & omnes itineris, ut & alias impensas, erogaverit, stipi demeret, earumqve exactam rationem redderet, ecclesia autem Holana & Episcopus reliqvum stipis, tam magnum, qvam parvum, possideret. Item Jonas jam statim priusqvam mendicatum iverit, viginti ulnas panni inqvilini, & totidem alias vere proxime subseqventi acciperet.

Litr. E.

(e) A sunnodagæn næsta fyrir Philippi ok Jacobi a sama aræ uar þetta forordh mins herra ok iussa Semundasonar ath minn herra skuldæ gifua honom sim hundrot j þionozstulæyn i þessu. tuæggia kua fodur hæima a Holum med nyt ok kalfsældi tuituga uodh goda ok tiu aura j voru tolf ferdonga smör æin godan panssara med forstalæ ok tau hundrot fyrir huder fyrir kækimæistara ræntto ok tolf fiordonga smör ok tau naut ok her til gaf hann iussa ty tvæggia kua fodr ok nyt ok kalf ath æino huerio utbuæ skuldæ min herra hesta hann æn iussæ skuldæ hesta sin pilt.

Cap. IV.

De Gotskalko Gotskalki filio.

§. I.

Gotskalkus Gotskalki filius ex antiqvissima nobilitate Norvegica oriundus, ut ex Christophori III. Daniæ Regis literis (f), datis 1442, apparet, (qvibus eundem, cathedram Holensem, omniaqve eorum utensilia & servitia in suam accepit singularem protectionem) hoc ipso anno Holanus Episcopus factus est, qvam promotionem aliqvo modo ipsi debuisse Pontifici Romano non est vero dissimile, cum eandem ab eo emere necessum

(e) Dominica proxima ante Philippi & Jacobi eodem anno, hic erat contractus Domini mei & Jussii Sæmundi filii, ut Dominus meus operam ejus viginti imperialibus, his speciebus expendendis, compensaret: Duarum vaccarum in prædio cathedræ domestico Holis saginatione, qvarum lac & vituli Jussio cederent; panni inqvilini melioris notæ ulnis viginti; decem unciis mercium; centum & viginti libris butyri; lorica melioris notæ chalybe obducta; octo imperialibus loco corii, qvod præfecto coqvorum expendendum est; ut & centum & viginti libris butyri, & duobus bobus castratis. Adhæc duarum vaccarum saginationem, una cum earum lacte & vitulis, in villa qvadam, in qva cathedra villicationem instituit, Jussio dedit. Dominus meus Jussio, hic autem suo mediastino, ipse, eqvum suppeditaret.

(f) Vid. supra pag. 219.

necessum habuerit (a). In Islandiam venit & Cathedram calcare cœpit anno 1444 ut ex codicillis datis & a Clero Holano subscriptis, Holis, die Martis post festum omnium Sanctorum apparet, in qvibus testantur se vidisse literas collationis & documenta, qvæ Gotskalkus habeat a Spirituali Patre Aslako Archiepiscopo Nidarosiensi & Christophoro Daniæ Norvegiæqve Rege, qvem ideo ut proprium Holanæ diœceseos Episcopum agnoscere, ipsiqve omne debitum obseqvium & honorem promittunt.

§. 2.

Anno 1445 die Jovis post Festum Michaëlis, Mödruvallis in Hörgardal, Oddum Thorkeli filium in jus vocavit, qvod sibi, ut Episcopo, non ostenderit literas collationis, qvod, aut qvo pacto ipsi præbenda Bægisaaënsi uti frui liceat; cui, si eandem promere non possit, præter ingentem mulctam pecuniariam, publica absolutio, ab ipso Episcopo accipienda, indicitur. Anno 1448, revisis rationibus Jonæ Paulini, qvi multis retro annis Holanæ diœceseos Officialis Cathedræqve Dispensator fuerat, omniaqve, tam decimas qvam Denarium Petri ab ipso accuratissime administrata inveniens, perfectissimam apocham dedit, & literas collationis præbendæ Greniadarstadensis, qvas Jonas ab Askelo Archiepiscopo habuit, suo calculo confirmavit (b). Jonas autem hoc anno cum tribus Clericis & octo laicis in Episcopi gratiam testimonium edidit, qvod qvicunqve colonus inter Hraun in Fliotum & Hraun in Skaga, qvi Regi tributum pendere debeat, teneatur etiam Episcopo solvere tributum casei, id est 10 pondo casei aut 7 pondo butyri, qvæ exactio post morbum illum epidemicum, qvi anno 1403 Islandiam valde exinaniverat, primo in desvetudinem venerat, & deinde penitus neglecta fuerat.

§. 3.

Anno 1448, ab Askelo Archiepiscopo Inspector Skalholtinæ diœceseos & totius Islandiæ Generalis Visitator constituitur (c), sed audita

Eeee 2 Askeli

(a) Vid. supra Sect. 3. cap. 5. §. 1. pag. 478.

(b) Qvod vi privilegii, supra pag. 348. a nobis allati, fecisse videtur.

(c) Vid. supra pag. 340.

Aſkeli morte in Daniam anno 1450 tranſiiſſe videtur, ibiqve præſens Marcello Poſtulato Nidaroſienſi, numeraſſe 119 lothones argenti, qvos Cameræ Apoſtolicæ pro ſuâ in Holanam Cathedram introductione debuit, & a Marcello in Vicariatu diœceſeos Skalholtinæ confirmatus fuiſſe, ſimulqve à Chriſtiano I. clementiſſimas accepiſſe literas, datas Hafniæ, Sabbato proximo ante Feſtum Andreæ Apoſtoli 1450, qvibus non tantum ipſe & Holana Cathedra in ſingularem Regis protectionem ſuſcipiuntur, ſed præterea ipſi conceditur, ut ejus navis mercatoria libere in portubus Norvegiæ mercaturam exerceat (a); Sed in patriam redux anno 1451, in Synodo Provinciali Clero Holano reſolvendum propoſuit, qvo modo & a qvo ſolvendæ eſſent impenſæ hac peregrinatione ab ipſo factæ, qvas Cathedraticum & contributiones vocant (b), qvi unanimi effato, qvod omnes unius anni decimæ, templis per univerſam diœceſin Holanam debitæ, ipſi cedant, decreverunt (c).

§. 4.

Ut fidum decebat Archiepiſcopi Vicarium, denarium Petri ſollicite conqvirebat. Naglam pro qvovis capite exigens (d), qvas, aliasqve rationes

---

(a) Vid. ſupra pag. 240.

(b) Qva fronte Prælati iſti Holenſes, Abbates, Officiales, aliiqve primarii Presbyteri has expenſas vocare potuerunt *Cathedraticum* & *Contributiones*, non video, cum Cathedraticum fuerit illa pars oblationum & donorum, qvæ in Encæniis & Natalitiis templorum Epiſcopo cedebant, & dudum in Iſlandia abrogatæ erant. Vide ſupra Per. 2. Sect. 2. cap. 4. pag. 234.

(c) Suſpicio oriri poſſit hic legendum eſſe annum 1501, ita ut hæc ſententia perlata, ad Gotſkalkum poſteriorem referenda ſit, eo qvod multa judicum nomina in id temporis actis occurrant.

(d) Ex præſcripto *LL Eccleſ.* cap. 31. debuit qvivis pro ſe Divo Petro pendere *unum nummum numeratum, qvorum decem unam ulnam faciebant*, qvi nummus vocabatur *Nagli;* Sed cum qvatuor oboli unam faciant ulnam, manifeſtum eſt Denarium Petri, ſive Naglam, fuiſſe ⅖ unius oboli numerati; Diſcrimen autem inter nummum *numeratum* (talenn) qvi in mercibus conſiſtebat, & *penſum* ſive *ponderatum* (veginn) argentum ſignatum, tantum fuit, ut unus ponderatus, æqvaret ſex numeratos, conf. ſupra Tom. 1. pag. 63.

rationes purgatum (a), variaqve negotia expeditum, sobrinum suum Olaum Rögnvalldi anno 1452 in Daniam transmisit, qvi proximo anno revertens attulit: 1) Clementissimas Regis Christiani I. litteras, datas Hafniæ die Gregorii 1453, qvibus mandat, ut Marcello absenti diœceseos Skalholtinæ cives morem gerant. 2) Ipsius Marcelli literas ad ejusdem diœceseos incolas, qvibus Vicariatum Gotskalki denuo confirmat, & vetat, ne recipiatur Matthæus Episcopus, qvi vagabundus per Norvegiæ Regnum se ubicunqve ingerere studeat, datas eodem anno, die Benedicti (b). 3) Henrici Kalteisen Archiepiscopi Nidarosiensis literas, datas Bergis, die Marci, qvibus Gotskalko notum facit, & se, & Regem, confirmasse literas Marcelli Episcopi, qvibus ille Vicariatum diœceseos Skalholtinæ ipsi contulerat; præcipue autem ipsi injungit, ut Biörnum Thorleifi, qvi Skalholtinam sedem occupaverat, inde ejiciat, & ab illo rationes proventuum a morte Gotsvinni ad præsens tempus severe exposcat, ipsumqve, si tergiversetur, excommunicet, qva occasione in laïcorum temeritatem, templa & eorum possessiones aliaqve sacris usibus destinata, tractare præsumentium, graviter invehitur. Præterea ad tempora qvibus Gotskalkus fuit Vicarius Marcelli in diœcesi Skalholtina, proprioqve nomine Holanam rexit, referendæ sunt literæ Nicolai V. Pontif. Rom. Datæ 12 Calend. Octobr. 1448, qvibus Skalholtino & Holano Episcopis injungit, ut personam idoneam & utilem Grönlandis in Episcopum ordinent & instituant (c). Qvid autem in

Eeee 3 hoc

(a) *Nos Marcellus Dei gratia Episcopus Skalholtensis, item Nidarosiensis Ecclesiæ Postulatus, notum facimus per patentes & recognoscimus, quod nos anno Domini 1453 feria tertia post Dominicam Judica, recepimus manuale a dilecto nobis in Christo Domino Olafo Rögnvaldi Presbytero diœceseos Skaloltensis pro parte Reverendi Patris, Domini Gotscalci Episcopi Holensis & Administratoris Ecclesiæ nostræ Skalholtensis, nobilia Anglicana aurea ad computum qvatuor marcarum monetæ Hafniæ quodlibet, in quorum testimonii & fidei dictis Domino Episcopo Gotscalco & Olafo prævalentem qvittantiam & testimonium recognoscimus damus & impartimur. Datum Hafniæ Roskilldensis diœceseos in die Sancti Benedicti, anno Domini 1453 nostro sub Sigillo præsentibus appenso.*

Daniel Kerker *Secretarius.*

(b) De Gotskalki in diœcesi Skalholtina actis, vid. supra pag. 478. 479.

(c) Literas istas vid. in Celeberr. & de Historia Danica meritissimi *SCHLEGEL Samlung zur Dänischen Geschichte* &c. Tom. 1. part. 1. pag. 178.

hoc negotio Præsul perfecerit, ignoramus; id autem certum esse statuimus, qvod paucis post annis, Andreas qvidam Grönlandiæ Episcopus fuerit (a).

§. 5.

Anno 1454 prædium ytre Ey, qvod Abbas Asbiörnius a Cœnobio Thingeyrensi abalienaverat, ei, sua sententia pro tribunali restituit. Anno 1456 prædium Hardbak, ad Holanam Cathedram pertinens, exceptis tamen oris maritimis & omnibus qvæ ibidem a mari ejiciuntur, Einaro Abbati Munkathveraaënsi vendidit, qvi Episcopo prædium Dy in redhostimentum tradidit, ut testantur codicilli dati Holis, die Chudberti. Ultimum autem ejus actorum, (nam plura consulto omittimus) qvod ad nos pervenit, est acqvisitio prædii Nup in tractu Ejafiallensi intra diœcesin Skalholtinam, partim ob promissam sustentationem Ingebiorgæ Olai filiæ, partim ob delictum filiorum ejusdem Ingebiorgæ, qvi in templo Nupensi conflixerant, reliqvam autem ejusdem prædii partem anno 1451 ab iisdem emerat. Datæ sunt literæ mortuo Gotskalko Holti ad Ejafioll, in Nativitate Sanctæ Virginis 1457 qvo anno paulo ante e vita excessit, cum Holanæ diœcesi annis 15 præfuisset, ibidem autem 13 sedisset, Skalholtinam vero octennio gubernasset; Vir haudqvaqvam malus, & Holanorum Præsulum, qvi hoc seculo vixerunt, nulli secundus.

CAP. V.

De Olao Rognvaldi filio.

§. 1.

Mortuo Gotskalko, Jonas Pauli, Pastor Greinjadarstadensis, qvi antea sæpius, nunc Dispensator opum Cathedralium, nunc diœceseos (ut loqvi amabant) Officialis fuerat, consentiente clero Holano, aut Gotskalko

---

(a) Vid. supra pag. 481.

Gotskalko moriente ita constituente, idem Officialis munus suscepit (a). *Olaus* autem *Rögnvalldi filius*, Gotskalki sobrinus (b), natione Norvegus, Pastor primo Oddensis & deinde Breidabolstadensis, a Clero electus, anno 1458 in Norvegiam primo, & deinde in Daniam, trajecit, qvo audito, Matthæus Episcopus Holas advolat, & ut cathedra sibi cedatur, postulat; qvod cum Officialis absente Olao facere pernegaret, interventu Biörni Thorleissonii, tum temporis totius Islandiæ Satrapæ, factum est & ab omnibus acceptum, ut Matthæus ab Holana Cathedra abstineat, donec tempus, qvisnam verus ejus foret Episcopus, edoceat (c).

§. 2.

In Norvegiam veniens Rögnvalldinus ab Olao Archiepiscopo gratanter exceptus fuit, qvi in ipsius favorem ad Islandos literas dedit, Bergis die Petri & Pauli 1459 qvibus sub summa obedientia & excommunicationis pœna prohibet Matthæum in alterutrum Islandiæ Episcopatum recipi, cum a Canonicis Nidarosiensibus, qvibus jus vocationis ad Islandicos Episcopatus competat, nullam habeat vocationem, esse præterea perjurum, sui ordinis apostatam, excommunicatum & erronem, qvi ubivis semet intrudere discupiat; Si vero sedem Holanam aut aliqvæ ejus bona rapuerit, jubet incolas, Olao Rögnvalldi suo Postulato & futuro Episcopo succurrere, & Matthiam qvam primum expellere, gratiam & præmium a se exspectare jubens (d). Ex Norvegia in Daniam transiit Olaus, & a Rege Præturam Toparchiæ Skagfiordensis emendicatus est; cujus collationis literæ datæ sunt Hafniæ in vigilia Andreæ, in qvibus Holanus Episcopus audit; unde patet literas Archiepiscopi datas esse anteqvam Olaus ordinatus fuit, & forte eodem anno in Islandiam transmissas; Olaum autem post ordinationem in Daniam profectum esse,

---

(a) Vid. supra pag. 391.

(b) Fratris filium faciunt *BIORNUS de Skardsaa*, & qvotqvot eum seqvuntur *Annalium* scriptores; Sed sororis filium *ARNGRIMUS JONÆ* in *Comment. de Isl.* fol. 62. & qvi eum semper seqvitur *THEOD. THORLACIUS* in *Catalogo Episc. Isl.* impr. 1688, aliiqve, qvi *ARNGRIMUM* exscribere solent.

(c) Transactionem istam vid. ad finem hujus Cap. Litr. A.

(d) Vid. plura de Mattheo supra pag. 480.

esse, &, cum ibidem festo Andreæ, in aula Regis hæreret in Islandiam anno tandem 1460 reversum esse, qvicqvid dicant *Annalium* Scriptores, qvi ejus reditum ad annum 1459 referunt.

§. 3.

In patriam redux, dioecesin ab Officiali acceptam administrare cœpit, cui perfectissimam suæ administrationis apocham dedit; sed anno 1464 inimicitiæ inter eos nasci cœperunt, qvarum causa fuit, qvod Paulinus prædium Valthiofstadi qvod Jonas Tovæ filius Holanæ Cathedræ 1419 adjudicaverat, ut suum peculium retinuit, suæqve concubinæ Thorunæ Finnbogi filiæ habitandum concessit, qvam Præsul ideo in jus vocavit, sed licet nec ipsa, nec qvisqvam ejus vice compareret, jurejurando tamen probari curavit, qvod Jonas Biarni filius hocce prædium Holanæ Cathedræ in sempiternum peculium emancipaverit, qvodqve Cathedra ejus usus fructus integrum decennium retinuerit, tandemqve prædium Cathedræ penitus adjudicavit, dictamqve pro tribunali sententiam Olao Pastori Husavikensi mandavit ut Thorunnæ notam faciat, qvam ille Grenjadarstadi Dominica ante Festum Jacobi, ut in mandatis habuit, legere cœpit, qvod audiens Jonas Pauli, maledictis & irarum plenus Pastorem adoritur; Thorgilsus autem Gunnlaugi filius schedam arripiens discidit, qvapropter Præsul Thorgilsum diris devovit, Finnbogum vero, Jonæ & Thorunnæ filium, aliosqve Jonæ domesticos excommunicavit, sacraqve in templo Grenjadarstadensi administrari interdixit, ipsi tamen Jonæ parcens, forte qvod ætatem & antiqva viri merita respiceret; Sed cum rei hæc nihili facerent, tandem anno 1466 Pastorem qvendam Jonam Petri, qvi sacra in templo Grenjadarstadensi, præsente Finnbogo aliisqve excommunicatis, administraverat, in jus vocavit, qvi, etsi in judicio, qvod Videvallis die Veneris ante Nativitatem Baptistæ constitutum fuit, non compareret, tamen ut ipso facto excommunicationem promeritus, condemnatur, qviqve Episcopo pendere debeat tres marcas pro qvovis, qvem ad sacra in templo Grenjadarstadensi admiserat, & sex marcas pro qvovis qvi Thorgilso communicaverat, a qvo diris devotus fuit; Holas deinde se conferat, absolutionem ab ipso Episcopo accepturus, & pœnitentias exantlaturus, qvas Gratiæ Episcopali præscribere placuerit. Sed cum omnibus hisce

parum

parum proficeret, tandem anno 1468, die Saturni ante Festum Jacobi, ad prædium Rodugrund, intercessoribus Einaro Abbate Munkatheraaënsi, Sigurdo Priore Mödruvallensi, Sveinbiorno Officiale & Thorleifo Cathedræ Dispensatore, pactum inter Episcopum & Paulum Jonæ patrem initur, qvo Præsul iram compescens, in Pauli gratiam omnes hasce causas condonavit & oblivioni penitus dare promisit; Paulus autem Præsuli prædium Valthiofstader penitus addixit cum 160 joachimicorum valoris placamento; Tandemqve etiam Episcopum cum suo satellitio, splendido excipere convivio, ex qvo haud indonatus discederet, promisit.

§. 4.

Anno 1467, cum Provinciam Eyafiordensem visitaret, in solenni comissatione, a Pastore Saurbæensi instituta, qvæ communiter dicta fuit *Biskups veitsla* (Hospitalitas Episcopi, seu commissatio in Episcopi Visitatione instituenda) inter ipsius satellites Skulium Arnæ filium & Hallvardum Amundi filium, jurgium ortum est, qvod tandem ad manus & gladios venit, ita ut Skulius gladio Hallvardi occumberet, qvi in hac seditione, anteqvam exspiravit, Episcopi manum leviter sauciaverat, qvam causam Skulii fratres, Runolfus, Sturla & Bodvarus, Arnæ filii, ne anima fratris gravius pateretur Episcopi judicio sua sponte subjecerunt, sperantes hoc modo mitiorem de mortui delicto sententiam; Sed spe sua frustrati, a duodecimvirali Collegio ab ipso Episcopo in hunc finem instituto, injunctum illis fuit ut Episcopo ob plagam ipsi inflictam fratris loco solvant plenam Præsulis Juris violati mulctam ɔ 60 marcas; deinde etiam 60 marcas, qvod in Visitatione Ecclesiastica hoc factum acciderat, & tandem etiam 60 marcas, qvod Præsul ipsius herus fuit; Præterea unam supra viginti marcam ad medicinam vulneris, & templo cathedrali 60 marcas, adeo ut illis, hæc plagula, præter fratris vitam, 348 joachimicis constiterit. Cum autem de cæde Skulii lege agendum esset, Præsul protestatus est Skulium semet sauciasse, anteqvam illi ab Hallvardo lethalis plaga inflicta fuit; ideoqve jure cæsum censeri debere, qvapropter judices causam ut valde perplexam, & ipsis inextricabilem, Regiæ Majestati referendam esse censuerunt. Præsul vero, ut Prætor provinciæ Skagfiordensis, Hallvardum pro insonte habuit, & ut supplicem, qvi ad templum Holanum, tanqvam asylum, confugerat,

donec ex insula enavigare posset, securum declaravit, egregie hoc modo ostendens, qvanto paucæ ipsius sangvinis guttulæ, Skulii vita pretiosiores haberi deberent.

§. 5.

Anno 1470 Ingebiörga qvædam Einari filia, injuriam sibi a marito suo Runolfo Höskuldi illatam, coram Præsule qvesta est, qvod se penitus contemta desertaqve, eorum legitimis liberis neglectis, qvinqve adulterinos ex Halldora qvadam Theodori, sextum autem ex Thordisa Gudmundi filia susceperit, simulqve rogavit, ut Episcopus inter eos divortium decerneret, spondens se cum nemine, vivo Runolfo congressuram. Qvi a Præsule in jus vocatus Vidvikæ, eidem se suamqve causam humiliter subjecit, omniaqve hæc adulteria, prædia Skollatungam, Brattavallas, Hornbreckam, & 160 argenti unciarum valorem emancipando, expiavit. Et paulo post Præsuli in sempiternum sustentationis pretium prædium Bæesaa cum 120 unciis argenti addixit, qvæ alimentatio & contractus non diuturni fuerunt, nam Runolfus actorum pœnitens, & cœlibatus pertæsus, Holis aufugit, cumqve Halldora denuo consvevit, ambo enim nudi in templo Backensi concumbentes visi sunt, qvapropter Episcopus captivum carceri inclusit, & convocato duodecimvirali Collegio sententiam promulgari curavit, ut qvemadmodum justo jure captus esset, ita tamdiu in vinculis & carcere præscriptam ab Episcopo pœnitentiam agat, qvoad ipsius Gratiæ placitum foret. Hoc eodem anno Episcopus Olaus Constitutionem fecit, qva septem cum semi prædia Curiæ Holensi pro celebrandis inferiis legat (a).

§. 6.

Anno 1474 Jonam Snorronis Holanæ diœceseos sacerdotem, ob multas gravesqve causas ab officio removit: 1) qvod dupplicis homicidii insimulatus fuerit, a qvibus se nec purgaverit, nec eorundem pœnitentiam egerit. 2) Thorgrimum Pastorem Fagranesensem sauciaverit, a qvo

(a) Vid. ad finem hujus Capitis Litr. B.

a qvo peccato, etsi non esset absolutus, sacrum tamen officium in contemtum sui administraverit. 3) Ut latro per totam Islandiam grassatus esset rapinis, adeo, ut ipsi Episcopo duos eqvos surripuerit: sibiqve in Præsulis & cathedræ damnum detinuerit. 4) Multis annis Episcopo immorigerum & retractarium semet præstiterit; cum vero ipsum suis literis monuerit, & sacris interdixerit, Holas pervenerit, multaqve jurgia & maledicta in se evomuerit; qvapropter ab officio, Beneficio & Pastorali honore eum removit, & ex Ecclesia Holana ejusqve sanctitatibus penitus ejecit, prohibens omnes sacerdotes, ipso præsente missam canere aut sacra administrare, jubens qvoque, ut omnes eum, donec pœnitentiam ageret, tanqvam ipsius Dei iram, vitarent & fugerent; qvod si non faceret, solenniter se cum suis Clericis, sonantibus campanis, & accensis candelis, diris devoturum minabatur; hanc excommunicationem per universam toparchiam Skagfiordensem tam clara voce, testibus adhibitis, Thorarinum Stephani legere jubet, ut ab omnibus audiri qveat. Eodem anno pratum qvoddam inter Holas & Reykiarhol controversum, Holis adjudicavit, 60 marcarum adjiciens mulctam, si qvis illi damnum adferre præsumat Exstant præterea plura hujus anni Acta minoris qvidem notæ, sed qvæ omnia viri ingenium clare ostendunt.

§. 7.

Floruit hoc tempore sacerdos qvidam, Sigmundus Steindori, ingenio & viribus pollens, concubinam habens Solveigam Thorleifi filiam, Biörni Divitis sororem, sed Einari Biörni filii amitam, (qvorum uterqve Islandiæ Præfecturam gesserunt. Ex hac Solveiga inter alios famosum illum Nomophylacem Jonam Sigismundi, Gudbrandi Episcopi Holani spectatissimi avum maternum, suscepit Hic primo Episcopi amicorum albo inscriptus, ab illo præbendam Miklabæensem & Præposituram Hunavatnensem obtinuit: sed anno 1474 eorum amicitia ita frigescere cœpit, ut Præsul ei dicam scriberet: 1) qvod Pastorem qvendam in jus vocaverit, qvi ejus jurisdictioni non erat subditus, qvod Sigismundus negavit, dicens se ab Episcopo hujus causæ judicem constitutum fuisse; qva de re judicum sententia fuit, inobedientiæ eum

reum esse; nisi intra mensis exitum testibus legitimis suam innocentiam probet 2) Qvod literas excommunicationis Gudmundo Thorarini & Vilborgæ Martini filiæ debito more & legitime prælegi non curasset, qvapropter etiam contumaciæ reus judicatur. 3) Qvod Biörgam Thordi filiam, domi suæ plus qvam 4 hebdomadas contra edictum Episcopi manere permisisset, qvod tertia contumaciæ condemnationis causa fuit. 4) Qvod nullam reddidisset rationem triennalium decimarum Toparchiæ Hunavatnensis, qvam intra septem dies reddere & triginta marcas pro qvovis anno solvere jubetur. Reliqvas autem causas judices ipsi Episcopo dijudicandas submiserunt, qvi jam, ut sæpius solitus erat, judicem & actorem agens, Sigismundo Præbendam Miklabæ in sempiternum, sed officium in triennium abjudicavit; absolutionem autem contumaciæ criminum a se ipso impetrandam edixit; Qvo facto Miklabæense Beneficium Jonæ Broddi filio contulit, qvem etiam Inspectorem totius diœceseos constituit, ipse autem ad exteros enavigavit; Qvod Sigismundo, natura haud qvaqvam pusillanimi, & affinium, præsertim Einari Thorlevidæ, potentia freto, animum ita auxit, ut promulgatum judicium non tantum nullius faceret, sed præterea per filium Asgrimum, armatis stipatum, Miklabæum invaderet, qvi qvicqvid ibidem invenit, in suam redegit potestatem, qvod ut audivit Broddinus, convocatis rusticis Asgrimum invadit, qvi etsi non imparatus opprimi non posset, Broddino tamen impar, firmiter stipulatus, posthac se nunqvam Broddino adversaturum, abitum cum suis impetravit. Idem etiam eadem hyeme Sigismundus Broddino jurejurando promisit, & præterea prædictum se judicium omnimode impleturum; Infida autem hæc pax fuit; nam anno 1476 ipse Sigismundus & Einarus Biörni cum Asgrimo & duobus aliis Sigismundi filiis, qvorum utriqve Jonæ nomen erat, & 15 aliis asseclis, Miklabæjum armati invadunt, omniaqve qvæ inveniunt, partim consumunt, partim avehunt, partim disperdunt. Qvod audiens Broddinus, qvi tum temporis Episcopali præditus fuit authoritate, Einarum Biörni, ejusqve asseclas, excommunicavit. Sed illi omnia ejus conamina contemnentes, proxima hyeme Miklabæum capiunt, & pro lubitu omnia disponunt. Broddinus autem, qvantum in ipso fuit, par pari retulit, & 13 vaccas, qvas illi Miklabajæ reliqverant, in suam redegit potestatem. Episcopo autem anno 1478 in Islandiam reverso, Sigismundus tandem prope Kalfstadum in Hialltadal, die Jovis ante Divisionem

sionem Apostolorum superiori cessit, eiqve prædium Flatatungam, consentiente Solveiga, cujus id peculium erat, 400 joachimicis æstimatum, & præterea 80 unciarum argenti æqvivalens pretium, tradidit.

§. 8.

Mortuo circa annum 1472, Jona Paulino, Episcopus opulentissimam Præbendam Grenjadarstad Einaro Benedicti certis conditionibus contulerat; qvarum præcipuæ, qvæ huc pertinere videntur, fuerunt; ut tertiam partem salmonum, qvos ibidem capi contingat, justoqve jure ad cathedram Holanam pertineant, ipsi tradat; Omnibus, Episcopo, contra qvemvis, assistat viribus; nullam concubinam domi alat, sed alibi eam habere, prohibitum non fuit: Sed si ullam injunctarum conditionum negligat, Præbenda privatus foret. Hunc anno 1479 coram Synodo Vidvikæ habita, inobedientiæ accusavit, qvod scilicet salmonum integro septennio captorum nullam sibi reddiderat rationem; qvapropter judicum sententia Præbendam reddere, & pretium promte solvere, jussus est, qvod si uno anno semi marcæ pretium æqvaret, templo Holano 15 marcas, sin vero 4 uncias, aut æqvaverit, aut excesserit, 30 marcas pendat.

§. 9.

Anno 1479, Arnam Höskuldi filium prædiorum Nupufell & Hnappstader possessorem in jus vocavit, eo qvod templis ibidem constitutis ingentem pecuniam deberet, qvod cum Arnas ex judicum sententia non solveret, Præsul anno 1480 edito scripto edixit, utrumqve prædium templis cedi debere, & præterea tantum mobilium bonorum, qvantum debitum Arnæ, pretium prædiorum excedat, qvemqve ea inhabitare, iisdemve sine sua venia uti frui prohibens: Qvod cum Arnas innocentia & bona conscientia (ut videri voluit) fretus, nil curaret, & prædia nihilo secius retineret, Præsul tandem anno 1480, convocata 24 sacerdotum Synodo, Arnam, excommunicationis pœnam promeritum, præter 4 marcarum mulctam, qvam Episcopo solvat, Holis se sistere absolutionem accepturum, easqve subire pœnas, qvas ejus Gratiæ injungere placeat, judicabat: Mortuo autem Arna, amicorum interventu

 factum

factum est, ut Episcopus Höskuldo ejus filio Nupufellum concederet, si modo æqvivalens solvat pretium (a).

§. 10.

Ab anno 1470 ad 1489 viguit controversia Hvassafellensis de Biarno Olai & ejus filia Randida; Biarnus hicce, vir prædiorum & pecoris dives, qvod cum filia sua Randida impudice consvesceret, diffamatus fuit, sed qvam vere, ambigitur; Præsul autem, ne talia impune fierent, sui muneris esse ducens, Biarnum callide interceptum, Holas deportari & carceri includi curavit, in qvo coram Episcopo & aliis, qvod cum filia sæpius congressus fuerit, qvam memoriter numerare possit, confessus esse fertur, qvapropter ab Episcopo præscriptis, nec paucis, nec levibus, pœnis competentibus, absolutus dimittitur; Sed sui juris factus, omnia pernegavit, & carceris sqvalore & cruciatibus victum confessum se esse affirmavit: Randida vero in umbra Rafni Nomophylacis delitescens, factum constanter denegavit; Rafnus vero qvod sui muneris erat, curans, in Comitiis generalibus, cum 24 Assessoribus, anno 1481, pro tribunali sententiam dixit: Randidam, si posset, cum 12 mulieribus, eandem excusantibus, jurejurando semet purgare debere: Biarni autem incarcerationem, causa indicta, contra leges factam esse, cui, ex earum præscripto, duodecimvirali jurejurando crimine se liberare liceret; Regiqve totum causæ connexum referendum esse, hujus enim de eadem statuere, solius esse. Licet autem utriqve, Biarnus & Randida, tale præstiterunt jusjurandum, non tamen ab incepto destitit Præsul; Sed qvinqve Sacerdotum testimonio, qvod Biarnum in carcere leniter tractaverit, aliisqve pro sua causa præmunitus, in Norvegiam transiit, acceptaqve Archiepiscopi confirmatione eorum qvæ acta erant, & mandato, qvod Biarnus qvam primum Islandia relicta, loca sacra freqventet; Randida autem in patria, acta competenti pœnitentia ab Episcopo absolvatur, in Islandiam reversus, anno 1484 Vidvikæ, convocata Synodo, Biarni in carcere factam peccati confessionem, duorum Sacerdotum juramento confirmari curavit, ipsumqve omnibus, qvæ de eo ex legum Eccleſi-

(a) Hæc controversia, & plures ejusdem naturæ, occasionem præbuerunt edicto regio qvod supra pag. 241. attulimus.

Ecclesiasticarum præscripto constituta & judicata essent, teneri, possessionum autem dimidiam partem Regio fisco, dimidiam vero Episcopo deberi, judicavit. Qvid inde de Biarno & Randida factum fuerit, non liqvet, nisi qvod Biarnus in excommunicatione decesserit, probabile est, ut ex dicendis patebit. Randida autem in diœcesin Skalholtinam transiit; Skalholti enim constituta, anno 1497, Eirico Einari villam Vadum in Skriduhverfi vendidit. Bonorum Biarni confiscatio, certas ob causas, dilata esse videtur ad annum 1491, cum totius Islandiæ Præfectus, Ambrosius Illiqvod, Spialldhagæ, in Tractu Ejafiord, eadem frustra appeteret; Paulus enim Brandi filius, 110 armatis stipatus, Biarnum ejusqve causam tam strenue defendit, ut Præfectus re infecta discederet. Tandem autem 1492, Ambrosio cum suis, Episcopo cum duobus Sacerdotibus, Paulo Brandi cum multis aliis, ibidem convenientibus, res ad umbilicum venit, ita ut Præsul & Præfectus, cum nulli alii id facere vellent, sortitione adhibita; prædia dividerent, qva Præsul Thveraa in Fnioskadal, Heidarhus & Vik in Flatejardal, adeptus est (a).

§. 11.

A Rafno Nomophylace, ut rebatur, & haberi voluit, illatam Ecclesiæ & sibi injuriam, qvod de causa Biarni, qvam mere Ecclesiasticam esse dixit, jus dicere ausus erat, haudqvaqvam ferre potuit Episcopalis justitia, qvin eundem id circo excommunicaret, qvod Nomophylacem anno 1481 Præsuli se sistere & absolutionem petere adegit, qvod ille, nisi Randidam sibi traderet, & supplex pœnitentiam ageret, recusavit, qvæ cum Rafnus promittere nollet, re infecta discessum est; Qvi, ut Episcopo qvam plurima ægre faceret, Randidam, ut insontem, secum habuit, & cum ea communicavit, Sacerdotibus causis Politicis sese immiscere, easqve judicare, aliis autem Regis subditis Episcopi prædia conducere, & in villis ipsius ministrare, interdixit, & ut videtur, supplicem libellum plebis, de Episcopo qverimonias continentem, Regi referendum accepit. Præsul vero suis militans armis, maximam minitabatur dirarum devotionem, eamqve in templis solenni more ter proclamari jussit, qvod Rafnum non qvidem fregit, sed, utut prohibente & omnimode

(a) Vid. supra pag. 246.

omnimode inhibente Præsule, ad exteros abiret, adegit. Qvo ille audito, Clerum Holas freqventem convocat, qvorum 24 omnium loco subscripserunt, Rafnum Nomophylacem Gratioso suo Domino & Spirituali Patri, Domino Olao, immorigerum fuisse, & contra ejusdem Gratiam conspirationem fecisse, qvod sententiis, qvæ hic secundum leges Ecclesiæ promulgavit, parere & teneri noluerit, qvi etiam plebem patriæ induxerit, famosum de Episcopo edere libellum, qvo ipsius nomen intra & extra diœcesin diffamaret. Episcopum autem templum Cathedrale refecisse, ornamenta argentea, vestes sacras & simulacra addidisse, extra Insulam discedentem omnes thesauros Clero semper concredidisse, nec sibi aut Templo, nisi legibus, judiciis & pactis, qvicqvam acqvisivisse, cumqve, ut Nobilem decet Dominum Ecclesiam gubernaverit, se nullius rei ipsi conscios esse, qvod invidiam ei creare posset; Plebem vero contra Episcopum eo temeritatis processisse, qvod Ecclesiæ jura prosequi non potuerit, unde inter Clerum & Plebem inimicitia tanta sit orta, qvæ Religionis eradicationem & ruinam secum sit tractura, ni mature & valide obveniatur; tandemqve per Deum & omnia sacra, Regem, Archiepiscopum, & Regni Senatum adjurant, ut afflictæ subveniant Ecclesiæ.

§. 12.

His aliisqve testimoniis Præsul instructus enavigavit, Rafnumqve suo nomine coram Rege & Archiepiscopo accusavit, qvod odia & conspirationem contra se, non tantum in causa Hvassafellensi, sed multoties excitaverit, qvod nullam sacelli, qvod domi haberet, proventuum rationem reddiderit, aliisqve, ad idem audendum, autor fuerit, tandemqve qvod in sui visitantis honorem Convivium Episcopale non instituerit; Qvibus effecit, ut Archiepiscopus hoc anno monitorias ederet literas, qvibus primo in Rafnum acriter invehitur, cujus acta & judicia in causa Hvassafellensi sufflaminat, Episcopi vero confirmat; illis, qvi cum Rafno contra Episcopum steterant, consulit, ut se Episcopo submittant, ni devotionis pænam subire malint. Rex autem Islandis scripsit anno 1483, ut Episcopo obedientiam præstent, debito eum mactent honore, debita & proventus promte reddant. Nomophylaci, ut ejus jurisdictioni & Ecclesiæ commodis nullo modo sit impedimento, mandat;

dat; Præfecto etiam Regio Thorleifo Biörni filio idem injungitur. Datum Stöffrene, Sabbatho proximo post Festum Jacobi Apostoli (a).

§. 13.

Dum hac vice apud exteros egit Præsul, duos habuit in Officiales, Sveinbiörnum Thordi Pastorem Grenjadarstadensem, & Sigurdum Mælefellensem, qvi anno 1483, Jonam Thorvalldi, postea cathedræ Holanæ vicarium, & deniqve Abbatem Thingeyrensem in jus vocavit, 1) qvod infantis non recte baptisati, baptismum confirmavit, ob qvod sesqvi marca mulctatur. 2) qvod Olao Biörni filio præsente, qvi a sacris arcendus erat, sacra administrasse, & cum ipso die viridium communicasse insimularetur, aut se 4 virorum jurejurando purget, aut tres marcas pro qvavis missa solvat, & ipso facto excommunicatus, ab officio & Beneficiis Ecclesiæ suspensus, qvamdiu Officialis Gratiæ placitum foret, a qvo, probata sua pœnitentia, absolutionem petat. 3) qvod dispensationem in cœnobio Reinestadensi sibi sumserit, qvapropter, nisi probare possit Officialem Abbatissæ concessisse illius aut alius Pastoris opera in eo officio uti, ipso opere, ut contumacem, excommunicationis reatum sibi contraxisse, Holano templo 15 marcas debere. A reliqvis causis reus semet purgare qvodammodo potuit. Acta hæc sunt Gielldingahollti, die Veneris ante festum Michaëlis. Sveinbiörnus autem Magnum Thorkeli filium templum & ædificia Præbendæ Laufasensis, qva ipsius pater Thorkelus Gudbiarti 35 annis fruitus fuerat, 215 joachimicorum valore reficere jussit.

§. 14.

Anteqvam ex Islandia solvit Præsul, ut Nomophylaci ejusqve amicis ægre faciat, Rafno Brandi, & ejus fratribus, qvi mortuo patre in matris gratiam, pro pecunia, qvam templo Bardensi debuerat, prædes semet interposuerant, diem dixit, qvod decimas, mortualia, aliosqve proventus & donaria templi Bardensis profudissent, cum templum valde nutet

---

(a) Vid. supra pag. 248.

nutet & refectione opus habeat; Qva de causa sententiam dixerunt judices, debere Brandinos, duobus testibus, qvi diutissime in parœcia Bardensi fuerant, & proprio interposito jurejurando probare, qvantum ex templi decimis, mortualiis, aliisqve id temporis solvi solitis pensionibus, tam pater, dum in vivis fuit, qvam ipsi, acceperint, præterea, ob retentas decimas qvovis anno tres marcas, & ipsas decimas duplicatas pendere, qvod si ante certum tempus non præstent, ipsum prædium aut tantam ejus partem Episcopo aut Templo adjudicarunt. Cum autem illi judicio non starent, tandem anno 1488 denuo actionem renovari curavit, & uni eorum, Haldoro, qvi prædium Bard tum tenuit, judicio dudum promulgato parere & 4 marcas ob tergiversationem pendere, præterea, ut hoc opere censuram ecclesiasticam promerito, ab Episcopo absolutionem petere injungitur.

§. 15.

In Islandiam reversus, Höskuldo Arnæ filio anno 1491, dicam scripsit: qvod 1) Ecclesiæ jura violaverit, judicando dimidiam partem bonorum Biarni Olai filii, Prætori curandam & administrandam esse, ut Regio fisco debitam, contra judicium 12 Sacerdotum, qvi dimidiam partem templo Holano adjudicaverant. 2) Qvod sciens & volens perjurium commiserit, ut Biarnum Olai, qvi confessus fuit se cum filia Randida incestum commisisse, ab hoc crimine liberarit, contra 24 Sacerdotum judicium. 3) Integro sexennio, a qvo hoc perjurium commisit, indignus acceperit corpus Domini, & deinde biennio eodem se privaverit, contemnendo absolutionem & pœnitentiam, qvam Præsul ex Archiepiscopi mandato ei obtulerat; ob hæc crimina summam ecclesiæ disciplinam & devotionem promeritus esse censetur, omniaqve ipsius bona Episcopo & Templo Cathedrali adjudicantur, dum Romam petat, perfectam absolutionem accepturus, ipsi ab Episcopo jejunia & carinas constituenda esse. Qvod Höskuldum ita fregit, ut anno 1492 Episcopo se sistens, obedientiam, qvam ipsius Gratia exigere vellet, promitteret, & placamenti loco prædium Blangshlíd cum 80 unciis argenti traderet.

§. 16.

§. 16.

Anno 1489 Eirico Einari filio contumaciæ crimen intendit, qvod, se inscio, cum Germanis ex Islandia excesserit, & ad idem faciendum, Sacerdotem Jonam Gisli filium induxerit, qvo facto contra debitum & promissum, templum Grenjadarstadense desertum & officio vacuum reliqverit; qva de causa decreverunt judices, Ericum ipso facto Grenjadarstadensi præbenda indignum se fecisse, omniaqve ejus bona una cum ipsa Præbenda Episcopali potestati ita deberi, ut cuicunqve, velit ea conferre possit. Cum vero Ericus anno 1492 in Islandiam redux Grenjadarstadum repetere vellet, qvem Archiepiscopum sibi contulisse prætendit, cujus etiam literas depromsit; Præsul recentiores Archiepiscopi literas, contrarium continentes, ei monstravit, dicens Grenjadarstadum se ei nunqvam collaturum, simulqve ei ex Archieipiscopi præscripto, Stephani Episcopi Skalholtini causæ cognitionem obferens. Cum autem Ericus se ipsi submittere nollet, nisi Grenjadarstadum obtineat, qvod Præsul pernegavit, sed alias ei conditiones obferret, unde cibum potum & necessariam sustentationem habere posset, ille stomachabundus dixit se Grenjadarstadum, ni Episcopalis obstaret potentia, obtenturum, & a qvovis Pastore expressurum fore; eoqve dicto discessit, qvod Episcopo, ut contumaciæ signum, maximopere displicuit.

§. 17.

Anno 1490, Steinum Thorvalldi in jus vocavit; 1) qvod excommunicationis literas Jonæ cuidam non prælegisset, qvod ei Episcopus adjecta excommunicationis & contumaciæ pænæ comminatione mandaverat; qvi ea propter a 24 virali Synodo ipso opere excommunicatus, & Holani templi 30 marcarum debitor factus, censetur, nisi eadem hora jurejurando se liberet, non amicitia, nec contumacia ductum id omisisse, qvod ei penitus impossibile fuit, cum præsens non esset. 2) Qvod ad privandum Ecclesiam suo jure, Einaro Biörni filio omnia sua dederit, postqvam hoc delictum commisit, qvo perfectissimam ostenderit contumaciam, eapropter etiam ipso opere excommunicatus, & templi cathedralis 60 marcarum debitor factus esse judicatur. 3) Qvod sine venia ex diœcesi excesserit, templum vero & commissum gregem

deserverit, ob qvod, perinde ac priora, banno innodatus, templo Holano 60 marcas, & præterea pro qvavis parœciæ persona tres marcas pendere jubetur. 4) Qvod his causis implicitus, corpus Domini acceperit, reus sit 6 marcis. 5) Qvod se, aut ex diœcesi, aut etiam e Regione excessurum, si durius, qvam ex legum præscripto, tractetur, minitatus fuerit, qva de causa, aut prædes dare obligatum, aut in carcerem conjiciendum esse, judicant; Episcopo autem 15 marcas solvat, a qvo absolutus; pœnitentiam ex ejus Gratiæ præscripto, agat. Eodem anno Hrafnagili constitutionem fecit Episcopus, ut qvi conjugium inire velint, ipsi, legitimum esse conjugium, testes producant.

§. 18.

Multos annos præbendam Mulam tenuerat Sveinbiörnus Thordi filius, qvi qvondam Holanæ diœceseos Officialis fuerat, sed hoc anno mortuus, successorem habuit Finnbogum, postea non incelebrem Nomophylacem, cui, non habito respectu, qvod laïcus esset, Præsul hanc Præbendam contulit. Hic templum aliasqve ædes ruinosas valde esse conqvestus, filios Sveinbiörni in jus vocavit, qvam controversiam Præsul cum 16 Sacerdotibus ita discidit, ut Sveinbiörnidæ, præter templi & ædium refectionem, 200 uncias argenti Finnbogo solvant, & præterea decimam partem proventuum, qvos Sveinbiörnus acceperat, omni tempore qvo Mulensi præbenda usus fruitusqve fuerat.

§. 19.

Anno 1491, famulo suo Helgoni Asgrimi filio contumaciæ crimen intendit: 1) Qvod ut legitimus suus famulus, suum templiqve mandatum contemsisset, manendo domi, & non eundo, cum Nicolao Vilhelmi filio, qvi in mandatis habuit, Oddi Asgrimi filio judicium qvoddam prælegere, adeoqve per eum stare potuisset, si Nicolaus re infecta reversus fuisset, qvam ob rem a 12 judicibus templo cathedrali 60, Episcopo autem 30 marcas pendere jubetur. 2) Qvod sine commeatu & Episcopo non permittente, ex ejus & templi familia aut clientela exire, alibiqve domicilium figere, præsumserit, excommunicationem promeritus esse,

esse, templo 30, Episcopo 15 marcas solvere, & absolvendus ab ipso Episcopo, ex ejus præscripto pœnitentiam agere, debeat.

§. 20.

Anno 1493, Thorsteinus Thorleifi filius, Pastoris Husavikensis hæres, Pastore mortuo, bona ejus hæreditate sibi relicta, inconsulto Episcopo administrare cœpit; Qvod ille impune ferre nolens, dicam scripsit; 1) Qvod præbendam Husavikensem cum omnibus ad eam pertinentibus, inconsulto Episcopo, administrare sustinuerit, qvapropter ab 18 delegatis judicibus excommunicationis pœnæ reus censetur, qvi omnia qvæcunqve avexerat, sub jurisjurandi fide restituere, absolutionem ab Episcopo petere, & templo Holano 30 marcas solvere, debeat. 2) Pensiones candelis in templo accendi solitis debitas, qvas ex templo Husavikensi abstulit, duplo pendat; Templo Holano ea propter 60, Husavikensi autem 12 marcas solvat; Si vero easdem se ex templo abstulisse neget; qvod 12 virali jurejurando probare debeat, Holano templo tantum 30 marcas solvat, sed nihilo minus ipso opere excommunicatus, ab Episcopo absolutionem petat, cujus jussu pœnitentiam agat. 3) Qvod prædia Vikingastade, Breckam & Koltakot, ad Holanam Cathedram pertinentia, ut ipse confessus erat, annis 17 administraverat, indeqve aliqvid lucri ceperat: Qvod si se permissu Episcoporum fecisse, 12 virali juramento probare non possit, ipso opere excommunicatus esse censetur, qvi templo Holano pro qvovis anno 60 marcas solvat, absolutionem pro solito more ab Episcopo petat, & pœnas qvas ipsius Gratiæ injungere placuerit, exantlet. Ob has causas Thorsteinus Præsuli prædia Presthvammum & Tungam, aliaqve tradidit.

§. 21.

Qvæ hactenus recensuimus, licet pauca sint, respectu eorum qvæ Olaus eodem modo toto officii tempore subditis expressit; satis tamen docent severissime eum jus dixisse, non qvidem justitiæ amore, sed sola avaritia inductum. Qvod autem, ubi severus ille jure procedendi modus locum habere non potuit, aliis technis usus fuerit, ex seqventibus, qvæ inferiis, testamentis aut minis tantum acqvisivit, documentum ca-

pere licet. 1) Nyabai, cum 168 unciarum argenti valore, anno 1464, a Sveno Gudmundi accepit. 2) Anno 1492 ab eodem Sveno Kriddhol, cum 32 unciis argenti. 3) Skalaa, anno. 1474, cum 84 unciis ab Ingebiorga Thorkeli filia. 4) Thorbiargarstados cum 32 unciarum valore a Gudmundo Jonæ anno 1492. 5) Skardsdal a Jona Thordi 1492. 6) Bruarland cum 40 unciis. 7) Sydraholt in Svarfadardal. 8) Hol in Siglufiord a Sigurdo Thorlaci filio 1486. 9) Krossanes a Sveno Sumarlidi filio, cum 32 unciis, 1492. Et sane tam longum, qvam tædiosum foret, omnia ejus prædia omnesqve acqvirendi modos enumerare: Sed qvid ut verus Ecclesiæ episcopus & animarum pastor fecerit, qvod referamus, plane nihil habemus, nisi supra §. 5. laudata inferiarum institutio huc spectare videatur.

§. 22.

Tanta hu'us viri fuit avaritia & dominandi cupiditas, ut Episcopali potestate & honore non contentus, Præfecturam, seu Publicani officium, Toparchiæ Skagfiordensis etiam ambiret, qvod partim ipse, partim per vicarios, viros Politici ordinis, Jonam Grimi & Jonam Thordi gessisse videtur. Prima hujus Præfecturæ Collatio a Rege facta 1459, mentionem facit Episcopi in Regnum & Regem meritorum, in qvorum redhostimentum ipsi hæc Toparchia in biennium conceditur, ea conditione, ut Regis Vasario, qvovis anno, 100 leves aureos inferat (a. Sed hocce Episcopo plane indignum munus, diutius eum admininistrasse, apochæ ipsi a Regiis Præfectis datæ, abunde probant. Prima qvæ ad nos pervenit, data & subscripta est Bergis Norvegorum ab Erico Biörni filio, Præfecto Arcis Bergensis, Dominica post Exaltationem Sanctæ Crucis, 1469, in qva testatur se ab Episcopo Olao accepisse 15 *Spítinga vadmáls* (b) & 30 tributa, jamqve 7 annos elapsos esse, a qvo 10 *Spítinga* ejusdem

(a) In Originali est: " Gyve arliga til vores Fadebuur, hundret lette gylden. "

(b) *Spítinga* incertum est qvid sit. Tantum constare videtur, qvod tum temporis 100 leves aurei valuerint qvinqve *Spítinga* panni Islandici; forte unus *Spíting* continuit 100 ulnas panni, qvodsi verum est, valuit unus levis aureus aut *I let gylden* 5 ulnas panni Islandici. Nostra autem ætate Toparchia Skagfiordensis Regis ærario infert circiter 59 joachimicos.

ejusdem panni acceperit, qvæ omnia 900 aureorum summam conficere fatetur. Altera data est ab Henrico Kerker, totius Islandiæ Satrapa, Sabbato Palmarum 1473, Stafnesi in Islandia, qva fatetur se pro ultimo anno, qvo Præsul Skagfiordensem Præfecturam gesserat, 5 *Spitinga* accepisse. Cumqve rustici & incolæ Toparchiæ Skagfiordensis anno 1473 dubitarent de auctoritate Episcopo a Rege concessa, ad tam vile, & ejus officio indignum, Publicani ministerium, exercendum, ipse in foro provinciali, die Jovis, ante festum Martini, coram Brando Jonæo Nomophylace, literas Collationis produxit, & publice prælegi postulavit, auditaqve Nomophylacis sententia, eum competentem esse Publicanum, officium hocce ad dies vitæ continuasse videtur.

§. 23.

De Olai peregrinationibus *Annalium* Scriptores altum est silentium, sed plus simplice vice eum excucurrisse, & plures qvandoqve annos abfuisse, certum est. Primo videtur in Norvegiam, & inde in Daniam profectus esse anno 1462, inqve ea peregrinatione solvisse 10 illos *Spitinga* panni, qvos Ericus Biörni Præfectus Arcis Bergensis fatetur anno 1469 se ante septennium ab eo accepisse (a), simul etiam in Dania Regem convenisse & Præturæ Skagfiordensis, cum biennium, qvod prima collatio determinat, jam elapsum fuerit, continuationem adeptum esse, probabile est, præsertim cum nulla ipsius, annis 1462 & 63 Acta reperiantur. Deinde etiam anno 1469 Bergis præsentem fuisse, cum 15 illos *Spitinga* panni Islandici & 30 tributa Erico traderet, simulqve apud Regem securitatem Hallvardi Amundini, qvi Skulium Arni anno 1467 occiderat, procurasse videtur. Tertia vice anno 1474 ad exteros abiit, nec prius qvam anno 1477 reversum esse constat, qvo tempore Jonas Broddi filius, Pastor Miklabæensis, dioeceseos Vicarium egit, unde sine dubio est, qvod Clerus Holanus ejus peregrinationum ante annum 1481 factarum,

(a) Erici apocha §. 22. laudata de Olao præsente loqvi videtur, alias enim definitum fuisset, per qvem has merces Episcopus tradi curasset, ut in talibus fieri mos erat. Cumqve Rex ei præsenti in renumerationem officiorum Toparchiam Skagafiordensem tantum in biennium anno 1459 concessisset, non est verisimile eum eandem absenti, sed præsenti, & assidue precanti, in dies vitæ contulisse.

rum, in ſuo de illo eodem anno edito teſtimonio mentionem injicit. Qvarta vice eandem calcavit ſemitam anno 1481, denuoqve triennium abſuit. ut expreſſis verbis teſtatum reliqvit ejus Vicarius Sigurdus Thorlaci filius, in ſcripto edito Holis 1486, cui conſentiunt Ketillus Ormi & Gudmundus Jonæ in teſtimonio de prædio Hol in Siglufiord, dato eodem anno die Lunæ ante Jonæ Ogmundini Feſtum. In hac peregrinatione Gauti Archiepiſcopi mandatum de Biarno Olai & ejus filia Randida acqviſivit, datum Bergæ 1481, & Johannis Daniæ Regis Edictum de contumacia ſubditorum erga Epiſcopum, de qva Regi graviter qveſtus erat. & Judicibus Politicis, qvi de rebus Eccleſiaſticis ſententiam ferre præſumunt, qvorum utrumqve Rex ſevere prohibet, datum Stöffrene, Sabbato poſt Feſtum Jacobi 1483 (a). Tandem etiam anno 1494 ut mox manifeſtum fiet.

§. 24.

Anno 1494 die Saturni in hebdomade Paſchatis, citationem edidit, qva Clerum inter tesqva Oxnadalenſia & Hrutafiardaraa ad Synodum provincialem Videvallis die Martis ante Philippi & Jacobi habendam, convocat; Qvid autem ibidem actum fuerit, nobis non conſtat; qvæ Synodus ultima eſſe videtur, qvam Olaus ut Epiſcopus Holanus habuit, aut convocavit, nam eadem æſtate ex Islandia exceſſiſſe, aut mortuum eſſe, inde veriſimile fit, qvod duo diœceſeos Vicarii, Jonas Thorvalldi & Gudmundus Jonæ, nulla facta Epiſcopi mentione, Synodum habuerunt in Vidvik die Mercurii poſt feſtum Michaëlis, ubi controverſiam inter Einarum Abbatem Munkathveraaënſem & hæredes Stígi Einari filii, de villa Illhugaſtad, ſecundum Abbatem pronunciarunt. His etiam judicibus innocentiam ſuam jurejurando probavit Olaus Philippi filius anno 1495, qvod anno 1493 cœmeterium Videdalstungenſe non violaſſet, ubi nulla etiam Olai Epiſcopi mentio fit, qvæ procul dubio facta fuiſſet, ſi in Islandia conſtitutus adhuc fuiſſet. Mortuum fuiſſe Olaum anno 1495, in Diviſione Apoſtolorum, patet ex teſtimonio Erici Einaridæ, Nicolai Thormodidæ & Hallvardi Biörnonis, qvi fatentur audiſſe ſe, præſentesqve fuiſſe, Holis in Islandia, die lunæ poſt

---

(a) Vid. ſupra pag. 248.

post festum Johannis Baptistæ, cum tres Pastores, Gudmundus Jonæ, Jonas Jonæ, Jonas Gisli, & unus laicus, Hialtus Arnkeli, coram Jona Thorvalldi filio jurejurando confirmarunt, qvod audiverint Olaum Episcopum, bonæ memoriæ, dicentem & jubentem omnia sua bona, de qvibus in suo testamento non caverit, esse & haberi debere, Holanæ cathedræ peculium. Vero itaqve simillimum est Olaum anno 1494, cum pestis in Islandia grassare cœpit, cujus sævitia in diœcesi Holana 26 Sacerdotes reliqvit, ad exteros abiisse, ibiqve hoc, aut seqventi, anno mortuum esse (a). Ex talium enim pastorum numero erat vir ille, qvi non ponunt animam pro ovibus, sed videntes periculum adfore, sibi consulunt, non enim tam eas ipsas, qvam qvæ earum erant, per 35 annos, qvos sub eo gemuit diœcesis Holana, qvæsivisse videtur: uni tantum non succumbit impudicitiæ crimini, nam de ejus concubina & liberis

(a) Contradicere videntur summi Viri, *GUDBRANDUS THORLACI filius*, Episcopus Holanus, in *Apologia Jonæ Sigmundini* impressa Holis 1595, & *ARNGRIMUS JONAS* in *Commentario de Islandia* fol. 62. mortem ejus ad annum 1497 referentes; *BIORNUS* autem *de Skardsaa* scribit eum hoc anno post Invent. Crucis, ɔ: 3 Maji, mortuum esse; Sed in promtu est responsum: In Verbis *GUDBRANDI*, qvi autor est hujus relationis, est contradictio tantum apparens, non vero realis & vera: dicit enim Summus Vir Gotskalkum electum esse anno 1497, postqvam Olaus Episcopus mortuus fuit, qvibus verbis electionem Gotskalki ad annum 1497 adstringit, non vero mortem Olai, perinde acsi qvis dixerit: ascendit Cathedram Holanam Jonas Arii filius anno 1525, postqvam Gotskalkus mortuus fuit; qvod verum est de illius promotione & successione in episcopatum 1525, proxime post Gotskalkum, sed falsum de hujus morte, qvæ ad annum 1520 pertinet. *ARNGRIMUS* autem in suo *Commentario de Islandia* videtur *GUDBRANDUM* exscripsisse, sed verba ejus non curate satis attendisse. Taceo, qvod summus Vir in hoc suo *Commentario*, qvem junior scripsit, in Chronologicis qvandoqve hallucinetur. *Skardsaaënsis* magnos hosce Duumviros sine examine secutus, in eo audacior est, qvod mortem Olai ad festum Crucis alligat, qvod tantum ad Gotskalki electionem referendum est. Nam qvorsum 1) duo Officiales cum Episcopali potestate in diœcesi Holana præsente & vivo Episcopo? 2) Actio forensis de hæreditate & opibus Episcopi? 3) Formula loqvendi: *bonæ memoriæ*, de mortuis tantum usitata? ut alia taceam, qvæ huc referri possunt. 4) Episcopi nulla mentio in actis forensibus hujus anni, si adhuc in vivis fuit? Qvæ omnia illæso summorum & de re literaria optime meritorum virorum honore, dicta esse volumus, nemini obtrectantes, & nostras sententias multo minus obtrudentes, modo verititati non fiat vis aut injuria.

liberis omnes filent, fed qvo ad avaritiam & crudelitatem parem vix habuiffe, acta ejus docent.

Litr. A.

(a) Svo felldr giorningr fram for i Afi j hegranefi Anno Domini M CD LVIII fimtudagin næfta fyrir fefæliumeffu at Mattheus er fig kalladi bifkup a Holum lofadi med handabandi birni bonda torleifsfyni ath hallda allan þann giörning ftodugan fem adrgreindr biörn giorde hanns vegna med fira Jon palsfon officialem heilagrar hola kirkiu um ftadin a holum ok allt bifkupsdæmit uppa þenna fama giörning toku þeir höndum faman fyrrnefnder menn biörn ok fira Jon a fvo fyrirfkildu ath heilugh holakirkia ok allt holabifkupsdæmi þat fem heilaga kirkiu ahrærer fkyllde ftanda med fyrir ok feligheit fyrer fer ok ollum finum radum. hier i mot lofadi fira Jon palsfon med famþycki allra dandemanna þeirra er þar voru med honum bæde lærdra manna ok leikmanna ath ef þat kynni til at koma at fira Olafr Rögnvalzfon kæmi aptr til Iflandz ok væri vigdr bifkup til adrgreindrar Holakirkiu edr hitt ath annar bifkup kynni vtt at koma ok kallade fik enn bifkup Holakirkiu þá lofadi fyrrnefndr fira Jon fvo fnart fem hann hefdi þar fulla viffu af ath nokur bifkup kalladi til ftadarins a Holum ath hann fkyldi

---

(a) Seqvens pactum, Afi in Hegranefo, anno Domini M.CD.L.VIII feria qvinta, proxima ante feftum Ceceliæ, initum eft, qvod Matthæus, qvi fe Epifcopum Holanum venditat, Domino Biörno filio Thorleifi ftipulata manu promifit, contractum a prædicto Biörno cum Jona Pauli, Sanctæ ecclefiæ Holanæ Officiali, de cathedra Holenfi & tota diœcefi, fua vice ineundum, fe ratum habiturum, de qvo contractu viri prædicti Biörnus & Dominus Jonas dextras invicem dederunt, fub feqventis pacti conditione, ut Sancta ecclefia Holenfis, & tota diœcefis Holana, qvoad res ecclefiafticas, qvantum ad fe (Matthæum) funqve confilia & gubernationem pertinet, libera & intacta permaneat, e contra Dominus Jonas Pauli filius, ex omnium virorum difcretorum, tam clericorum, qvam laïcorum, tum temporis præfentium, confenfu promifit, qvod fi Dominus Olaus Rögnvalldi in Iflandiam reverfus, prædictæ ecclefiæ Holanæ Epifcopus ordinatus fuerit, vel alius Epifcopus peregre advenerit, qvi fe Holanæ ecclefiæ Epifcopum dictitaverit, prædictus Dominus Jonas promifit, fe, qvam primum hac de re, qvod aliqvis Epifcopus cathedram Holenfem fibi poftulet, certior

ſkyldi giöra bod birni bonda ok ſettia þár feligan dag i ſkagafirde med þeſſum ollum adrgreindum dandimönnum ſvo at þeir mætti þá ſkoda beggia biſkupanna bref ok ſkilriki hvor þeirra þeim ſynizt þa betra ſkial hafa kynni þat ok til ath bera j þeſſum ſama degi ath þeim biſkupunum komi ei ſaman ok vill biſkup Mattheus ei yfergefa ſin bref ok vill þa boda eda ſteſna biſkup Olafi eda þeim ödrum biſkupi ſem til kynni at koma burt af landit ok vill ſa biſkup ei fara enn biſkup Mattheus vill þa en brutt fara af landinu þa ſkyllde biſkup Olafr ſitia ad ſtadnum a Holúm ſem rettum biſkup bæri ok viſitera biſkupsdæmit. En ef biſkup Olafr hefdi omogulegra koſtnad a ſtadnum ok framar enn til ber þa lofade eirek bonde loptzſon at bitala þat ſtadnum uppa ſina peninga vm næſtu tolf manudi upp-frá þeſſi dagþingan ſvo framt ſem biſkup Mattheus kynni til athkoma ok yrde hanns biſkupsſtollinn med rettum lögum kann ok ſvo verda ath ſira olafr fai ongan framgang um kirkiuna en biſkup Mattheus fai enn ny bref uppa Hola biſkupsdæme af vorum helga fodr paſanum erkibiſkupinum i nidaroſi ok ſamþykki vors naduga herra kongſins þa lofade ſira Jon palsſon med ſamþycki allra dandemanna þeirra er þar voru ſamankomner at veita biſkup Mattheus onga mottſtodu ſvo hann megi ei na ſinum biſkupsſtoli ſyri honum.

---

tior factus fuerit, nuntium Domino Biörno miſſurum, &, unacum prædictis illis viris diſcretis, in Skagafiordo conventum indicturum, ut de utriusqve Epiſcopi literis & inſtrumentis, qvænam ſcilicet magis authentica eſſent, diſpiciatur. Qvod ſi eodem hoc die Epiſcopi invicem conciliari neqveant, & Epiſcopus Matthæus ſuis literis cedere nolens, Epiſcopo Olao, aut alteri illi Epiſcopo, diem dixerit, vel extra inſulam provocaverit, qvi peregre abire recuſaverint, ſed Epiſcopus Matthæus ipſe iter ſuſceperit, Epiſcopus Olaus in cathedra Holenſi, ut legitimum oportet Epiſcopum, reſidebit, & diœceſin viſitabit. Qvodſi Epiſcopus Olaus immodicas & juſto majores cathedræ fecerit expenſas, illas Dominus Ericus Lopti filius, propriis ſuis ſumtibus, qvantæ per annum ab hoc pacto proximum fuerint, cathedræ refundere ſpopondit, ſi modo Epiſcopus Matthæus, legitimus, cui cathedra adjudicata fuerit, Epiſcopus poſtea advenerit. Si & evenerit, ut Domino Olao repulſam ferente, Epiſcopus Matthæus novas a Sancto noſtro patre Papa, & Archiepiſcopo Nidroſienſi, literas, ac Gratioſi noſtri Domini Regis conſenſum, de diœceſi Holana adeunda nactus fuerit, Dominus Jonas Pauli filius ex diſcretorum virorum hic præſentium conſenſu, ſe Epiſcopo Matthæo non obfuturum ſpopondit, qvo minus per Jonam iſte cathedram ſuam adire poſſit.

Litr. B.

In nomine Domini Amen.

(b) Allsvolldugum gudi til heidurs, júngfrú Mariæ, Sancto Johanni Episcopo Holensi, hinum góda Gudmundi oc öllum guds Helgum til virdingar, H. Hólakirkiu til styrkingar, öllum syndigum mönnum til miskunnar ok synda fyrirlátningar, oc sierdeilis öllum christnum sálum til hiálpar oc hvílldar höfum wii Olaf med gudz nád biskup á Hólum skipat oc sett eina æfinliga messu dagliga fyrir öllum christnum sálum í fyrrnefndre dómkyrkiu á Hólum, vid þat alltari sem fyrir nordan stendur, svo lengi sem christindómrinn stendr, epter því sem sidur er í mörgum kirkium í heiminum. Setium wii hier til oc tilskylldum einn prest í þessu biskupsdæminu at upp hallda oc framflytia þessa sálumessu, lesande, enn stundum syngiande, hvern dag í tólf mánudum, svo lengi sem hann lifer, enn annar í hans stad, ef hanns kann vid at missa; Skal hann hafa þar fyrir fiögur hundrud í kaup sitt árliga med þessum skildaga: átta stikur klædis, fiórar voder edr svo góda peninga, oc eitthvert hundrad þar til; oc frí kost oc mat heima á stadnum Hólum epter vorre skipan, oc allra gódra formanna á Hólum epter oss komanda samþycke; sitiande til bordz med kyrkiupreste oc liggia í prestabúre; Skal hann

---

(b) In honorem Dei omnipotentis, reverentiam Virginis Mariæ, Sancti Johannis Episcopi Holensis, Boni Gudmundi, & omnium Dei Sanctorum, Sanctæ ecclesiæ Holanæ corroborationem, omnium peccatorum clementiam & criminum absolutionem, præsertim autem in omnium animarum christianarum salutem & reqviem, Nos Olaus Dei gratia Episcopus Holensis, inferias sempiternas & qvotidianas pro animabus christianis in prædicto templo cathedrali Holensi, ad altare ad septentrionem situm, qvamdiu religio christiana invalebit, ex solito per totum orbem multis in templis more, celebrandas constituimus & ordinavimus. Unum igitur hujus diœceseos sacerdotem ad inferias hasce celebrandas & observandas constituimus, qvi eas, donec vixerit, per annum qvotidie, vel, eo deficiente, alius ejus loco, partim recitet, partim canet. Ejus salarium sedecim constabit imperialibus, sub conditionibus seqventibus: octo ulnas panni nobilioris, qvatuor volumina vilioris, aut æqvivalens argentum, & qvatuor insuper joachimicorum pretium, ut & victum in cathedra Holensi gratuitum, ex nostra ordinatione & bonorum Antistitum Holensium, successorum nostrorum, consensu, accipito; mensa cum Pastore cathedrali, lecto in cubiculo Presbyte-

hann oc gánga til chórs in festis dupplicibus oc þá naudsyn krefr. Kann ok hanns vidmissa, þá skulu prestarner þeir sem vacantes eru á Stadnum hallda uppe þessa sömu sálumessu, svo hún falle öngvann dag nidur, þar til annar prestr kemr í hanns stad epter skipan oc rádi formannanna á Hólum, oc hafe þar fyrir út af sama kaupi fyrir hveria messu epter tiltöldu. Skal oc fyrrnefndr prestr sýngia sálutíder hvern sunnudag um áred med ödrum lærdum mönnum þeim sem hann kann til at fá. Kann hann oc öngvann fá, þá skal hann lesa svo hatt at vel megi heyra um kirkiuna vid sama alltare fyrir aptansóng oc sýngiandi messu um morgunin epter, at hríngdum kluckum til hverstveggia í stöple. Nú fyrir þann skulld at þesse tídagiörd skule uppehalldast óbrigdiliga fyrir öllum kristnum sálum, oc dagliga sýngiast oc lesast sem fyrrskrifat stendr, höfum wii lagt til H. Hóladómkirkiu Stadnum oc Biskupsstólnum allar þær jarder oc penínga sem Wii höfdum fengit í sekter oc sakaferle sídan Wii urdum Biskup á Hólum oc hier epter skrifat stendr: In primis *Bægesá*, *Skollatúngu*, *Brattavöllu* fyrir nordan Oxnadalsheidi, *Hornsbrecku* í Olafsfirdi, *Finnastadi* í Laufásþíngum, hálfann *Presthvamm* í Reykiadal, oc *Eyde* á Lánganese í Skeggiastadar kirkiusókn, svo oc þar med jordina *Flatatúngu* í Skagafirde ef hún verdr Dómkirkiunnar eign

Hhhh 3 innan

Presbyterorum, utitor; & chorum in festis dupplicibus, ac urgente cæteroqvin necessitate, freqventato. Qvod si & ille præpeditus fuerit, Sacerdotes vacantes, in cathedra præsentes, easdem inferias celebranto, ne vel uno die intercidant, usqve qvo alter sacerdos ex Antistitum Holensium dispositione ei suffectus fuerit, qvare ex dicto salario, pro singulis inferiis, mercedem pro rata accipiunto. Prædictus qvoqve sacerdos qvalibet die dominica, unacum aliis clericis, qvorum copia erit, inferias canito; Qvod si nullius copia fuerit, ille tamen eas ad idem altare tam sonore ante vespertinas recitato, ut per totum templum audiri qveant, sed mane seqventi eas canito, utraqve vice campanis in ambabus turribus sonantibus. Sed ut hæc sacrorum celebratio in omnium animarum christianarum commodum immutabiliter observetur, & qvotidie ex præscripto canatur & recitetur, Nos Sanctæ ecclesiæ Holanæ, cathedræ & Sedi episcopali, omnes villas & pecuniam, qvæ Nobis, ex qvo Episcopus Holensis devenimus, mulctæ & confiscationis nomine cesserunt, addicimus, hæ sunt seqventes: In primis *Bægesa*, *Skollatunga*, *Brattaveller* a septentrione tesqvarum Oxnadalensium; *Hornsbrecka* in Olafsfiordo, *Finnastader* in parœcia Laufasensi, dimidium *Presthvammi* in Reykiadalo, & *Eyde* in parœcia Skeggiastadensi, ut & prædium *Flatatunga* in Skagafiordo, si hoc intra triennium templi cathedralis possessio fuerit,

aut

innan þrennra tólf mánada, helldr oc tíutíu hundrada í lausagótsum sem fyrir hana skal koma epter því sem bref þar um giört vottar. Leggium Wii oc til jördina *Efstaland* í Oxnadal ed Wii keyptum med vorum peningum med tíu málnytu kúgilldum, oc svo þar til öll málnytukúgillde þau sem med jördunum standa fyrir nordan, eru þau nú alls þriátju. Eru þesser fyrrnefnder peningar oc jarder framlagdar oc med nógum forlagseyri útgreiddar opnefndum preste til kaups oc matar fyrir sitt arbeidi sem oss sýnest med dándemanna ráde. Skulu oc aller naudsynliger hluter til fyrrsagds embættis-at Dómkirkiunne tilleggiast med yfersýn formannanna oc þeirra skipan. Því bidium Wii kiærliga Virduliga Herra med gude oc alla Edla Prælata Hólabiskupa epter Oss komande at confirmera oc stadfesta þessa vora skipan oc giörning med sínu brefe oc innsigle, svo at fyrrnefnd sálumessa oc vigiliæ verde uppehalldnar oc epter þeirra bode æfinliga lesnar oc súngnar fyrir öllum kristnum sálum svo vel epter þeirra andlát sem nú til. Svo oc ei sídr alla Officiales Hóla biskupsdæmis oc Rádsmenn á Hólum bidium Wii H. Hólakirkiu vegna oc biódum epter skylldu sína á H. kirkiu vegna ef þeir vilia nockurn gódann hlut eiga med öllum kristnum sálum fyrir utan enda at styrkia oc upphallda þessa optnefnda tídagiörd at setia prest annann í stadenn ef annars misser, sidsamann oc gudhræddann, lúkande honum

---

aut etiam qvadringenti imperiales pro eo, ex tenore literarum hac de re exaratarum, persolvendi. Præterea prædium *Efstaland*, proprio nostro argento coëmtum, una cum decem vaccis lactariis, & omnibus præterea vaccis numero triginta, cum villis ad septentrionem sitis, reperiundis, adjicimus. Prædicta bona & villæ, in victum & salarium sæpe dicti presbyteri, ex nostra qvidem sententia & virorum integrorum suffragiis sors copiosa, depromtæ & erogatæ sunt. Res qvoqve ad prædictum officium in templo cathedrali necessario reqvisitæ, ex præcepto & dispositione Antistitum subministrantor. Qvare amice volumus rogatos Venerabiles in Deo Dominos & omnes Nobiles Prælatos; Episcopos Holenses, nostros successores, ut hanc nostram constitutionem & actum literis suis & sigillo confirmare dignentur, ut prædictæ inferiæ & vigiliæ observentur, & in omnium animarum christianarum bonum, tam post earum obitum, qvam ante, in perpetuum recitentur & canentur. Nihilominus omnes diœceseos Holanæ Officiales, & Dispensatores Holanos, Sanctæ ecclesiæ vice rogamus, ut, si qvid omnibus animabus christianis in æternum bene cupiant, sæpedictas inferias confirment & conservent, & uni sacerdoti deficienti, alterum moribus ornatum & pium surrogent, & ex præscripto salarium qvotannis sedecim imperialium,

honum fiögr hundrud í kaup árliga sem fyrrskrifad stendr oc skipande honum kost oc alla adra naudsynliga hlute oc þat sem þessare sálumessu tilheyrelegt er af fyrrnefndum peningum ef biskupslaust er á Stadnum, enn þá med Biskups ráde ef hann er nær. Setium Wii oc Rádsmannenn á Hólum med ráde Officialis, ef Wii erum ecke nær, fullann oc allann procuratorem oc umbodsmann á allra kristinna sálna vegna at aller fyrrskrifader hluter verde upphalldner epter því sem ádrskrifad stendr, epter því sem hann vill svara fyrir guds dóme, oc fordast guds reide oc allra kristenna sálna á dómsdege. Nú til meiri vissu oc stadfestu at þesse vor skipan skal óbrigdilig halldast um alldur oc æfe, hafa edla Prelatar oc prestar sem hier epter nefnast í brefenu samþykt þessa vora skipun oc giorning, oc á prestastefnu vóru á Eyrarlande med þeirra samþycke sem Wii höfum fundit sídan oc svo heita: Bróder Jón med guds nád Abóte á Þíngeyrum Bróder Einar med sömu nád Abóte á Múnkaþverá, Bróder Sigurdr Prior á Mödruvöllum. Sírar oc Prestar: Þórstein Jónsson Rádsmann á Hólum, Sveinbiörn Þordarson, Semingr Magnússon Magnus Jónsson, Þórleifr Magnússon, Sigurdr Þórlaksson, Gudmundr Skúlason, Hallr Finnsson, Þórsteinn Illhugason, Arnbiörn Asmundsson, Hallr Arnason, Þórsteinn Gudmundsson, Jón Broddason, Ketill Grímólfsson, Olafr Þórgeirsson, Arne Hallsson, Jón Jónsson, Nicolas

---

perialium, victum qvoqve & res reliqvas ad has inferias peragendas necessarias, ex prædicta sorte, sede vacante, sed si Episcopus adfuerit, ex hujus dispositione, erogent. Nos qvoqve Dispensatorem Holensem, si Nos non adfuerimus, sub auspiciis Officialis, omnium animarum christianarum procuratorem & mandatarium plenipotentiarium & competentem constituimus, qvi prospiciat, ut omnes res præscriptæ ex antea dictis observentur, prout ille in judicio Dei agnoscere, & Dei ac omnium animarum christianarum in die novissimo iram effugere, cupiverit. Sed in majorem certitudinem & confirmationem, ut hæc nostra constitutio immutabiliter in æternum servetur, Nobiles Prælati & Presbyteri, infra in his literis recensendi, hanc nostram constitutionem & actum comprobarunt, tam qvi in Synodo Eyrarlandensi præsentes erant, qvam illi, qvos exinde convenimus; En eorum nomina: Frater Jonas Dei gratia Abbas Thingeyrensis, Frater Einarus eadem gratia Abbas Munkathveraënsis, Frater Sigurdus Prior Mödruvallensis. Prælati & Presbyteri: Thorsteinus Jonæ Dispensator Holensis, Sveinbiörnus Thordi, Semundus Magni, Sigurdus Thorlaci, Gudmundus Skulii, Hallus Finni, Thorsteinus Illhugii, Arnbiörnus Asmundi, Hallus Arnæ, Thorsteinus Gudmundi, Jonas Broddi, Ketillus Grimolfi, Olaus Thorgeiri,

colas Þórmódsſon, Andres Jónsſon, oc Stígr Ingemundarſon med ſleire dándimanna ſamþycke ſem ecke erü nefnder. Ok til ſannenda hier um ſetium Wii vort innſigle med ádrgreindra Prelata oc preſta innſiglum fyrir þetta bref er ſkrifat var í Dómkirkiunne á Hólum í Hiallтadal föſtudagenn næſta epter Olafsmeſſu fyrre um ſumarit Anno Domini M.CD. LXX nono.

Cap. VI.

De Gotſkalko Nicolai filio.

§. I.

Ut Olaus Rögnvaldi ſobrinus fuit Gotſkalki prioris, ita hicce *Gotſkalkus Secundus* fuit Olai ſobrinus (a). unde conſtat perniciofum in epiſcopatus ſucceſſione nepotiſmum in Islandia hac tempeſtate locum inveniſſe, & per annos plus minus 80 duraſſe. Gotſkalkum Nicolai ab Olao Rögnvalldi in Islandiam allectum eſſe, non eſt qvod dubitemus. Prima ejus in noſtris monumentis mentio fit anno 1490. tum enim inter membra Synodi Rafnagilenſis, ut Holanæ diœceſeos ſacerdos numeratur, perinde ac Synodi Vidvikenſis anni 1491, qvo ad exteros enavigavit, ut ipſe in teſtimonio edito 1494 confitetur; Sed anno 1492 in Islandiam rediit, relictis in Norvegia tam nummis, qvam magni momenti documentis, inter qvæ fuit Edictum Regium de ſecuritate Jonæ Asgrimi,

geiri, Arnas Halli, Jonas Jonæ, Nicolaus Thormodi, Andreas Jonæ, & Stigus Ingemundi, cum plurium virorum diſcretorum, nominatim non recenſitorum, conſenſu. In qvorum teſtimonium Nos ſigillum noſtrum unacum prædictorum Prælatorum & Presbyterorum ſigillis his literis apprimimus, ſcriptis in templo cathedrali Holenſi in Hialtadalo, feria ſexta proxima poſt feſtum Olai prius in æſtate, anno Domini MCDLXX nono.

(a) Excellentiſſimus Heros *HENRICUS BIELKE*, Regnorum Daniæ & Norvegiæ ſub Friderico III. & Chriſtiano V. Archithalaſſus, & Iſlandiæ ab anno 1649 ad annum 1682 per 33 annos Præfectus, nunqvam ſine laude nominandus, Celeberrimo Antiqvario & Hiſtorico *THORMODO TORFÆO* retulerat ſe ex hac Gotſkalkorum ſtirpe oriundum eſſe, qvos ideo pro cognatis qvodam modo agnovit.

Asgrimi, qvi Gudmundum Thorsteini occiderat, qvod temporis angustia impeditus, dum Stavangria Bergam deportandum esset, exspectare non potuit, ni in Norvegia a nautis iter maturantibus relinqvi maluisset. Anno 1497, paulo post Inventionem Crucis, a clero Holano patruo in Episcopatu successor destinatur, qvæ electio in Comitiis generalibus ejusdem anni denuo confirmata fuit, qvo facto in Norvegiam transiit, & a Gauto Archiepiscopo ordinatus, post biennii absentiam anno 1499 in Islandiam reversus est a).

§. 2.

Anno 1499 autumnali hebdomade qvatuor temporum Miklagardi in Tractu Eyiafiord cum Olao Biarni filio, de dimidia parte prædii Hvassafell pepigit, qvam Olaus ipsi emancipavit Præsul autem ei delicta, qvæ contra Ecclesiam & ejus jura commiserat condonavit, qvod matrem suam Margretam Olai, sine Episcopi venia, in templo Hvassafellensi sepeliverat, cui Olaus hoc modo liberum sepulcrum & absolutionem impetravit (b); Qvodqve patrem suum Biarnum Olai, in sepulcreto Miklagardensi, sine Episcopi venia & voluntate, condiderat, qvod Episcopus supplici ejus victus prece, in Dei gratiam purgavit Anno 1500 Vidvikæ, die Mercurii proximo post Pascha, loco Ingebiorgæ Kolli filiæ, ejus maritum Gunnlaugum Helgi filium accusavit, qvod hæreditatem Jonæ Kolli filii, fratris Ingebiorgæ, administrandam ceperit, & uxori vindicare voluit, Præsul enim duo Jonæ Kolli filii autographa & duos testes produxit,

(a) Celeberrimus *ARNGRIMUS* & *BIORNUS* de *Skardsaa* statuunt Gotskalkum in Islandiam rediisse anno 1500: Sed sine dubio falluntur ut §. seqventi palam fiet; rectius itaqve Venerandus *GUDBRANDUS* Episc. Hol. meritiss. in *Apologia* pro avo suo *Jona Sigismundi* statuit Gotskalkum hac vice biennium tantum modo absfuisse, qvod nobiscum facile conciliari potest, ut ex dictis & dicendis patebit.

(b) Hic est Biarnus Olai filius, de qvo supra cap. 5. §. 11. pag. 599. unde constat, nec Biarnum loca sacra adiisse, nec absolutum fuisse, cum cœmiterium ejus sepultura pollutum censeretur. Margreta autem ejus uxor communicatione cum marito polluta templum sua sepultura inqvinasse putabatur, qvapropter tam templum Hvassafellense, qvam sepulcretum Miklagardense, ab Episcopo repurganda erant.

duxit, qvi jurejurando confirmarunt, Jonam Kolli filium omnia sua bona mobilia & immobilia, tam qvæ ipse possedit, qvam qvæ hæreditate acceperat, templo Holano dedisse & testamento reliqvisse, qvæ omnia Gunnlogus sub jurisjurandi fide Episcopo restituere jubetur. Alterum accusationis caput fuit, qvod Gunnlogus unum eqvum, qvi revera templi erat sibi appropriaverat, qvapropter parem restituere cum 15 marcarum placamento, & una uncia pro qvavis septimana qva eqvo usus fuerat, templo restituere, absolutionem ab Episcopo accipere, & ejus jussu pœnitentiam agere pro solito more tenebatur. Præterea ipse Gotskalkus coram diœceseos Synodo generali, anno 1509 gloriatus est, se proximo decennio, qvo Diœcesi præfuit, cathedram ditasse tot prædiis fundisqve, qvot 4320 Imperialium valorem exæqvant, præter qvæ filiæ suæ Christinæ nuptiarum die dedit; Qvæ omnia abunde probant eum anno 1499 Cathedram ascendisse.

§. 3.

Anno 1500 Höskuldo Runolfi filio diem dixit, qvod bubulcum villæ Cathedralis Miklabæ, vinculis constrictum, domum suam devexerit, & tam male habuerit, ut tribus hebdomadibus muneri impar fuerit, qvapropter ipso opere excommunicationem promeritus censetur, qvi absolutionem ab Episcopo nactus, ex ejus mandato pœnitentiam agat, Episcopo autem pendat 60 marcas & restitutionem inde fluentis damni rei œconomicæ; si damnum semimarcam æqvet, pendat templo Holano 60 marcas. Qvod autem Höskuldus eqvum, qvem cathedræ mancipaverat, denuo sibi vindicaverat, parem restituere, & Episcopo 15 marcas solvere, præterea unciam pro qvavis septimana, qva eum detinuerat. Anno 1501, in Generali diœceseos Synodo, Abbates & Sacerdotes adegit, ut affirmarent & promitterent solutionem unius unciæ ex qvovis Prædio habitato, qvæ cœnobia & Templa jam teneant (a). Qvæ

(a) Ex præscripto *Juris Ecclesiastici*, qvod Thorlakum & Ketillum Autores agnoscit, lati anno 1123 prædia, aliaqve bona templis & sacris usibus destinata, a decimarum solutione libera pronuntiantur. Conf. ejusdem cap. 28. Sed Arnæanum *Jus Ecclesiasticum* latum anno 1275 hanc exceptionem non habet: Anno 1489 in diœcesi Skalholtina a Magno Ejolfi tum temporis Episcopo, Dieterico Pining, totius Islandiæ Præfecto,

Qvæ vero posthac acqviri possent, solito more, ex *Juris Ecclesiastici* præscripto, decimarentur, qvod Abbates, præsertim vero Thingeyrensem, induxit, ut omnia ejus monasterii villas anno 1504 æstimari curaret.

§. 4.

Licet causa familiæ herciscundæ, Mödruvallensis dicta, nihil ad eum pertineret, temperare tamen sibi non potuit, qvin eidem semet immisceret, &, tritonis instar, aura seculari versus, nunc pro hac, nunc pro illa, parte staret. Status controversiæ talis fuit: Sæviens in Islandia pestis anno 1494 primo absumsit Ingebiörgam, filiam Thorvardi Mödruvallensis & Margretæ Holm (a), uxorem Pauli Brandi filii, & deinde duos ejus filios, Paulo patre adhuc superstite, ad qvem hoc modo eorum materna hæreditas pervenit, anteqvam ipse ad plures abiret, relicto filio notho Grimo Pauli, duos habente filios legitimos, Thorleifum & Benedictum, ordinario successionis jure avi paterni opum ex asse hæredes, qvorum tutorem agens pater Grimus, omnia qvæ avi fuerant, illis vindicavit. Gudrida autem Ingebiorgæ soror, Thorvardi Modruvallensis filia, exstincta sororis prole, semet ejus hæredem ferebat, pro se habens Edictum Haconis Magni filii, Norvegiæ Regis, qvi 1319 decessit, qvod in tali causarum statu jubet prædia ad eam stirpem devolvi, ad qvam initio pertinebant; Modruvallæ vero, multaqve alia opima prædia fuerant Ingebiorgæ peculium qvæ hoc modo ad Gudridam & ejus prolem revolvi debere videbantur. Grimus, ut filiorum causam non proderet, eandemqve pro posse firmaret, Nomophylacis

---

Præfecto, Enaro Ejulfi filio Nomophylace, aliisqve optimatibus, in leges relatum est, ut de prædiis viginti abhinc annis in Regis & Episcopi potestatem redactis, decimæ in posterum solvantur; Vid. supra pag. 490. Sed an hæc constitutio vim legis obtinuerit, dubitamus, cum tales decimas in diœcesi Skalholtina solvere, nunqvam in usu fuerit; Sed ex prædiis Cathedræ usqve ad annum 1602 moris fuit, ut unica uncia ex qvovis prædio pauperibus solveretur. De decimis ex prædiis Cathedræ & Templorum diu multumqve disceptatum fuit, qvod licet Rex Fridericus Secundus 20 Martii 1575 in diœcesi Holana mandaret, & Præfecti & Nomophylaces idem juberent in Skalholtina, nunqvam tamen introduci potuit. Christianus autem Sextus gl. m. anno 1739 edixit, ut antiqva consvetudo hac in re observaretur.

(a) De his vide supra pag. 473.

mophylacis Finnbogi Jonæ judicio eam subjecit, qvi anno 1495, die veneris ante Nativitatem Baptistæ, Spialdhagæ ad Eyafiord cum 24 Assessoribus, filios Grimi legitimos esse hæredes omnium possessionum, qvæ Paulus Brandi reliqverat, Grimumqve eorum patrem, tutorio nomine easdem administrare debere, judicavit. Memoratum autem Regis Haconis Edictum Norvegis duntaxat datum respici non debere, cum nunqvam vim legis in Islandia obtinuerit, aut pro lege ibidem agnitum fuerit, qvæ sententia in Foro generali eodem anno renovata, & a Præfecto Regio, Petro Truels, confirmata fuit Cumqve adversa pars, Paulus & Thorvardus Erlendini, Gudridæ filii, non desisterent, suam pro virili agere causam, Finnbogus anno 1499 ad Longuhlid in Eyafiord, & denuo anno 1500 in Comitiis universalibus cum 24 Assessoribus, & Præfecto Regio Benedicto Herften, antea acta confirmavit, qvibus tandem accessit ingens partium augmentum. Gotskalkus Episcopus, qvi Miklagardi ad Eyafiord anno 1500 die lunæ post festum Michaëlis suum adjecit calculum, omniaqve Finnbogi Nomophylacis Judicia in causa Modruvallensi, utpote justo jure promulgata, pro se & diœceseos templis perfecte confirmavit, adeo, ut Grimus causam obtineret, usqve ad annum 1507, qvo Ericus Sumarlidi filius, Pastor Saurbæensis, de simili hæreditatis causa cum Finnbogo Nomophylace contendens, Norvegiam petiit, & conjunctis cum Erlendina parte viribus, Christiani II tum temporis Norvegiæ Pro-Regis, controversi illius Haconiani Edicti confirmationem acqvisivit (a). Præterea Vigfusus Erlendi, hoc tempore totius Islandiæ Præfecturam adeptus, sed Thorvardus factus Nomophylax, & qvod maximi momenti fuit, Gotskalki Episcopi filiam, uxorem nactus, Grimus non tantum causa cecidit, sed etiam, ut capitis reus, censebatur, qvi multa adversus leges commiserat; qvibus angustiis circumscriptus, mediante Gotskalko Præsule anno 1508, pactum cum iis iniit, qvo controversam hæreditatem ipsis cessit. Sed Thorvardo nullos ex filia Episcopi relinqvente liberos, anno 1513 in Norvegia mortuo, & affinitate hoc modo inter Gotskalkum & Erlendinos dissoluta, Grimus animum resumsit, adeo, ut anno 1515 in Comitiis generalibus, mediante utroqve Episcopo, Stephano & Gotskalko, qvi denuo pro eo stare cœpit, aliisqve optimatibus,

(a) Communiter vocatur *Mödruvallense Edictum*, qvod demum Fridericus Qvartus gl. mem. anno 1711 penitus abolevit, postqvam sæpius turbarum & litium causa exstiterat.

Optimatibus, novum inter partes litigantes initum sit pactum, qvo Grimus pleraqve ablata receptavit.

§. 5.

Anno 1505 Generalem habens dioeceseos Synodum, judicibus delegatis discernendum proposuit, ad qvam dioecesin prædium Skeggiastadæ in Ströndum cum adjecta parœcia pertinere debeat, cujus controversiæ statum talem esse, dixit: Ipsum prædium nunc tenere Stephanum Jonæ Episcopum Skalholtinum, qvi Diaconum qvendam, Jonam Jonæ, dictum communiter Priors broder ɔ: Prioris fratrem, id in sempiternum Beneficium dioeceseos Skalholtinæ sibi emancipasse diceret, Jonam autem id a se factum pernegare, ni Skalholtensi Ecclesiæ nomen dederit, & ejusdem Presbyter factus fuerit; Se autem asserere eundem Jonam sibi hocce prædium pro solutione mulctarum, qvas sibi & Templo Holano debuerat, tradidisse, simulqve ore & manu promisisse, si legibus liceat, Presbyterum aut Monachum Holanæ dioeceseos semet futurum, qvæ omnia facta essent, anteqvam votum qvoddam in Skalholtina dioecesi fecisset. Jonam præterea esse notorium peccatorem, adulterum & incestuosum, qvi affinitatis & cognationis jure, semel iterumqve libidinibus violato, sine venia & absolutione ex Holana dioecesi excedendo, ejus desertor factus sit, cui, sine sua venia, in dioecesi Skalholtina nec voto se constringere liceat, nec ordinatio conferri possit. Qvo audito concluserunt judices, prædium Skeggiastadas, & fuisse, & esse debere, Holanæ Ecclesiæ & Episcopi peculium, modo probet Episcopus, Jonam sibi id ad solvendum nomina mancipasse; Sed talibus contra Stephanum machinationibus, parum profecit, qvi prædium Skeggiastadas nihilo secius retinuit, ita, ut Episcopi essent septem prædii partes, templi autem Skeggiastadensis octava tantum; nostro autem tempore totum Pastoris usibus inserviens, inter Beneficia Ecclesiæ Skalholtinæ numeratur.

§. 6.

Circa annum 1505, odia & disceptationes inter Episcopum & Jonam Sigismundi (a) oriri ceperunt, qvorum prima causa fuit, aut minimum

(a) Jonas hic fuit filius Sigismundi, de qvo cap. 5. §. 7. pag. 595. egimus, sed Biorni Divitis

minimum prætendebatur esse, Jonæ cum Biörga Thorvalldi filia conjugium, qvod dudum, seu ante 23 annos, contraxerat. Incestuosum id esse Præsul clamavit, genealogiam ita texens, ut stirpem utriusqve faceret Einarum Erici & Grundar Helgam, hoc modo: Eorum filius fuit. 1) Biörnus Hierosolymipeta. 2) Christina fuit filia Biörni. 3) filia Christinæ fuit Solveiga. 4) Solveigæ filius Jonas Sigismundi. Ex altera parte dixit fuisse: 1) Ingegerdam Einari filiam, Hierosolymipetæ sororem. 2) Ejus filium Jonam Buland, 3) Jonæ filium Thorvalldum, & 4) Biörgam Thorvaldi filiam, Jonæ uxorem, ut hoc modo qvarto cognationis gradu connexi essent, qvod Præsul jure jurando a subornatis testibus confirmari curavit. Sed falsam esse hanc genealogiam Jonas dixit, idqve anno demum 1569 abunde probavit ipsius ex filia nepos, Gudbrandus Thorlaci filius, Holanæ diœceseos Præsul; Nam Ingegerda non fuit Einari filia & Hierosolymipetæ soror, sed Thorsteini filia & ad Biornum Hierosolymipetam nihil pertinens. Præsul autem, ne hanc ditescendi ansam omitteret, Jonæ dicam impegit & incestuosi conjugii reum egit, qvapropter Jonas ex judicum sententia plus minus 1450 uncias argenti templo Holano & Episcopo pendere, absolutionem præterea, solito more, ab Episcopo petere, & pænitentiam ex ipsius præscripto sub juris jurandi fide (a) agere debuit, qvæ cum ille vir utriusqve Juris peritus, & causæ confidens, omnia magno animo sperneret, ab Episcopo solenni more diris devotus fuit. Deinde nec Biorgam ejus

---

Divitis sororis filius, vir eloqvens, acer, locuples & suæ sententiæ tenax. Plura de Jona vid. supra pag. 497. sqq.

(a) Omnia hæc Gotskalki contra avum illegitima acta Præside illustrissimo Islandiæ Præfecto Christophoro Walkendorff anno 1569 rescidit & sufflaminari curavit Gudbrandus Thorlaci filius, postea diœceseos Holanæ Episcopus meritissimus, indeqve natæ sunt magni Viri contentiones & actiones forenses, qvas per totam fere vitam exercuit. Formulam vero jurisjurandi, qvam Gotskalkus Sigismundino, si se absolvendum stitisset, præscripturus erat, ipsius manu scriptam vidisse se scribit *GUDBRANDUS* in *Apologia* pro avo edita 1595, qvæ, qvantum conversationem cum uxore Biörga respicit, hoc modo sonat: " In hunc finem manum sacro libro impono, ut id dicam " Deo, &c. qvod posthac cavebo a conversatione & corporali delectatione cum Biörga " Thorvaldi filia; cum ea ad unam mensam non assidebo, nec cum ea in eadem " domo pernoctabo, cum eadem sermones non miscebo, nisi aliqvi audiant & facta " nostra videant. " *Ita me Deus &c.*

ejus uxorem inultam & mali expertem esse sinens, in jus vocatam, anno 1507 ream judicavit; 1) ob incestuosum cum Jona scienter contractum conjugium, Templo Holano 15 marcas. 2) ob primam ab eo imprægnationem 15 marcas; 3) ob secundam 30; 4) ob tertiam 60 marcas; 5) ob usum sacrorum per decennium (a) a qvo conjugium inierunt, 30 marcas; 6) ob qvorumvis 16 dierum observationem dicto tempore, sex uncias; 7) ob dierum Dominicarum & Festorum observationem, sex uncias; 8) Pro qvovis nefasto die tres uncias; 9) ob consvetudinem cum marito, proximo biennio, a qvo eorum conjugium illegitimum esse, proclamatum fuit, 60 marcas; Ob somnum & conversationem cum eodem 60 marcas; cui judicio qvantum in ipsa fuit, Biorga parere, necessitate adacta est. Jonas autem, vir acris ingenii & injuriæ impatiens, Norvegiam petiit, Pro-Regiqve & Archiepiscopo, re, ut acta erat, delata, ab Archiepiscopo acceptis ad Stephanum, Episcopum Skalholtinum ejusdemqve diœceseos Abbates litteris, qvibus illi judices controversiæ constituebantur, in patriam anno 1509 reversus est, qvibus spe sua minus profecit, cum illi omnia Gotskalki Acta & Judicia confirmarent; qvo ille animosior factus, Jonam, ut tanqvam maxime notorius peccator die Cinerum aut Viridium pænitentiam acturus, & publice absolvendus, Holis se sistat, jussit. Et cum ea etiam frustra fierent; tandem anno 1517 in generali Holanæ diœceseos Synodo, omnia sua de Jona promulgata Judicia ac Acta confirmari & legitima pronunciari curavit, adjecto, eum ut delatorem, qvi se coram Archiepiscopo denigrasset, bonis confiscatis, summo supplicio puniendum esse.

§. 7.

Altera inter eos odiorum fax fuit cædes, Asgrimi, fratris Jonæ, facta in nuptiis Jonæ anno 1492, qvi pro fratre & tum sponso, contra Herman-

---

(a) Jonam Biörgam duxisse anno 1483 testatur *GUDBRANDUS* in *Apologia* sæpius citata, dicens id factum 17 annis anteqvam Gotskalkus Episcopus factus est, sed *BIORNUS* de *Skardsaa* ad annum 1492 id refert. Non facile itaqve dicitur, qvare Gotskalkus anno 1507 decennium tantum eorum conjugio tribuit, cum ad minimum essent anni 15, si *BIORNI* calculo stamus, sin vero ipsius *GUDBRANDI*, sunt anni 25; Sed qvicqvid sit: Verosimillimus est Gotskalki calculus, & mendum typographicum in *Apologia Gudbrandiana* statuendum videtur.

Hermannum, Giſlum, & Olaum Philippi filios extra cœmeterium Videdalstungenſe dimicans, a Smido qvodam intra cœmiterium conſtituto a tergo confoſſus fuit. Hoſce fratres Jonas primo anno 1494, judice Olao Epiſcopo in jus vocavit, ſed qvid ille decreverit, nos latet tantum conſtat qvod anno 1495, mortuo Epiſcopo Olao, Jonas Thorvaldi & Gudmundus Jonæ Holanæ diœceſeos Officiales, Epiſcopaliqve poteſtate gaudentes, Olaum a pollutione cœmeterii Videdalstungenſis ſua ſententia liberaverint, poſtqvam jure jurando negaverat, ſe nec cœmeterium verberibus aut ſangvinis effuſione polluiſſe, nec qvenqvam intra eos fines ſauciaſſe, cui leges Eccleſiaſticæ in templorum honorem aſyli jus tribuant. Hicce Olaus maritus fuit Vigdiſæ, filiæ Solveigæ Biorni Divitis filiæ, qvæ liberorum Biorni diutiſſime ſuperſtes parentis divitias ſibi vindicavit (a). Ex Vigdiſa hacce ſuſceperat Olaus filium, nomine Einarum, cui tantam divitiarum Solveigæ partem, qvanta Vigdiſæ debebatur, Einarus Oddi, Prætor Hunavatnenſis Toparchiæ, anno 1496, & iterum 1497 adjudicavit, qvam ſententiam Finnbogus Nomophylax ſuo calculo confirmavit, qvi etiam Olaum, filii opes, usqvedum togam virilem aſſumat, tutorio nomine adminiſtrare debere, pronuntiavit. Cum vero Godvinus Jonæ & ejus filius Biornus, viri potentes, & factioſi, Einarum ab hac hæreditate excludere niterentur, Olaus contracta cum Gotſkalko Epiſcopo amicitia, ipſi plurima prædia vendidit. Sed Jonas Sigismundi a Chriſtiano II. Nomophylax conſtitutus, partim ut Olaum ulciſceretur, partim ut Gotſkalko hoſti infenſiſſimo ægre faciat, ſobrinum ſuum Asgrimum Asgrimi filium ſubordinavit, qvi Olaum non qvidem ut patris ſui interfectorem, ſed necis cauſam & adjutorem, in jus vocavit, judicio præſidente ipſo patruo, qvi Olaum ejusqve fratres exilio mulctandos, ni Regia clementia ſecuritatem illis præſtiterit, judicavit, qvo omnia Olai acta, utpote exulis & homicidii crimini innodati, irrita & illegitima cenſebantur, adeo ut periculum eſſet, ne Gotſkalkus omnia, qvæ ab eo emerat, amiſſurus foret. Sed Præſul, qvi chartas miſcere & togam pro lubitu vertere novit, Olao ſuæqve cauſæ eo modo ſuccurrit, ut Olaus coram Jona Einari filio anno 1513 jurejurando negaret ſe eo animo ea vice Videdalstungam adiiſſe, ut Asgrimi necem

(a) Vide ſupra Sect. 3. cap. 9. §. 6. pag. 495. ubi de liberis Biörni Divitis pluribus egimus.

necem procuraret, vel ſuo conſilio vulneratum interfectumve eſſe, qvod ad cauſam qvodammodo palliandam, cum decentius ornari non poſſet, ſufficere viſum eſt. Sed ne hæc Jonæ inulta forent, Epiſcopus dicam ei ſcripſit, qvod ipſe, ejusqve ſatellites, januam templi Videdalstungenſis ictu aut puncto læſerit; cum homicidam Smidum, templo incluſum, perſeqverentur, & ne qvid intactum relinqveret, Einarum etiam Jonæ filium, ex priori uxore ſuſceptum, in jus vocavit, & excommunicavit, qvod ad maturam provectus ætatem, citra neceſſitatem patris excommunicati tutamine uſus fuiſſet, cui præter ingentium mulctarum ſolutionem, qvas ipſe injunxit, tria opima prædia & qvatuor villas, teſtamenti nomine expreſſit.

§. 8.

Anno 1507, contulit Sveno Thorfinni præbendam Veſturhopshola, qvamdiu ejus filius Jonas ad maturam non pervenerit ætatem; Sed deinceps ipſi Jonæ, in ſempiternum, qvem Præſul ſpondet a ſe ita informandum fore, ut Sacerdos fieri potuerit, nihil ſibi ſuisve ſucceſſoribus reſervans, præter conſvetam Epiſcopi hospitalitatem & debita munera; Svenus vero, redhoſtimenti loco, Epiſcopo prædium Ytſta-gil emancipavit (a).

§. 9.

Anno 1515 in generali diœceſeos Synodo Præſul & Eirecus Abbas Thingeyrenſis, Cleri judicio, inter eos de prædio Kaldadarnes in Biarnafiord vigentem controverſiam ſubmiſerunt. Præſul pro ſua cauſa protulit codicillos, qvibus Jonas Thorvaldi Abbas Thingeyrenſis, qvæ, dum Holanæ cathedræ Officialis fuit, nomina fecerat, emancipatione prædii Kaldadarnes, cœnobii peculii, ſolverat. Abbas autem ad alios provocavit codicillos, qvibus Biarnum Thorarini, ejusqve uxorem Solveigam Gudmundi hoc prædium Gunnaro Jonæ Fratri & membro cœnobii Thingeyrenſis

(a) Conſvetam Gotſkalko collationis præbendarum formulam vid. ad finem Cap. Litr. A.

renſis 290 aureis vendidiſſe, probavit, eandemqve emtionem ab Abbate Jona Gamlæo approbatam fuiſſe, qvapropter Jonæ Thorvaldi filio, idem prædium ſine cœnobii neceſſitate & Fratrum conſenſu abalienare illicitum fuiſſe contendit; de qva decretum fuit, fuiſſe & eſſe debere prædium Kaldadarnes cœnobii peculium, a qvo ſine neceſſitate non ſit abalienandum; Præſulem autem tanti hæredes Jonæ Abbatis poſtulare poſſe, qvanti prædium Kaldadarnes ab eo acceperat.

§. 10.

Anno 1517, Glaumbæ in Skagafiord, die Mercurii poſt Feſtum Michaëlis, Præſul cum Teito Thorleifi filio, pactum fecit, qvo Teitus omnes injurias & contumelias, qvas Præſulis ſatellites ipſi & ejus familiæ domi ſuæ intulerunt, excepto tantum homicidio qvod ibidem patraverant, Præſuli condonavit & ejus arbitrio permiſit; Qvapropter Præſul Teito ſuam amicitiam & tantum honoris pollicitus eſt, qvantum Teito accipere placeat; Qvæ pollicitatio in aqva ſcripta fuiſſe videtur; Nam 1519, Præſul Egillo Halli diem dixit, qvod 72 uncias aut earum pretium a Teito non acceperit, qvas Præſuli promiſerat, cum ejus interceſſu inductus, Egillum erudiendum Holas adſciverit; Qva de cauſa concluſerunt judices Egillum inſontem eſſe, & hoc nomine Epiſcopo nihil debere, cum nihil promiſerit; Teitum vero, & qvidem cum uſufructu; tantum Epiſcopo qvam primum pendere teneri, qvantum fuerat pollicitus.

§. 11.

Eodem anno die & loco Epiſcopus Jonæ Sigismundi cauſam intendit, qvod ipſe, ejusqve Vicarii opes templi Reykenſis male adminiſtraverint, dilapidarint, aut ſibi; invito Epiſcopo, retinerent, nam licet antiqvis rationariis probari poſſet templi ſortem fuiſſe in totum 312 uncias argenti præter 299 annorum decimas, qvæ qvovis anno plusqvam 4 unciarum pretium æqvarint, qvorum nullam prorſus reddiderint rationem, templum tamen valde ruinoſum eſſe. De hac cauſa edixerunt judices, ipſum prædium Reyki, cum omnibus ad id pertinentibus, Epiſcopum tanqvam ſeqveſtrum retinere debere, usqvedum verus poſſeſſor ſolutione debiti templo ſatisfaciat. Hic eſt ſine dubio Jonas Sigismundi, famoſus

famosus ille vir, de qvo supra actum est, qvem Gotskalkus, postqvam omnia ejus bona publicaverat, & ab Einaro ejus filio testamentum expresserat, temperare sibi non potuit, qvin omnimode exagitaret.

§. 12.

Omnium Gotskalki Actorum, qvæ nobis videre contigit, ultimum est ipsius testamentum, datum Holis, 1520, qvo 110 prædia & villas templo Holano legat, vario modo acqvisita; Qvædam enim donatione, qvædam emtione aut testamento, plurima autem variis exactionibus adeptus fuerat, qvorum pretium æstimatur fuisse 46 millia imperialium; Vaccarum autem & agnarum cum iisdem elocatarum pretium 2100 imperialium, ut ipsa sors fuerit 48 millia & centum imperiales. Annua autem usura seu proventus 1426 imperialium; Qvo etiam antecessoris Olai constitutionem similis argumenti confirmavit (a).

§. 13.

Præter hæc, qvæ dicta sunt, & plurimas hujus viri permutationes, emancipationes, emtiones, & id genus alia, qvæ ut sigillatim nominentur, indigna putamus, nobis de eo nihil innotuit. *Crudelis* vulgo audit, qvod cognomentum a posteris & amicis Sigmundini primo inditum fuisse videtur. In prædio Miklagardi, ad finem Eyafiord, vil icationem habuit, ibiqve sæpius æstivavit. Templum ligneum Norvegico more exstructum ad portum Kolbeinsaaros constituit, qvod in gratiam mercatorum, qvi ibidem stationes habebant, & propriorum nautarum (navim enim onerariam tum temporis habebat cathedra Holana, qvam subinde ad exteros misit,) potissimum fecisse videtur. Opes congessit ingentes; nullius enim lucrandi modus ei turpis fuit. Holanum templum calice aureo, cui tria auri pondo impenderat, multis præterea magni pretii ornamentis ditavit. Cathedram Holensem, ut supra diximus, 110 prædiis locupletavit, qvorum pretium 48 millia imperialium æqvavit aut superavit. Et cum filiæ suæ Christinæ die nuptiali 2000 imperialium assignaret, probabiliter supponitur alteri filiæ tantundem, & filio duplum de-

 stinasse,

(a) Hocce instrumentum vid. ad finem hujus Capitis Litr. B.

stinasse, qvæ omnia ad 60 millia imperialium summam exsurgunt: Reliqvum vero, qvod haud spernendam summam effecit, ex sententia Archiepiscopi ejus fratribus cessit. Ex Valgerda qvadam Jonæ filia, qvam nec uxorem, nec concubinam, vocare licuit, utramqve enim habere, legibus prohibitum fuit, sed molliore nomine *auxilium*, aut *auxiliatricem* nominabant, plures suscepit liberos, qvorum tres tantum ad adultam pervenerunt ætatem. 1) *Oddus*, dictus *Norske*, seu Norvegus, mali patris optimus filius, qvi Lutheranæ Religionis in Islandia præcipuus instaurator exstitit, tandemqve Nomophylax factus, anno 1556 in fluvio Laxaa, vitam finiit (a). 2) *Gudruna*, qvam Gissurus Einari, Skalholtinus Episcopus sibi desponsaverat, sed ab Eysteino Brandi compressam, svasu fratris ejus Oddi repudiavit. 3) *Christina*, qvam pater anno 1508 Thorvardo Erlendi elocavit, inqve eorum honorem die nuptiali Helgum Abbatem Thingeyrensem ordinavit Ipse autem anno 1520 in visitatione Ecclesiastica Toparchiæ Thingeyrensis, convivium episcopale, ut vocabatur, a Pastore Greniadarstadensi institutum, celebrans, audita hostis insensissimi Jonæ Sigismundi morte, suam non procul abesse, vaticinatus est (b). Iter itaqve domum vertens, paulo post ægrotare cœpit, tandemqve anima, Patronis, qvos per omnem vitam maxime coluerat, Johanni Apostolo & Gudmundo Episcopo, commendata, Holis die Decembris 8 cum ibidem annis 21 sedisset Episcopus, nemini lugendus, vitam cum morte commutavit.

Litr. A.

Universis Christi fidelibus patentes literas inspecturis seu audituris, N. Dei gratia Episcopus N. salutem in Domino sempiternam. Noveritis Nos Ecclesiam Sancti N. apud N. dilecto nobis in christo filio Domino N. N.

(a) De hoc in Periodo seqventi plura dicenda veniunt.

(b) Doctissimus *ARNGRIMUS* in *Comment. de Island.* tale de eo fert judicium: " *Multos ex subditis duriter exercuisse fertur; anno 1520, cum inter pocula & voluptates convivales versaretur, audiretqve obiisse Jonam Sigismundum, qvem cum uxore & liberis multos annos crudelissime vexaverat, in subitum morbum repente incidit, & sic paulo post, eam, qvam tota vita in miseros subditos usus est vim, cum miserabili morte commutavit.*

N. N Sacerdoti nostræ diœceseos, cum omnibus suis juribus & libertatibus & pertinentibus, habitis & in futurum habendis, præter portionem Ecclesiæ, rite & canonice contulisse, cumqve debita cura duorum sacerdotum perpetuis temporibus, juste & libere possidendam; dummodo caste, devote & sacerdotaliter vixerit, & bona Ecclesiæ qvi pro nunc creditur non qvovis modo abalienaverit, neqve Ecclesiam vel curiam sacerdotalem desolaverit, Nobis nostrisqve Successoribus canonice intrantibus debitam & filialem exhibuerit obedientiam, reverentiam pariter & honorem. Istis non tentis & rite servatis, hæc nostra collatio irrita sit & inanis; In cujus collationis testimonium secretum nostrum præsentibus est appensum. Datum apud Sedem nostram Episcopalem, Hola, &c.

Litr. B.

In nomine Domini.

(b) Vier Gottskalk med Guds nád Biskup á Hólum giörum gódum mönnum vitrlegt med þesso voro opno brefi at Vier vilium siálfer kunngiöra ydur hver kot edr jarder hefr under Oss bored í þann tíma sem almáttigr Gud hefr Oss óverdugann þolad yfer Hóla Biskupsdæme; hvad þeir partar edr jarder heita; hverso dýrar þær ero, oc hverso þær hafa under Oss bored, oc hvad vier giörum af þeim.

Fyrer nordan Jökulsá.

	Dyrleike. Hundrud.	Kúgillde.	Landskulld.
Dalur — — — —	10	3	3 merkr.
Aland — — — —	10		

Kkkk 3 *Gardur*

(b) Nos Gotskalkus Dei gratia; Episcopus Holensis, his patentibus notum facimus, Nosmet vobis patefacturos, qvænam villulæ & prædia eo tempore qvo Deus omnipotens Nos indignos Holanæ diœceseos gubernacula tenere permisit, in nostram possessionem transierint, qvid nominentur, qvanti constent, qvomodo comparaverimus, & in qvem usum convertemus.

A Septentrione fluvii Jökulsá.

	Pretium Prædiorum. Imperial.	Vaccæ cum prædiis locatæ.	Merces. Imperial.
Dalur — — — —	40	3	4⅝
Aland — — — —	40		

Gardur,

	Dyrleike. Hundrud.	Kúgillde.	Landskulld.
Gardur — — — — voru þessar þriár golldnar í útlegd fyrer barneigner í hórdóme.	12	5	C.
Sveinbúsvík, kom fyrer framfære í kenslu til prests Síra Jóns Magnússonar.	20	6	C.
I *Skördum*, kom þar fyrir annat kot oc peníngar á millum.	20	4	C.
Þverá, keypt fyrir fulla peninga —	20	6	C.
I Hedara Umbode.			
Hól í Höfdahverfe, keypt fyrir fulla peninga, oc er þó Kristsfe	15	6	XV aurar.
Hrafnstader, kom í proventu —	30	7	CC.
Hálf *Biörgin*, golldin í sakferle —	10	4	X aurar.
Vad, gefed í proventu — —	20	6	VIII ágillde.
Höskulldsstader med kotum, komu hálfer fyrer biskupstíunder, enn hálf med Síra Thomase Eiriksfyne, enn koted keypt.	50	6	CC.

Hálfer

	Pretium Prædiorum.	Vaccæ cum prædiis locatæ.	Merces.
	Imperial.		Imperial.
Gardur, hæ tres villæ mulctæ ob adulterium.	48	5	4
Sveinbusvik didactrum Presbyteri Jonæ Magni filii.	80	6	4
Pars prædii *Skord*, permutione cum alia villula.	80	4	4
Thveraa emtione. — — —	80	6	4
In provincia citeriore.			
Hol in Höfdahverfe, emtione est tamen piis usibus dicatum.	60	6	3
Hrafnstader, pro alimentatione. —	120	7	8
Dimidium prædii *Biörg* mulcta — —	40	4	2
Vad, pro alimentatione — —	80	6	$5\frac{1}{3}$
Höskuldstader cum subjacente villula, partim pro decimis episcopalibus, partim pro sustentatione sacerdotis Thomæ Erici, villula autem emtione.	200	6	8

Dimi-

	Dyrleike. Hundrud.	Kúgillde.	Landskulld.
Hálfer *Hallbiarnarstáder*, gölldner í sakferle.	15	4	X aurar.
Fagranes, var keypt. — —	13	4	X aurar.
Strönd, var gefen — —	10	4	C.
Minne *Veller*, keypt — —	10	—	—
Christnes — — —	60	10	CCC.
Christneskroppur, Hiálmstader oc Grísará komu fyrer þær jarder sem under hafa bored. oc er			
— *Kroppur* — — —	40	6	VIII ágillde.
Hiálmsstader — — —	20	6	C.
Grísará — — —	20	6	C.
Krukstödum — — —	—	5	XV aurar.
Draflastader — — —	20	5	VIII ágillde.
Seliahlíd — — —	20	6	C.
Gilsá — — —	20	6	C.
voru þessar þriár keyptar.			
Gerde, kom þad í jardakaup —	12	6	XII aurar.

Hleinargarder,

	Pretium Prædiorum.	Vaccæ cum prædiis locatæ.	Merces.
	Imperial.		Imperial.
Dimidium prædii *Hallbiarnarstadir* mulcta —	60	4	2
Fagranes, emtione — — —	52	4	2
Strond, dono — — —	40	4	4
Minneveller, emtione — — —	40	—	—
Christnes — — — —	240	10	12
Christnes Kroppur permutatione — —	160	6	5 1/3
Hialmstader, permutione — —	80	6	4
Grisaraa, permutatione — —	80	6	4
Krukstader — — —	—	5	3
Draflastader — — —	80	5	5 1/3
Seliablid — — — —	80	6	4
Gilsaa, hæ tres permutatione — —	80	6	4
Gerdi, emtione — — —	48	6	2 2/3

Hleinargardur,

	Dyrleike. Hundrud.	Kúgillde.	Landſkulld.
Hleinargardur, ſumr keyptr, enn ſumr í ſakferle.	60	10	CC.
Hvaſſafell, ſumt keypt, enn ſumt fyrir Biarna heitin Olafsſon í ſakferle.	100	—	—
Ytra *Kroſſanes*, keypt fyrir fulla peninga, enn hálft oc *Kúaſtader* í Svartárdal komu fyrer ſydre Bæesá.	30	6	CC.
Sydra *Kroſſanes*, keypt fyrir fulla peninga.	30	6	C.
Mýrarlón, keypt fyrir fulla peninga	20	6	C.
Asláksſtader, þá úte eru þriú ár	40	6	C.
Arnbiarnarbrecku oc hálft *Kroſſaneſit* ytra feck Oſs Síra Eirikr Sumarlidaſon fyrir vora peninga enn hann tók í ſama fyrir Rettarbótena af þeim Finnboga ſonum.			
As, á hinu þridia áre — —	30	6	C.
I *Aa* betölud — —	15	6	C.
Stedie — — —	20	6	C.

Grund

	Pretium prædiorum.	Vaccæ cum prædiis locatæ.	Merces.
	Imperial.		Imperial.
Hleinargardur, partim emtione, partim mulcta	240	10	8
Hvaſſafell partim emtione, partim mulcta Biarnii filii Olai.	400	—	—
Ytra *Kroſſanes* emtione & permutatione —	120	6	8
Kúaſtader in Svartardal permutatione. —	—	—	—
Sydra *Kroſſanes* emtione — —	120	6	4
Myrarlón, emtione — — —	80	6	4
Aſlákſtader, poſt triennium — —	160	6	4
Arnbiargar-brecka permutatione cum Presbytero Erico filio Sumarlidii.	—	—	—
Aas poſt triennium — — —	120	6	4
Pars prædii *Aa* pecunia numerata —	60	6	4
Stedie — — — —	80	6	4

Pars

	Dyrleike. Hundrud.	Kúgillde.	Landskulld.
Grund í Þorvalldsdal — —	10	—	—
Steinstader, keypter fyrir peninga	30	6	C.
Hólar, oc *Midland*, bádar í sakferle	20	8	C.
Fagreskógr, er sumr keyptr, enn sumr golldin í sakferle — —	30	6	CC.
Kálfskinn, golldinn fyrir vorar tíunder	40	6	CC.
Skálldalækr, hálfr. var keyptur —	10	1	XL álner.
Brimnes — — —	10	4	X aurar.
Melar — — —	20	6	C.
Kóngustader — — — oc hálfar *Audner* settar Urda kirkiu.	20	6	C.
I *Audnum*, golldnar af Jone Sigmundssyni í sakferle.	10	6	C.
Hreidarstader, keypter af mörgum fyrir fulla peninga.	60	6	CC.
Klausabreckur, golldnar af Jóne Sigmundssyne í sakferle.	50	8	CC.

Dæle,

	Pretium prædiorum.	Vaccæ cum prædiis locatæ.	Merces.
	Imperial.		Imperial.
Pars prædii *Grund* in Thorvardsdal —	40	—	—
Steinstader pecunia numerata — —	120	6	4
Holar, mulcta — — —	80	8	4
Midland, mulcta — — —	—	—	—
Fagre Skogur partim emtione partim mulcta	120	6	8
Kálfskinn, pro decimis nostris — —	160	6	8
Dimidium prædii *Skaldalækur* emtione —	40	1	1⅓
Brimnes — — — —	40	4	2
Melar — — — —	80	6	4
Kóngustader — — —	80	6	4
Dimidia pars fundi *Audnir* templo Urdensi addicta.	40	6	8
Hreidarstader pecunia diversis numerata —	240	6	8
Klausabreckur, mulcta a Jona Sigismundi expensa.	200	8	8

Deli,

	Dyrleike. Hundrud.	Kúgillde.	Landskulld.
Dale, gaf Steinn Snorrason X hundrud Hólakirkiu enn XL hundrud keypt af börnum Steins, er hann gaf þeim í testament, oc voru keypt fyrir fulla peninga.	50	8	CC.
I Olafsfirdi.			
Gardar. var keypt af tveimr —	20	6	C. LX álner.
Reyker, keypter af mörgum —	40	3	CC.
I Fliótum.			
Illhugastader, keypter hálfer, enn hálfer fyrir leyfe.	20	4	C.
Molastader; keypter hálfer, oc hálfer fyrir eydekot.	20	5	C.
Miölbrigdastadr, keypter — —	20	6	C.
Túnga, kom fyrir Þórustade á Svalbardsstrond er golldin var í sakeyri.	60	6	CCC.

Dtste

	Pretium prædiorum. Imperial.	Vaccæ cum prædiis locatæ.	Merces. Imperial.
Dali, X hundredæ dono Steinis filii Snorrii, reliqvæ XL emtione a liberis Steinis pecunia numerata; illi testamento ab illo acceperant.	200	8	8
In Olafsfiordo.			
Gardar emtione, a duobus — —	80	6	6
Reykir emtione a multis — —	160	3	8
In Fliotis.			
Illugastader partim emtione partim concessione	80	4	4
Molastader partim emtione, partim permutatione pro villula deserta.	80	5	4
Miölbrigdastader emtione — —	80	6	4
Tunga, permutatione pro Thorustadis in Svalbardsströnda, qvæ iterum mulcta.	240	6	12

Ytste

	Dyrleike. Hundrud.	Kúgillde.	Landſkulld.
Yſtte *Mór* fyrer tíunder. — —	40	4	VIII ágillde oc C.
Brúarland, ſett aptr under kirkiuna fyrir proventu Salbiargar — —	40	6	CCC.
Grinder — — —	20	6	CC.
Osland, hálft keypt, oc hálft fyrir leyfi	60	9	CCC.
Brecka oc *Hundhöll*			
Dalur hiá Okrum — —	30	6	C.LX álner.
Abær, golldenn í ſakferle —	20	—	—
Villingarnes, golldin ſumt í ſkulld, enn ſumt keypt.	36	6	CC.
Gilbage (ſkal ſvara preſti hálfmörk) —	30	6	C LX álner.
Sævarland, keypt fyrer ſydra Kroſſanes	20	4	C
Hafragil, kom med Síra Einare Ulfsſyne.	12	6	IV vætter fiſka.
I Húnavatns þinge.			
Hafſtader — — —	40	6	C. oc kúgilde.
Finnsſtader, kom fyrir kvíar í Nordrár-dal,	50	6	CC.

L l l l 2

	Pretium prædiorum.	Vaccæ cum prædiis locatæ.	Merces.
	Imperial.		Imperial.
Yſtte *Mor*, pro decimis. — —	160	4	$9\frac{1}{3}$
Bruarland, templo, loco alimentationis Salbiörgæ, redditum.	160	6	12
Grinder — — — —	80	6	8
Osland emtione & conceſſione — —	2[illegible]0	9	12
Brecka — — — —	—	—	—
Hundhöll — — — —	—	—	—
Dalur, apud Akras — — —	120	6	6
Aabær, mulcta — — —	80	—	—
Villingarnes emtione & pro nominibus —	1[illegible]4	6	8
Gilbage, Sacerdoti marcam numerabit —	1[illegible]0	6	6
Sævarland, permutatione — —	80	4	4
Hafragil pro ſuſtentatione Presbyteri Einaris filii Ulfi.	48	6	4
In Toparchia Hunavatnenſi.			
Hafſtader — — — —	160	6	8
Finnſtader permutatione cum Kviar in Nordurárdal,	200	6	8

	Dyrleike Hundrud.	Kúgillde.	Landskulld.
dal er fell í óbótamál. Síra Jóns Kollasonar.			
Mánaskál, golldin fyrir peninga oc stendr þó til lausnar um þriú ár.	20	5	C.
Steinnyastader, kom med Síra Bessa Þórsteinssyne	20	6	C.
I *Mýrum*, golldnar fyrir fulla peninga	10	3	LX álner.
Hálft *Spákonufell*, á kirkian þar í fimtán hundrud oc þriú kúgillde fyrir preste	30	6	kúgillde.
Engeblid hálf, keypt fyrir fulla peninga	20	6	C.
I *Móbergi* — — — oc hid þridia kúgilldet fyrir preste.	20	2	kúgillde.
Æsisstader, keypt fyrir fulla peninga	30	5	CC.
Kúastader — — —	20	6	C.
Hól — — — —	20	6	C.
Steiná. — — —	30	5	C.LXXX álner. oc

	Pretium prædiorum. Imperial.	Vaccæ cum prædiis locatæ.	Merces. Imperial.
ardal, qvod iterum ob delictum Presbyteri Jonæ Kolli inexpiabile.			
Manaskal argento numerato, jure tamen relutionis per triennium.	80	5	4
Steinnyastader — — —	80	6	4
Pars prædii *Myrar* argento numerato —	40	3	2
Dimidium prædii *Spákonufell* templum ibidem XV hundredas possidet, & tres vaccas, qvorum usus fructus sacerdoti cedit.	120	6	4
Eingeblid dimidia, argento numerato —	80	6	4
Pars prædii *Moberg*, tertiæ vaccæ reditus sacerdoti ceduntо.	80	2	4
Æsisstader, argento numerato — —	120	5	8
Kuastader — — — —	80	6	4
Höl — — — —	80	6	4
Steinaa, & decimæ, hæ duæ permutatione pro	120	5	6⅔ Gudrunar.

	Dyrleike. Hundrud.	Kúgillde.	Landskulld.
oc tíund, oc þessar bádar kommar fyrir Gudrúnarstade er fell í óbóta mál Síra Jóns Kollasonar.			
Lángamýre, keypt fyrir fulla peninga; oc önnur	20	6	C.
Lángamýre, oc keypt fyrir fulla peninga.	30	6	CC.
Asar, keypt fyrir fulla peninga —	20	6	C.
Elldjárnsstader — — —	20	6	C.
Hrafnabiörg — — —	20	6	C.
Liótshólar — — —	20	6	C.
Snæringsstader, í eyde — —	20	6	C.
Geithamar — — —	20	6	VIII ágillde.
Mosfell — — —	20	—	—
komu þessar sex jarder fyrer þær jarder sem Einar Olafsson helldr.			
Litle *Dalur*, er kirkiueign á Kúlu	20	6	C.
Hollt — — — —	20	6	C.

	Pretium prædiorum. Imperial.	Vaccæ cum prædiis locatæ.	Merces. Imperial.
Gudrunarstadis, & hæc iterum ob inexpiabile delictum Sacerdotis Jonæ filii Kollii.			
Langamyre, argento numerato — —	80	6	4
Aasar, argento numerato — —	80	6	4
Elldjarnstader — — —	80	6	4
Hrafnabiörg — — —	80	6	4
Liotsholar — — — —	80	6	4
Snæringsstader, desertum — —	80	6	4
Geithamar — — —	80	6	5⅓
Mosfell — — — —	80	—	—
Hæ sex villæ permutatæ cum iis, qvas Einarus Olai tenet. *Langamyre*, argento numerato —	120	6	8
Litledalur, possessio templi Kulensis —	80	6	4
Holls — — — —	80	6	4

	Dyrleike. Hundrud.	Kúgillde.	Landſkulld.
Grund, oc ſtanda þeſſar bádar fyrir kirkiugótſinu á Kúlu.	20	6	CC.
Þórkelshvol, keyptr fyrir fimmtíu hundrud enn kirkian á þar tíu hundrud.	60	6	CCC.
Galltarneſed — — — oc eitt kúgillde fyrir preſte.	40	6	kúgillde oc X aurar.
Vatnshorn, gallt Síra Þórſteinn Illhugaſon.	20	6	C.
Fitiar, gallt Oſs Jon Sigmundsſon —	20	6	C.
Sydre *Þverá*, ſókt med lögum —	40	6	CC.
Ytre *Þverá*, keypt fyrir fulla peninga	50	3	CC.
Asbiarnarſtader, golldner hálfer fyrir fulla peninga, oc hálfer fyrir ſakferli.	30	6	CC.
Minne *Os* — — —	20	6	C.
Vigdiſarſtader — — —	20	3	C.
Veller í Midfirde, golldit í ſakferle —	16	6	C.

Barkar-

	Pretium prædiorum. Imperial.	Vaccæ cum prædiis locatæ.	Merces. Imperial.
Grund, hæc & præcedens oppignoratæ pro bonis templi Kulenſis.	80	6	8
Thorkelsbvol, L hundredæ emtione, reliqvas decem templum, qvod ibidem eſt, poſſidet.	240	6	12
Galtarnes, uſus fructus unius vaccæ, ſacerdotis ſunt.	160	6	6
Vatnshorn, expendit Presbyter Thorſteinus filius Illhugii.	80	6	4
Fitiar, expendit Nobis Jonas Sigmundi —	80	6	4
Sydri Thveraa, actione juris — —	160	6	8
Ytri Thveraa, argento numerato — —	200	3	8
Asbiarnarſtadir, partim argento numerato, partim mulcta.	240	6	8
Minne Os — — — —	80	6	4
Vigdiſarſtadir — — —	80	3	4
Veller in Midfiordo, mulcta — —	64	6	4

Barkar-

	Dyrleike. Hundrud.	Kúgillde.	Landskulld.
Barkarstader — — —	40	5	CC.
Adalból, gollded hálft, enn fengit Oss hálft.	30	6	C.
Biargarstader í Núpsdal — —	12	—	—
oc í *Hnausum* keypt fyrir peninga —	4	—	—
Hálfer *Bálkastader* í Rútafirde —	15	3	C.
Kúla oc *Urder* at auk			
Videdalstúnga med sínum kotum lögd til Beneficium.			
Hálfar *Tiarner* í Svarsadardal gaf Finnur Þórvalldsson Sancto Johanni Baptistæ med voru tillage, því þat var Christsfe.			

Enn allt annat góts laust oc fast, nema þat sem í óbótamál hefur falled, þá reiknum vier oss oc vora eign vera, þvíat vier hofum keypt þat med Voru aflagótse, enn sumt bored under Oss í sakeyrer þann sem *Kristinrettur* skipar biskupi. Enn Gudi til loss oc dýrdar, enn

---

	Pretium prædiorum.	Vaccæ cum prædiis locatæ.	Merces.
	Imperial.		Imperial.
Barkarstader — — —	160	5	8
Adalbol, dimidia ex parte expensa, ex altera autem dimidia a nobis acqvisita.	120	6	4
Biargarstader in Nupsdalo — —	48	—	—
Pars præd. i *Hnausar*, argento numerato —	16	—	—
Pars *Balkastader* dimidia — —	60	3	4
Kula præterea & *Urder*			
Videdalstunga Beneficium.			
Dimidium prædii *Tiarnir* in Svarfadardalo Finnus Thorvalldi nostra intercessione ductus Sancto Johanni Baptistæ donavit, erat enim villa sacris usibus dicata.			

Omnes præscriptas res, & mobiles, & immobiles, præter mulctas in criminibus inexpiabilibus, nostrum peculium esse palam profitemur, qvod partim ære per accessionem industrialem acqvisito emtum, partim ut pecunia mulctatitia ex Juris Ecclesiastici

enn Oss oc þeim sem áttu oc öllum kristnum sálum til fridar líknar oc miskunnar, þá gefum Vier allt fyrrskrifad góts laust oc fast H. Hóladómkirkiu til æfinligrar eignar under þá grein, at sálutíder þær oc sálumessa, sem Vor forverare Biskup Olaf gódrar minningar, oc Gud hanns sál náde, skipade at syngiast oc lesast skyllde í Sancte Anne stúku, sie eilífliga uppehallded. svo sem fyrrnefndur Biskup Olaf, Gud hanns sál náde, hefr skipad. þvíat hann gaf þar penninga til; suo oc þær messur tvær *Humiliavit* oc *af Sancta Anna* á föstudaga oc laugardaga, þá sem ecki ber á frammestöduhölld í H. Hólakirkiu, skule oc jafnan syngiast. Þar med skipum Vier oc fiórar ártíder á tólf mánudum uppí Dómkirkiu oc öll klausturin, öll Beneficia, oc þíngaprest í sínum þíngum, á vetr, vor, sumar oc haust, á þessum tímum sem hier epter greiner: Hinar fyrstu ártíder á vetrinn decimo octavo kal. Januarii, þad er tveim nóttum epter Luciemessu; Adrar tertio Nonas Maji, þad er tveim nóttum epter Krossmessu á vored; Hinar þridiu á sumared decimo qvinto kal, Augusti þad er tveim nóttum fyrir Þórláksmessu á sumared; Hinar fiórdu ártíder á hausted decimo tertio kal. Octobris; þad er tveim nóttum fyrer Matthei Apostoli oc Evangeliste. Enn þá nockurn þessara fyrrskrifadra ártídadaga ber á sunnudag, föstudag edur laugardag, þa messurnar *Humi-*

---

astici præscripto in Dei gloriam Episcopo debita, nostro fisco est adjudicatum. Cæterum in pacem, veniam & miserationem nostri, eorum, qvi antea possederant, & omnium christianarum animarum, omnem præscriptam pecuniam, mobilem & immobilem, Sanctæ Curiæ Holensi in æternum peculium donamus, ea lege, ut horæ inferiales & inferiæ, qvas Antecessor Noster Episcopus Olaus, beatæ memoriæ, *ιιιι ιι αγιαις ισιι*, in ala templi, Sanctæ Annæ dicata, legendas & canendas constituit, in perpetuum maneant, prout prædictus Episcopus Olaus (Deus ipsius animæ misereatur!) eisdem usibus pecuniam dicans, ordinavit. Binæ præterea Missæ, *Humiliavit* & *de Sancta Anna*, diebus Veneris & Saturni, qvi majoribus solennitatibus non sunt dicati, semper canantur. Qvatuor insuper qvotannis missas in templo Cathedrali, omnibus cœnobiis & beneficiis, a qvocunqve Sacerdote in suæ parœciæ templo, hyeme, vere, æstate & autumno faciendas constituimus; Primam scilicet hyeme, 18 kal. Januarii, hoc est duabus post festum Luciæ noctibus: Secundam 3 Nonas Maji, hoc est, duabus post festum inventionis crucis vernum; Tertium æstate 15 kalend. Aug. biduo ante festum Thorlaci æstivum; Qvartam autumno, 13 kalend. Octobris, hoc est duabus noctibus ante Matthei Apostoli & Evangelistæ; Cum autem qvodqvam præscriptorum festorum, in diem Dominicam Veneris aut Saturni, qvibus ex prædictis missæ *Humiliavit* & *de Sancta Anna* sunt canendæ, inciderit,

Humiliavit oc af *Sancta Anna* ſkulu ſyngiaſt ſem fyrr ſeger, þá bidium Vier í umbode allra kriſtenna ſálna þá tvo dándesmenn oc préſta Kirkiupreſtenn oc Rectorem chori á Hólum, ad þeir ſkipe þeſſar ártíder med ſinne meſſu á einhvern þann dag þeirrar viku. ſem þeim þyker beſt tilfallenn, ſvo ad þeſſar fyrrſagdar ártíder med meſſunne falle alldrei nidur; Skulu þeſſar ſálutíder ſyngiaſt í kórnum med níu leſtrum á kvöllded fyrir, enn commendaciones animarum á morgunenn epter Tertiam, oc þá ſtrax ſálumeſſan ſyngiande med þeſſum oracionibus: *Concede quæſumus onmipotens Deus animabus omnium Epiſcoporum & Sacerdotum tuorum. Deus in cujus miſeratione animæ fidelium red — Miſerere qveſumus Domine animabus omnium benefactorum noſtrorum defunctorum: Onmipotens ſempiterne Deus, qui vivorum Deus fidelium, Deus omnium* &c. í hvörre meſſu. Enn til þeſs ad kennemenn ſem eru Chorales daglega heima á Dómkirkiunne flytie oc fremie þeſſa tídaſkipun á hverium tólf mánudum, medan þeir þióna Dómkirkiunne, þá aukum Vier kaup hvers preſts fram yfer þad ſem veniulegt er X aurum; hvers Meſſudiákns XX álnum; hvers Subdiákns X álnum; oc hvers klerks V álnum. Enn under þá grein, þá leggium Vier þeſſa peninga, ad þeir giore þeſs audvelldligar oc betur alla fyrrſkrifada tídaſkipan. Oc ef ſvo kann til ad bera ad nockur af Chorspreſtunum vilie fara ſinna eyrenda annarſtadar

cidit, omnium Chriſtianarum animarum nomine rogamus, binos diſcretos viros & Sacerdotes, Cathedralem nempe, & Rectorem chori Holenſem, his feſtis cum miſſa, ne unqvam omittatur, celebrandis, aliqvam hebdomadis, qvæ ipſis maxime opportuna eſſe videtur, diem deſtinent. Hæ in choro Veſpera præcedanea canantur *inferiæ* cum novem lectionibus, ſed commendaciones animarum ſubſeqventi mane poſt Tertiam, & deinde ipſa miſſa his orationibus intonetur: *Concede qvæſumus omnipotens Deus animabus omnium Epiſcoporum ac Sacerdotum tuorum, Deus, in cujus miſeratione animæ fidelium red. Miſerere qvæſumus Domine, animabus omnium benefactorum noſtrorum defunctorum. Omnipotens ſempiterne Deus, qvi vivorum Deus, fidelium Deus omnium &c.* in ſingulis miſſis. Ut autem chorales Sacerdotes, qvi jugiter ad Cathedram ſe continent, has miſſas, dum templi cathedralis miniſterio funguntur, qvotannis faciant, peragantqve, debito cujuscunqve ſacerdotis ſalario, decem oras, cujusvis Diaconi 20 ulnas, Subdiaconi 10 ulnas, & Clerici 5 ulnas adjecimus, ea ſub conditione, ut eo facilius & melius prædicta munia peragant, unde, ſi qvis chori ſacerdotum in proprium uſum, Cathedram, dum hæ tres miſſæ celebrari

ſtadar burt af Stadnum þá þeſſar þriár meſſur ſkulu ſyngiaſt; þá fyrerbiódum Vier honum þad under hlýdne vid H. Hóladómkirkiu oc hennar Formann, nema hann hafe annann preſt víſann ad ſýngia fyrir ſig þeſſar þriár meſſurnar, ſem er: *Humiliavit* oc *af S.-Anna*, oc *ártídarmeſſuna*, um allan þann tíma ſem hann er í burtu. Oc því giorum Vier ollum gódum mönnum vitterlegt med þeſſu Voru opnu brefe, ad Vier ſtadfeſtum oc ſamþyckium bref oc giorning Vors Virduligs Fodurs oc fyrirvera Biſkups Olafs, godrar minningar, Gud hanns ſál náde, um meſſu oc ſálutíder í Anne ſtuku, ſvo oc confirmerum Vier þat fullkomliga í öllum ödrum ſínum greinum oc articulis, ſem þat hanns bref innehelldr, oc þat ſama væntum Vier trúum oc fylliliga treyſtum til allra Vorra Erlegra epterkomenda, Biſkupa, Officiala, Rádsmanna oc kirkiupreſta H. Hóladómkirkiu, ad þeir mune óbrigdiliga halldaſt láta um alldur oc æfe þeſſar þriár meſſurnar med ártídunum, ſem Vier ſkipum oc í þeſſu brefe fyrr greiner, þar med bidiande ydar kiærlegt faderne oc elſkulegt bróderne ad þier aller ſeud umbodsmenn allra chriſtenna ſálna dyggver trúer oc trauſter, ſvo ſem þier vilied ſvara fyrer Gude; oc kiorum Vier giarnan fyrer Guds ſkulld ad þier ſamþycked þenna Vorn giörning med ydru opnu brefe oc innſigle, þvíad ſier giörer hvör ſem giörer, enn nióte þeir ſem Gud vill, oc þurfa. Enn til meire viſſu oc ſtadfeſtu ad þeſſe Vor ſkipan oc giorningur ſkuli óbrigduliga halldaſt um alldur oc

---

brari debent (ad tempus) relinqvere velit, id ipſum, ſub obedientiam erga Deum, curiam Holenſem, & ejus Antiſtitem, prohibemus, niſi habeat, qvi ſua vice has tres miſſas, nempe *Humiliavit*, & *de Sancta Anna*, & dictas *Inferias* omni qvo abeſt tempore, canat. Tandem probis omnibus notum facimus his patentibus, Reverendi Patris & Anteceſſoris noſtri Epiſcopi Olai, beatæ memoriæ, (Deus ejus animæ miſereatur) diploma & conſtitutionem de miſſis & horis inferialibus, in ala templi Sanctæ Annæ dicata, celebrandis nos approbare & confirmare; Item in reliqvis ſuis punctis & Articulis, omne qvod idem ejus diploma continet, abſolute confirmamus, freti Venerabiles ſucceſſuros Epiſcopos, Officiales, qvæſtores & Paſtores Cathedrales, harum trium miſſarum, qvas ſupraſcriptis ordinavimus, cultum in æviterna ſecula facturos conſervari; Rogamus itidem amiciſſimam veſtram paternitatem & fraternitatem, omnium chriſtianarum animarum tam fideles & probi Procuratores ſinguli ſitis, qvam Deo poſtea rationem reddituri, perqve Deum exoptamus, hæc noſtra Acta veſtris literis adprobetis, nam qvisqve ſibi, non aliis facit, ſed ad eos, qvi opus habent, & Deus vult, eorum fructus redundent. In majorem certitudinem & teſtimonium, hujus mandati & conſtitutionis per æviterna ſecula obſervandi, nobiles Domini

oc æfe, hafa Edla Herrar Abótár oc Herra Príorenn, oc aller forprestar, oc svo aller adrer kennemenn Hóla biskupsdæmes sem hier epter nefnast í brefenu, samþykt þessa Vora skipan oc giörning á almennelegre prestastefnu á Vídevollum í Blonduhlíd í Skagafirde þeir sem vóru þar oc svo heita: Bróder Einar med Gudz nád Abóti á Múnkaþverá, Bróder Helge med Gudz þolenmæde Aboti á Þingeyrum, Bróder Nicolás med Gudz forsió oc skipan Prior á Modruvöllum, Jón Finnbogason í Mula, Petur Pálsson, Finnboge Einarsson, Jon Þórgilsson, Gudmundur Jónsson Nicolás Vilhiálmsson, Jón Fimbogason í Laufáse, Jón Arnason, Gilbriet Jónsson, Þórsteinn Jónsson, Olafr Jónsson, Egill Hallsson, Jon Jonsson á Miklabæ, Jón Jonsson á Skinnastödum, Þórbiorn Jónsson á Bægesá, Þorbiorn Jónsson á Stadarbacka, Olafr Gudmundsson, Sniólfr Jónsson, Jón Sveinsson, Halldor (Halfdan) Narfason, Thomas Eiriksson, Jon Andresson, Sigmundur Arason, Jón Philippusson, Steinn Marcússon, Jón Olafsson, Jon Martinsson, Sveinn Fimbogason, Loptur Petursson, Magnus Gudmundsson, Einar Magnusson, Jon Brandsson, Gisle Gudmundsson, Thomás Jónsson, Thomas Einarsson, oc Þórleifur Jónsson, med fleire dándismanna samþycke sem ecke eru nefnder, oc med þeirra samþycke sem nefnder eru oc ecke eru nú á prestastefnunne, ætlum Vier ad fá þeirra samþykt ef Oss hrockur líf til, oc nær Gud vill vier finnunst. Oc til sannenda hier um setium Vier Var innsigle,

Domini Abbates & Dominus Prior, & omnes primarii Sacerdotes & reliqvi omnes Holanæ diœceseos pastores, qvi præsto erant, hoc nostrum mandatum & constitutionem in Synodo Provinciali Videvallis Blönduhlidæ Skagfiordensiam habita, adprobarunt, qvibus hæc nomina: Frater Einarus Dei gratia Abbas Munkathveraaensis; Frater Helgo Dei tolerantia Abbas Thingeyrensis; Frater Nicolaus Dei providentia & dispositione Prior Mödruvallensis; Jonas Finnbogi de Mula; Petrus Pauli; Nicolaus Vilhielmi, Jonas Finnbogi de Laufasi, Jonas Arii, Gilbrictus Jonæ, Thorsteinus Jonæ, Olaus Jonæ, Egillus Halli, Jonas Jonæ de Miklabey, Jonas Jonæ de Skinnastadis, Thorbiörnus Jonæ de Bægisa, Thorbiornus Jonæ de Stadarbacka; Olaus Gudmundi, Sniolfus Jonæ, Jonas Svenonis, Halfdanus Narfi, Thomas Erici, Jonas Andreæ, Sigismundus Arii, Jonas Philippi, Steno Marci, Jonas Olai, Jonas Martini, Sveno Finnbogi, Loptus Petri, Magnus Gudmundi, Einarus Magni, Jonas Brandi, Gislo Gudmundi, Thomas Jonæ, Thomas Einari & Thorleifus Jonæ; pluribus, qvorum nomina hic omittuntur, suffragantibus, & iis, qvi nominati qvidem, sed in Synodo non comparuerunt, qvorum suffragia, si vita suppeditabit, & qvando, Deo volente, eos conveniemus, impetrabimus; In horum certitudinem, unacum

sigle med fyrrsagdra Prelata oc Presta innsiglum fyrer þetta bref er skrifad var ad Dómkirkiunne á Hólum í Hialltadal á midvikudagenn næstann fyrir Barnabe Apostoli, anno Domini M.D.XX.

CAP. VII.

De Jona Arii filio.

§. I.

Elapsis a morte Egilli, ultimi e gente Islandica Holani Episcopi, annis 18?, qvibus hanc diœcesin 9 peregrinæ nationis Præsules partim rexerunt, partim afflixerunt, eandem tandem moderari cœpit *Jonas Arii filius*, vir indigena, qvi ut Episcoporum Catholicæ Religioni addictorum, non tantum in Islandia, sed & in Daniæ & Norvegiæ Regnis, ultimus, ita etiam famosissimus exstitit cujus vitæ & gestorum historiam tam multi, & qvidem non obscuri nominis viri, scripserunt, ut sola multitudo, & ex ea proveniens relationum diversitas, non magis instruat, qvam obruat, qvorum altera pars, utpote ipsius amici, cognati, affines, eorumqve descendentes, qvædam viri facta, qvæ nullo colore oblinire possunt, plane omittunt, qvædam in se & sua natura nihil minus qvam bona, aliqvo justitiæ & pietatis fuco superinducere conantur, omnia deniqve in cælum tam immodicis efferunt laudibus, non sine contrariæ partis insigni injuria, cujus plerumqve acta denigrant & vituperant, ut Jonam qvippe, qvi eorum judicio, vitam pro Religione catholica innocens posuerit, dudum martyrii corona coruscantem, Sanctorum albo inscriptum & publicæ adorationi prostitutum non fuisse, satis mirari non possint; Alteræ autem, seu contrariæ partis Scriptores, partim odio personæ, & contemtu Religionis catholicæ, Reformatæ vero amore inducti, ipsum ut hæreticum, persecutorem, & perduellem proscindunt & condemnant, omniaqve viri, tam mala & scandalosa, qvam innocua

---

unacum nominatorum Prælatorum & Sacerdotum sigillis nostrum appendimus præsentibus, datis e curia Holensi Hialtdalensium, die Mercurii, proximo ante Barnabæ Apostoli anno 1520.

innocua & indifferentia dicta & facta traducunt & vituperant. Nos autem, qvibus neutra pars nec beneficio nec injuria cognita est, incorruptam fidem professi, sepositis ab utroqve abaci nostri scriptorii latere talibus Autoribus, & utriusqve relationibus cum Actis publicis & Auctorum fide dignorum relatione collatis (a), qvæ ex adverso collocata, ut cynosuram seqvi constitutum est, media incedentes via, veritatem expiscari, & in propatulum ducere conabimur.

§. 2.

Natus est Jonas Arii filius anno 1484 Gritæ (b) in Eyafiord, prope Monasterium Munkathveraaënse, parentibus pauperibus, sed non ignobilibus; Maternus enim ei avunculus magnus fuit Einarus Isleifi filius, Abbas Munkathveraaënsis, paternus vero avus fuit Prior Mödruvallensis nomine Sigurdus (c). Ephebis vix egressus patrem amisit, unde

(a) Auctores & documenta qvæ hic secuti sumus, sunt ex *antiqvis:* Rescripta Regia, Publica Judicia & Constitutiones, Annalium & Historiarum auctores, & Biographi, inter qvos primum locum merentur *EGILLIDES* & *SKARDSAAENSIS*, ut & ipsarum partium scripta & confessiones, prout inter se, & cum aliis, aut conveniunt, aut non penitus dissentiunt. Ex *Recentioribus* autem nominari merentur Illustriss. & Celeberr. Dominus *LUD. HARBOE*, Siællandensium &c. Eccles. Episcopus meritissimus, cujus limatissimæ & nostra laude majori *Hist. Reform. Relig. in Islandia* nos permulta debere animo agnoscimus gratissimo. Et qvi non ultimo nominandus erat, dilectissimus noster Parens *JONAS*, sive *JOHANNES* (idem enim nomen est, qvamvis nos freqventius *Jonas* scribamus, qvo distinctio fiat inter *Johann* & *Hans* sive *Hannes*, qvæ semper nomine *Jóhannis* nobis veniunt) *HALTHORIUS*, pastor qvondam Hytdalensis, Toparchiæ Myrensis Præpositus, & diœceseos Skalholtinæ Vicarius, vir omni genere literarum probe qvidem imbutus, sed in Historia Ecclesiastica Islandiæ, (qvod sine assentatione dici potest) versatissimus, & parem forte non habens; Cujus accuratissima scripta & excerpta, huc pertinentia, indefesso labore & industria, magnoqve judicio exarata, sunt fons ille & locuples penu, ex qvo plurima hausimus & mutuati sumus, qvæ de Episcopis Islandiæ, præsertim illis, qvi post annum 1300 vixerunt, in hoc opere congessimus, ille enim si talium nihil scripsisset, nos parum scribere potuissemus.

(b) Hujus villulæ nobilitatem lusorio carmine evexit, jocans: *Licitatore o Grita obtulisse Abbati prædia* Grund, Gnupufell *&* Mödruvallas, *sed Abbatem his hanc villulam addicere noluisse, nisi etiam adjicerent* Holas.

(c) Habemus inter schedas nostras duas Jonæ Aræi Genealogias, ad Adamum usqve pertingen-

se matremqve qvotidiano labore sustentare necessum habuit, tantamqve passus est esuriem aliaqve paupertatis incommoda, ut aliqvando non multum absuerit, qvin summa necessitate adactus, furto se alligaret, ut ipse sæpius suis postmodum retulit (a). Huncce suum ex sorore nepotem Abbas Einarus legere, scribere, latine canere, aliaqve ejus modi, qvæ ea tempestate sacerdotale officium ambienti sufficere videbantur, edoceri curavit, futurumqve olim se celebriorem vaticinatus est, qvo non obstante, sordidis interdum & vilissimis ministeriis adhibitus fuit, qvæ aliqvando exercens, & in limosam paludem incidens, conservos jocans, ut futurum suum Episcopum levarent, jussisse fertur.

§. 3.

Adolescens omnes sacros ordines suscepit, tandemqve circa annum vigesimum (b) sacerdotio initiatus præbendam Helgastadas adeptus est, qva, elapso uno anno, cum Hrafnagilensi permutata, Præpositus Toparchiæ

---

tingentes, qvarum altera concordat cum ea qvæ legitur in *Actis Societ. Hafn.* Part. 5. pag. 221. Alteram autem usqve ad Höfda Thordum, qvi circa annum 900 vixit, suam esse profitetur *SÆMUNDUS Arnæ filius*, qvi Seculo 16 floruit, qvas qvidam tribuunt ipsi Episcopo, qvidam vero (& nostra qvidem sententia rectius) ejus filio Ario Nomophylaci, qvi tamen non ultra qvam nostræ antiqvitates habent, progressus esse perhibetur, reliqva vero ab Episcopi posteris & cognatis, forte *MAGNO BIORNI*, aut *SÆMUNDO ARNÆ* filio, qvorum nomina qvædam exemplaria præ se ferunt, ad conciliandum genti honorem, adjecta sunt. Vidi etiam præter has alias multo antiqviores, qvarum una excepta fuisse dicebatur ex codice pergameneo continente *vitam Sverri Regis*, unde suspicatus sum aut *CAROLUM* Abbatem, aut alium qvendam ejus Seculi doctum virum, esse primum harum genealogiarum autorem. Sed de tantilla re nulli litem movemus.

(a) Noster aliqvando cibariis egenæ matri esuriem conqvestus, unam, de locatis cum prædio, agnam mactandam consuluit, qvi, cum factum dissvaderet mater, seqvente die idem frustra tentabat; Qva inconsulta, tertio, agnam adductam, laniario destinavit; Verum illa superveniens, conatum filii retardat, mandato, præstoletur, donec sciret, hordane, qvæ jam jam parturiens spes sola erat nutrimenti, fætum edidisset; Paruit monito Jonas, & audito vaccam enixam esse, proposito destitit.

(b) *MAGNUS BIORNI*, nostri e filio nepos, auctor est, eum usqve ad annum 24 ætatis Laugalandi matrem suis laboribus sustentasse, & exinde Holas in familiam Episcopi Gotskalki transiisse.

Toparchiæ Eyfiordensis constituitur, qvod anno 1508 vel prius factum esse, evincit ejus de Thoma qvodem Hialmi filio judicium, qvod se Generalem Judicem & Præpositum inter Vargiaa & Gleraa pronuntiasse & in scriptis pro tribunale sedentem protulisse dicit, Hrafnagili, die Veneris post Festum Purificationis Mariæ 1509, ubi ipse Actorem, Testes, & Judicem agens, Thomæ has causas intentat: 1) Qvod sponsaliis tantum contentus, nuptias nunqvam cum Helga Thorvardi filia celebrasset, qvam nihilo secius plusqvam 20 annis uxoris loco habuerit, qvapropter sesqvi marcam pro qvovis anno pendere jubetur, nisi intra 14 dies probet se ex legum præscripto nuptias celebrasse, aut 6 virali juramento neget se unqvam a Potestate Ecclesiastica admonitum fuisse. 2) Qvod proximo triennio non bona fide solverit decimas Episcopo debitas, qvocirca tres marcas qvovis anno pendat. 3) Qvod cum sua familia exigenti sibi credendorum rationem reddere noluerit, sex uncias pro qvavis persona debeat (a), pro qvavis harum petat absolutionem, & faciat competentem pænitentiam; sed qvod tantis causis innodatus templa adierit, & sacris tamdiu usus sit, ad Episcopi dispensationem remittit.

§. 4.

Anno 1520 die Mercurii ante festum Johannis ante Portam Latinam, consentiente Gotskalko Episcopo, cum Einaro Abbate Munkathveraaënsi, de matris Helenæ honesta sustentatione ad dies vitæ, contractum iniit, qvo Abbati villam Midhus cum 40 Joachimicorum pretio emancipavit, promissis præterea 4 unciis argenti qvovis anno in proximum decennium, si uterqve, ipse & mater, viverent, adjectisqve pro matre commodis pariter & honestis conditionibus. Tempore, qvo Hrafnagilensis

(a) Hoc exemplum, aliqvem in jus vocatum esse ob neglectum Religionis Christianæ, unicum fere est, qvod in tota Historia Ecclesiastica Islandiæ ante Reformationem occurrit, de qvo itaqve dicere licet: *Rara avis in terris, nigroqve simillima cygno.* In Originali est: Noluit legere *sin christeleg fræde*; qvo nomine jam & post Reformationem denotatur *Minor Lutheri Catechismus* cum aliis eo pertinentibus; Sed sub Papatu hoc nomine gaudebant *Credo in Deum*; *Pater noster*; Formula Baptismi; & *Ave Maria Mater Domini nostri.* Vid. supra Per. 2. Sect. 1. cap. 1. §. 28. & Per. 3. Sect. 2. cap. 1. §. 14. 25. Tom. 1. pag. 150. 472.

nagilènſis Sacerdos fuit, inter Gotſkalki Epiſcopi intimos amicos & fidisſimos miniſtros numeratus, bis ab eo in Norvegiam ad expediendum nomina, aliaqve magni momenti negotia procurandum, ablegatus fuit, inter qvæ numerantur fabricatio templi qvod ad oſtium amnis Kolbeinſaa conſtituit, & confectio calicis aurei, cui tria auri pondo impendit.

§. 5.

Mortuo Gotſkalko anno 1520, Abbas Munkathveraaënſis aliiqve Eyafiordenſes Paſtores conventum habuerunt, in qvo concluſerunt Jonam Arii filium aptiſſimum eſſe, cui Præfectura diœceſeos & opum Cathedralium diſpenſatio concedatur, qvem ideo pro tali agnoſcere & accipere vellent, in qvod reliqvi qvidem conſenſerunt, ſed poſito Jonæ a latere Petro Pauli cum æqva poteſtate, qvi una Diſpenſatores opum Cathedralium agerent; Sed aliarum rerum Eccleſiaſticarum curam, qvam Officialis partes vocarunt, Helgoni Abbati Thingeyrenſi & Jonæ Finnbogi filio usqve ad proxima diœceſeos comitia, commiſerunt, Qvæ acta fuerunt Holis 22 Decembris 1520; Sed proximo vere 1521 d. 2. Maji in conventu Eyrarlandi in Eyafiord habito, Jonas denuo ab univerſo clero Holano in hoc officio, (excluſo, ut videtur, Petro Pauli) ampliſſimis terminis & ſplendidis additis Privilegiis confirmatur, ea tamen conditione, ut Officiali Actorum rationem reddat, ſiqve rem negligenter aut male geſſerit, ſuſpenſionem ab officio in Generalibus diœceſeos comitiis perficiendam minantur, ſin vero omnia decenter & commode agat, duraturum ei hoc officium promittunt, usqvedum Archiepiſcopo alio modo conſtituere placuerit, cui Gotſkalki obitum, & in qvo ſtatu res diœceſeos conſtitutæ erant, hoc anno perſcripſerunt. Seqvente anno in feſto Auguſtini Anglorum, 24 Clerici cis-Oxnadalenſia tesqva habitantes, Holas convocati, reliqvis ſcripſerunt, ſe hoc rerum ſtatu non contentos & neceſſitate Eccleſiæ adactos, Jonæ Arii filio ſoli non tantum opum Cathedralium diſpenſationem, ſed etiam Officialis munus, ſeu curam Eccleſiarum tradidiſſe, cum neminem ex ſuo numero huic officio digniorem ſciant, in qvod ut reliqvi conſentiant, enixe orant, illum enim recuſare onus, niſi omnium ſuffragiis ad id unanimiter electum; Sed qvoniam trans-Oxnadalenſes a Jonæ partibus ſemper ſteterant,

perfacile

perfacile fuit illis persvadere, ut huic Constitutioni subscriberent, qvæ ita comparata videntur, ut Jonam, licet dissimulanter & per amicos hæc omnia confecisse dubium non sit, hoc enim modo solus sine collega, &, ut videri voluit, pæne invitus, summum Ecclesiæ regimen nancisceretur.

§. 6.

His peractis, & rebus ex voto fluentibus, animum ad rerum administrationem adplicuit, primoqve Einari cujusdam Jonæ filii, incolæ Toparchiæ Hunavatnensis, sed Teiti Thorleissonii clientis, bona, qvorum dimidia pars, nescio ob qvas causas, Holanæ cathedræ adjudicata fuerat, publicare instituit, ejusqve rei causa anno 1522 Grimo Nomophylace, Rasno Brandi, ea tempestate Skagfiordensis Toparchiæ Præfecto, & 60 armatis stipatus, Sveinstadas, in Vatnsdal, tendit, ibidem enim de bonis confiscandis jus dicere Nomophylax instituerat; Sed loco adpropinqvantes, vident eum a Teito 80 armatorum stipato occupatum, qvapropter, ne seditioni aut cædibus ansam darent, haud procul subsistunt & legibus agere incipiunt, qvod ut conspexit Teitus, suos, impetu facto, strictis gladiis eos adoriri & comitia turbare jussit, primusqve ante omnes currens, obvios qvosqve aut pungit aut ferit, qvo impetu Arnas Bessi filius occiditur, sed 10 alii sauciantur; Nomophylax, etsi furentem Teitum sedare conaretur auditus non est, usqve dum intenso qvem ad manum habebat calybeo arcu jaculo Teiti brachium trajecit, qvo, ut & interventu Helgi Abbatis Thingeyrensis prælium diremtum est, & re infecta discessum; Qvo Jonas acriter irritatus, Teitum, ut 12 Clericorum a se convocatorum conciliabulo Flugumyræ, pridie Nativitatis Baptistæ habendo, se sisteret, in jus vocavit, cujus accusationis capita fuerunt. 1) qvod bona Einari Jonæ Holano templo adjudicata sibi retinuerit, qvæ omnia cum usufructu restituere jubetur. 2) qvod Holani templi prædium Galtarnes emerit, qvod restituere, temploqve plenam juris violati satisfactionem reddere, absolutioneqve accepta pænitentiam agere jubetur, ni 6 virali juramento, qvod inscius id fecerit, probare posset. 3) qvod suum & templi Cathedralis famulum, se præsente & inspiciente, occiderit, & multos alios sauciarit,

contra Erici Archiepiscopi (a) literas, qvibus ipse suiqve famuli in Sancti Olai & Archiepiscopi tutelam accepti sint; Qvapropter ut intra 12 menses se Archiepiscopo sistat, obligatur: Sed horum nihil Teitus ratum habuit, nam eodem anno Nomophylax factus, 12 virale fieri judicium, qvo ab hac cæde liber pronuntiatur, modo non probetur illum Arnam occidisse, Apochamqve Johannis Eggerti Præfecti Regii nactus est, qvod Regio fisco, pro seditione Sveinstadensi, satisfecisset.

§. 7.

Eodem anno Jonas Helgoni Abbati Thingeyrensi dicam scripsit, Præside judicii Jona Finnbogi filio, qvi se vocat Holanæ Diœceseos Officialem: 1) Qvod templo Holano 80 uncias argenti aut earum pretium non solverit, pro qvibus vadem semet, loco Asgrimi cujusdam Finnæi, stiterit, ut ex Rationariis Gotskalki Episcopi patere dicit, de qvo edicitur, Abbates & Monasticos jure non posse & debere vades esse; solutionem itaqve hujus debiti ab ipso Asgrimo extorqvendam esse, nisi ille Abbati pecuniam tradiderit. 2) Qvod pecuniam ab Holana Sede mutuo sumtam non solverit, qvam sine mora pendere jubetur. 3) Qvod argentum sibi a Gotskalko Episcopo concreditum non restituerit, qvod itidem reddere ei injungitur. 4) Qvod communicaverit cum qvibusdam, qvi eqvos cathedræ Holanæ rapuerant, a qvo crimine ut se jurejurando purget, ei mandatur. 5) Qvod cum interfectoribus Arnæ Bessæi, aliisqve cathedræ hostibus communicaverit, eosqve adjuverit, a qvo se etiam jurejurando purgare jubetur, sin minus, absolutionem a Jona Finnbogi filio petere debeat. Unde constat inter Jonam Arii & Abbatem simultates fuisse, forte qvod Helgo ex eorum numero fuerat, qvi Jonæ soli summam rei tradere dissvasit, & ipse priore anno Officialis fuerat. Jonas Finnbogi hic & alibi se pro Officiali gerit, licet paulo antea Jonas

---

(a) Tutelares hasce literas dudum & ante aliqvot annos, cum Jonas inter Norvegiam & Islandiam plus simplici vice transfretaverat, datas fuisse oportet, cum hic adfuerint hoc anno ante ascensionem Domini; Sed tam mane æstatis inter has Regiones navigare, fuit contra mores hujus ætatis nautarum, qvi vix ante Junii mensis initium solvere soliti fuerunt; Taceo qvod hoc anno in Norvegia nullus Archiepiscopus fuerit, ut demonstravimus supra Sect. 1. cap. 8. §. 8. & Sect. 3. cap. 10. §. 4. pag. 524.

Jonas Arii solus summum imperium obtinuisse dicatur, qvod Archiepiscopi aut Capituli Nidarosiensis jussu factum esse, probabile est.

§. 8.

Eodem anno 1522 allatis ex Norvegia Nidarosiensium Canonicorum epistolis, conceditur Holanis plena potestas eligendi Episcopum qvemcunqve velint, & officio parem putent, qva accepta, unanimi consensu, excepto solius Petri Paulini, Jonam Arii filium eligunt, qvod paulo post ex Norvegia adveniens Ogmundus, Skalholtinus Episcopus, qvem Canonici Holanæ diœceseos Administratorem constituerant, sufflaminare, & Jonam Einari filium, virum pium & doctum, illis imponere, omnibus viribus intendit, & ut viam proposito sterneret, omnes antiqvos diœceseos ministros & Officiarios ab officiis removit, novos autem constituit, qvo non parum plerorumqve animos sibi alienavit; unde sub hyemem festo Simonis & Judæ freqventem agunt Holis conventum, ubi Jonæ electionem denuo confirmant, Ogmundum autem & omnem ejus Administrationem protestantur & abdicunt, literasqve hac de causa exaratas Archiepiscopo & Canonicis Nidarosiensibus inscribunt, qvarum tenor est: 1) Accepisse se Capituli Nidarosiensis literas, priusqvam Ogmundus in Islandiam venerit, aut qvicqvam de illi concessa potestate innotuerit, ideoqve Episcopum mox elegisse, qvod factum infectum esse neqveat. 2). Ex antiqvis monumentis probari posse, Holanis semper Skalholtinorum Administrationem perniciosam fuisse, qvi pecuniam & pretiosa templi abstulerint, & nunqvam reddiderint. 3) Ipsum Ogmundum Holanæ cathedræ pecuniam supra 200 aureos Boni Gudmundi peculium sibi retinere, contra Dignissimi partis Erici Archiepiscopi, expressum mandatum, qvi eadem restituere jusserit. 4) Ipsum ingratiis suis Officiarios & Dispensatores constituisse; qvapropter omnes uno ore eum penitus abdicant & protestentur, ad Archiepiscopum & ejus Capitulum appellentes; coram qvo per Electum suum Jonam Arii causam se acturos profitentur. Talis in Holana diœcesi fuit rerum status anno 1523, qvo Jonas in Norvegiam transire constituit, sed nautarum tarditate impeditus, in Islandia hyemare coactus fuit, qvo tempore Ogmundus primo Olaum Gilsi filium, cum literis, qvibus Jonam patria excedere prohibuit, &, ut qvidam volunt, sacris abstinere jussit, Holas misit,

qvi Cathedram, tam ingratum adferens nuntium adire non sustinens, Videmesi substitit, & Jonæ colloqvium ibidem expetiit, qvod ille promittens, postero die Thorsteinum Gunni filium, suam gerentem personam (a), cum splendido comitatu misit, eoqve modo Legatum elusit, qvod sentiens Ogmundus, Petrum Pauli, Holanum, qvi ad ipsum defecerat, eadem perfecturum negotia ablegavit, qvi Holas perveniens honorifice excipitur, &, dum Jonas se colloqvio pararet, paulisper exspectare rogatur, qvi interim per posticum egrediens, qvam citissime abeqvitavit

---

(a) Hic sine dubio est *Olaus Gilsi* filius, qvi postea Pastor Reykholtensis factus est, vir strenuus, & ea tempestate magni nominis. In conspectu Legati, qvem ille Holas misit, Jonas vestimenta, qvibus postridie ad colloqvium iens usurus esset, aptari curavit, qvem actum hujus Seculi Scriptores hoc modo describunt: " Hann liet leggia " klæde sín, húfu og strút, ɔ: *Vestimenta, capitium & collarium, accommodari jussit.* Vox *strut*, cujus significatus hodie in indecens & male aptatum colli aut cervicis tegumentum degeneravit, antiqvitus ornamentum qvo Primores utebantur, denotavit. Fuit autem *Strutur* collare album, rosarum more implicatum, duos, aut maximum tres, digitos latum, ut in antiqvis imaginibus conspicere licet, non absimile ei, qvo hodie Sacerdotes utuntur, nostris ante centum abhinc annos ita freqvens, ut illo etiam coloni & utriusqve sexus vulgus uterentur, unde in Regia peregrinarum mercium taxatione data 1619 viliores æstimantur 16 aut 18 obolis. Antiqvissimis autem temporibus capitio affixum fuisse videtur, qvod Magnates valde pretiosum, qvandoqve etiam aureum, habuisse constat, qvale fuit Haralldi Comitis, cujus *Strutur* decem auri marcis constabat, unde *Strut-Haraldus* vocatus fuit. Vide *Jomsvik. Hist.* in *Vita Olai Trygg.* Part. 1, cap. 133. Qvidam pro Jonæ Aræsonii *Strut* legunt *Sernot*, qvod non intelligimus; Hac autem occasione nobis in memoriam redeunt verba Audfinni Episcopi Bergensis in Epistola ad Thordum Episcopum Gardensem scripta anno 1308, 10 Cal. Julii dicentis; " Sendum vier til ydar so sem til vin- " ar og frænda mæir minniliga enn ríka sending, eitt Skinger og Sýrkot og Kap- " rún af liósblám lit, er Skingret, Sýrkot, og Kaprún fódrat med gráom skinn- " om, og Kyrtil þar til af sama klædi. " ɔ: *Mittimus Vobis ut amico & cognato, magis ut nostri memineris, qvam locuples munus,* Skinger, Sýkot, *&* Kaprun *cæcii coloris, mustelinis duplicata pellibus, & præterea pallium ejusdem coloris ex eodem panno factum.* Hæc tria: *Kyrtil, Caprún,* & *Sýrkot*, optime convenire videntur cum Jonæ Aræsonii vestimentis, *Klædi, Húfu,* og *Strút*, nam *Klædi* & *Kyrtil* sunt pallium, *Caprún* & *Húfa* idem sunt, notantqve Mitram, sed *Strut* aut *Sernot*, mutatis parumper literis, cum *Sýrkot* unum facere, & collare seu vestimentum ad tegendum cervicem aptum designare videntur. An vero *Succotium* HOFFMANNI in Supplem. *Lexici univers.*, & *Surcarium* MART. MARTINII in *Lexico*, ut & VOSSII in libro *de vitiis Sermonis*, idem sit, aliis disqvirendum relinqvimus.

abeqvitavit (a). Tertio itaqve Ogmundus Jonam Einari (b) filium, qvem Holanis Episcopum obtrudere tantopere satagebat, ad expediendum negotia misit, qvem Jonas peramanter excepit, & instituto convivio belle secum habuit, adeo ut beneficiis delinitus, perinde ac priores, reverteretur; unde patet hunc annum negotiationibus & variis machinationibus exactum fuisse, qvas Ogmundus aperte & imperiose exercuit, Jonas vero callide elusit.

§. 9.

Anno 1524 paulo ante Festum Paschatos Jonas Arii famulum suum Olaum Ormi cum literis pacem & amicitiam ab Ogmundo petitum, Skalholtum misit, qvem Ogmundus perhumaniter exceptum laute habuit, & responsorias securum exspectare literas jussit. Ipse interea trecentis armatis comitatus, Holas, ut Jonam imprudentem opprimeret, iter instituit, qvod cognoscens Jonæ Legatus, qvanta potuit celeritate Ogmundum seqvitur, tandemqve ægre prævertens, herum de ejus adventu certiorem fecit, qvi extemplo, fuga salutem qværens, ad nautas, natione Germanos, in portu Kolbeinsaaros, abnavigationi sese præparantes, ægerrime evasit, qvo Ogmundus cognito, illis, ut Jonam sibi traderent, mandavit, qvod, si detrectarent, se cum suis eos adorturum & male mulctaturum, minatus est; Sed cum responderent, si placeret venire, se eum gladiis, plumbeis globulis, & pulvere nitrato haud parce excepturos, ab incepto destitit; Sed ab omni eos ita prohibuit commeatu, ut omnium rerum egentes navim solvere coacti sint, qvod anteqvam fieret, Jonas, Clericum qvemdam, nomine Magnum, adjunctis duobus testibus Holas misit, qvi Ogmundo dicam prælegeret,

 qva

(a) *Petrus Pauli* fuit Jonæ ante biennium Collega, in ejus electionem consentire recusans, unde ad Ogmundum transiit, qvi eum anno seqvente Holanæ Cathedræ Dispensatorem constituit; postmodum in gratiam cum Jona rediisse videtur, qvi eum Abbatem Munkathveraaënsem fecit; Mortuus est anno 1548.

(b) *Jonas Einari* nunqvam videtur Holanam Cathedram affectasse; sed subinvitus Ögmundi proposito inserviisse, qvi etiam constanter Jonæ Arii amicitia usus est, ut patet ex Pactis dotalibus liberorum Episcopi: Magni datis Hlidarenda 1530, & Helgæ datis Holis 1531; nam in utrisqve Jonas hicce Einari inter testes primus nominatur.

qva ei, ut hoc anno coram Archiepiſcopo & Capitulo Nidaroſienſi cauſam dicturus compareret, diem dixit. Hic Magnus, cui omnes aditus notiſſimi erant, deceptis vigilibus, qvi numero 12 qvavis nocte Ogmundi cubiculum cuſtodiebant, ad feneſtram domus dicam tam ſonore legit, ut expergefactus Præſul, ſuorum primus, qvid rei ageretur, ſentiens, tam importunum declamatorem capi juberet. Sed fruſtra; nam ejus manus poſt multas velitationes tandem evaſit & ad ſuos ſalvus pervenit, qvi cum ventis vela dediſſent, tempeſtatibus afflicti ſub Grönlandiam deferuntur, indeqve poſt 14 dierum magnas exantlatas anguſtias, portum Huſavikenſem ingreſſi, & ab accolis commeatu qvodam aucti, denuo mare intrantes, in Norvegiam demum ſalvi pervenerunt.

§. 10.

Ogmundus, licet res haud proſpere aut ex voto fluerent, ab incepto tamen deſiſtere nolens, per Finnbogum Einari, qvem, loco Jonæ Finnbogi, Officialem conſtituit, Clerum Holanum Videvallas convocavit, ubi die Lunæ poſt feſtum Barnabæ freqventem habuit dioeceſeos Synodum, in qva primo intentatis Jonæ abſenti multis gravibusqve cauſis, ut furem, qvi templi theſauros compilaverit, & plaſmam ſeu fugitivum, officio Epiſcopali indignum, infamia notavit & condemnavit. Deinde clerum, ut Jonæ electionem revocaret, & Jonam Einari ejus loco eligeret, non tam perſvaſionibus, qvam vi & minis adegit, qvod omnes demum fecerunt, præter Thomam Erici, tum temporis Paſtorem Cathedralem, & Nicolaum Vilhelmi, Paſtorem Mælefeilenſem, & hac tempeſtate opum Cathedralium Diſpenſatorem, qvem Ogmundus opibus Cathedræ inhians, easqve a Nicolao celatas ſuſpicans, tanto perſeqvebatur odio, ut templum Cathedrale, commune homicidarum & capite cenſorum aſylum, tutum ipſi non præſtaret receptaculum; adeoqve ut ad ſummum altare confugiens, clavibusqve ſibi concreditis, ſcrinio Gudmundi impoſitis, & ingenti arrepta ſica ſemet defenſurus caperetur, exantlatisqve magnis & multis contumeliis, caudæ tandem eqvinæ alligatus, aliqvot milliaria pertraheretur. Ogmundus autem, cum Holis, qvantum conducere videbatur, commoratus eſſet, Petro Pauli filio cathedræ Qvæſtore conſtituto, & omnibus pro arbitrio diſpoſitis, domum

mum reversus est, unde Jonam Einari, qvem tantopere Holanum constituere Episcopum satagebat, ad causam contra Jonam Arii dicendam & objecta diluturum, in Norvegiam ablegavit; Qvam constituto die, Olaus Archiepiscopus, assidentibus duobus Norvegiæ Episcopis & collegio Canonicorum Nidarosiensium, ex utriusqve partis Actis cognoscens, Jonæ defensionem approbavit, qvi thesauros templi, qvos furatus esse insimulabatur, sartos tectos in templo Holano, metu Ogmundi defossos servari, testimonio Thomæ Erici & Nicolai Vilhelmi filii probans, absolutus est; Sopitaqve est hæc de successione in Episcopatum Holanum controversia, cum tanto Ogmundi dedecore, qvi tam crassas criminationes, odio, invidia & avaritia ductus, Jonæ affixisse censebatur, qvanto Jonæ honore, qvi paulo post, approbata ab Archiepiscopo & Collegio Canonicorum ejus electione, Holanus Episcopus inauguratur; cui invidiosa hæcce Ogmundi obtrectatio in commiserationem versa, adjumento magis fuisse, qvam obstaculo, videtur, ut Jonæ Einari filio viro docto, pio & officio pari, illiteratus & lingvæ latinæ plane ignarus præferretur, qvapropter consentiente vel connivente Archiepiscopo, Olaus Hialti filius, ejus Confessionarius, ipsius loco, ad qvæstiones latinas ipsi propositas respondisse fertur. De Jona, ut rarum qvid & notatu dignum memoratur, qvod post ordinationem ab Archiepiscopo discedenti mitra a capite decideret, qvod ipse statim ut omen accepit, ita suum officium inopinato casu & rara forte finitum iri dicens, qvod eventus etiam post 26 annos comprobavit.

§. 11.

Anno 1525 in patriam reversus, qviete vixisse videtur, cum nihil hoc anno Actorum in monumentis traditum videre liceat; Sed anno 1526 d. 3. Jan. præsente Helgo Abbate Thingeyrensi, Olao Hialti filio & Thoma Erici, Petri Pauli, qvem Ogmundus cathedræ Qvæstorem constituerat rationes revidit & approbavit, inqve persimili statu res œconomicas invenit, ac fuerant anno qvo Gotskalkus decessit; Habebat enim cathedra in bonis, præter templi ornamenta, vestimenta, calices, clenodia, libros & utensilia rei domesticæ necessaria, vaccarum & ovium lactariarum tantum, ut pretium 8 millia 520 uncias argenti æqvaret; boum 1764 vervecium 360 eqvorum eqvarumqve, 480 adeo ut

universa

universa cathedræ res armentaria constaret 11 millia 124 uncias, exceptis eqvis junioribus, qvi nondum usui domestico adhibebantur. In navigiis autem habuit, onerariam 70 lastarum capacem; decemremem unam, octoremem unam, & sexremium tres (a). In hoc conventu Episcopus palam fecit Archiepiscopum Nidarosiensem promisisse, se, bono cum Deo effecturum, ut Gudmundus Bonus Sanctorum albo inscriberetur.

§. 12.

Eodem anno freqventem Cleri Synodum habuit Videvallis, die Veneris ante Inventionem crucis, ut ex citatione patet, data Holis d. 3 Paschatos; Qvid autem ibi factum fuerit, non constat, præter indictionem, ut qvisqvis Abbas, Prior, Præpositus & Pastor, evocatis suis colonis & subditis, armati ad comitia generalia Thingvallis hac æstate pro more habenda, cum Ogmundianis justo prælio conflicturi, sese sisterent, qvod, qvalem finem habuerit, alibi relatum est (b).

§. 13.

Si non sepulto, sopito tamen Episcoporum furore, Jonas, qvasi ex longo lethargo expergefactus, a Teito Thorleissonio illatam sibi anno 1522 injuriam, ultum eundi tempus esse duxit, qvod priusqvam publice aggressus est, callide effecit, ut Nomophylacis officium Teito ablatum, Rafno Brandi filio, Prætori Skagfiordensi, conferretur, cui hoc anno, filiam Thorunnam, puellam 14 annorum, elocavit; Ipse Præfecturam Eyafiordensem obtinens, ut ex ejus sententia de hæreditate a Grimo Pauli relicta, Spialldhagæ 1527 dicta, constat; Totam itaqve dioecesin ut Præsul, sed magnam præterea partem ut Prætor & Prætorum socer, affinis aut amicus, devinctam sibi habuit; qvibus subsidiis, priusqvam cum Teito, tum temporis Islandorum ditissimo, & Ogmundi Episcopi amico intimo, congrederetur, semet firmare necessum duxit. Omnibus autem ex voto præparatis, per generum suum Rafnum, diem Teito dixit,

(a) Qvæ hic adscribere placuit, ut inde conspici qveat, qvantum discrimen sit inter pristinum & hodiernum cathedrarum statum, cum vix 2600 uncias jam in bonis habeant.

(b) Vid. supra, Sect. 3. cap. 10. §. 6. pag. 526.

dixit, ut Seilæ anno 1527 die Veneris post conversionem Pauli, seditionem Sveinstadensem & cædem Arnæ Bessi defensurus, aut deficiente legitima defensione, ex legum præscripto, commeritam pœnam daturus, se sistat. Qvo ubi ventum est, ipse Rafnus, judicibus præsidens, pro tribunali decrevit, sententiam in favorem Teiti, anno 1522 in Comitiis generalibus latam, nullius esse pretii. Teitum autem, qvi primus seditionem moverit, exilii pœnam meritum esse, & omnia ejus bona, partim Regio fisco, partim proximis hæredibus deberi, præter debita aliasqve minores mulctas, de qvibus hocce judicium cavet, qvæ omnia ipse Rafnus administrare & exseqvi jubetur, adjecta clausula, ut sine fœnore omnium rationem reddat, & suum cuiqve tribuat. Qvo facto, Rafnus, neqvid effugii Teitus haberet, eodem anno in Daniam transiit, & mediante Regio Præfecto, Johanne Petri, Friderici Primi dictæ sententiæ confirmationem, datam Gottorpii, festo omnium Sanctorum, adeptus est; qva accepta, dimidiam illam partem, qvæ Regio adjudicata fuit fisco, 300 Rhenanis emit, eaqve fretus emtione, anno 1528 in patriam redux, omnia Teiti immobilia bona in diœcesi Holana sita, qvorum rationem nunqvam reddidit, pretium autem, ut sagaciores autumabant, 6 millia Joachimicorum æqvabat, aut excedebat, nullo habito Teiti hæredum, qvibus dimidia pars debebatur, respectu, sibi & socero retinuit; qvod, ubi Teito innotuit, tutum se in Holana diœcesi non fore prævidens, cum mobilibus, qvæcunqve corradere potuit, mala qvævis prædium Glaumbæj occupaturo, imprecatus, cessit, qvod Nemesis exaudisse videtur; nam vertente anno, Rafnus vino obrutus, excito, & invito fere ad dimicandum coacto, famulo qvodam suo, cui nomen Philippus, in eodem loco, qvo Teitus abiturus eqvum ascenderat, transfixus est. Sed ne opima hæc præda hac forte sibi eriperetur, Præsul fama spargi curavit, filiam ex Rafno posthumum peperisse, qvi sacro ablutus lavacro statim ad plures abierit, qvo pacto ejus opes ad Thorunnam filiam hæreditario jure pervenerant; qvam famam refutare, & hæreditatem repetere, Rafni fratres frustra enixi, ab incepto destiterunt.

§. 14.

Anno 1527 Olaum Hialti filium consvetis conditionibus & usitata forma, Præpositum Hunavatnensis Toparchiæ constituit. Anno 1538,

die Lunæ post festum omnium Sanctorum, duodecimvirale judicium promulgavit, qvo Jonam Finnbogi filium, qvi 35 annos præbendam Lausas tenuerat, & toto hoc tempore nullam templi redituum rationem, multoties ab Episcopo jussus & postulatus, reddere noluit, templo ruinam minante præbenda privandus, & ab officio suspendendus esse, censebatur, nisi accuratam redderet rationem & templo sua restitueret; Cui sententiæ Jonam non satisfecisse, ideoqve Præbendam amisisse, ex eo patet, qvod Præsul eam seqventi anno (a) Olao Hialti filio contulit, in cujus gratiam anno 1546 decisionem fecit de jure oræ maritimæ & maris ejectamentis ad templum Lausasense pertinentibus Anno 1538 templo Myrensi, qvod prædium dicit sibi suisqve a fratre suo Ogmundo Episcopo concessum esse, attribuit prædia Fell & Rekavik, tantumqve pecorum, librorum, vestimentorum, thuris, ceræ, auri, & argenti, ut omnia summam 240 Joachimicorum æqvarent. Anno autem 1541 hocce prædium Biarno Narfi filio vendidit, ab eo recipiens prædium Medalfell Qvi omnes hujus viri prædiorum permutationes, emtiones & venditiones enumerare vellet, oleum certe & operam perdet; Exempli gratia tantum adjicere licet, qvod prædia ad Holanam Cathedram pertinentia, numero 83 abalienaverit, qvorum loco alia qvidem numero 66 substituit, sed tanto pretii & lucri discrimine, ut Cathedra tali permutatione qvo ad sortem tantum supra 500 joachimicorum jacturam fecerit.

§. 15.

Anno 1540 die Veneris post Ascensionem Domini, in Synodo Videvallis habita, aliqvot produxit testimonia, qvæ dixerunt, Teitum Thorleifi filium, priusqvam exilii pœnam promeritus fuit, prædium Glaumbaj in sempiternum Beneficium Holanæ diœceseos dedisse aut destinasse, qvod Præsul cum præsente Clero confirmavit. Deinde anno 1550, die Lunæ post inventionem Crucis, consentiente Synodo Eyrarlandensi, Nupufellum, qvod Gotskalkus albo Beneficiorum inscripserat, ex eodem erasit, & in suos usus vertit; Sed Glaumbajensi Præbendæ prædia sydre Ey, ytre Ey & Vatnsskard, una cum 20 vaccis aut earum pretio adjecit,

---

(a) Vid. S. Ven. *HARBOE Afhandling om Reformationen i Island* in *Kiöbenhavnske Selskabs Skrifter* Tom. 7. pag. 29.

adjecit, a qvo tempore Glaumbaj inter celebriora Holanæ dioeceſeos beneficia numeratur; Nupufell vero, qvod filio ſuo Ario tradiderat, una cum aliis hujus bonis, Regio fiſco ceſſit. Anno 1544, in Synodo Videvallenſi Clerum conſuluit, qvid faciendum eſſet Giſlo Finnbogi filio, Sacerdoti, qvi Thorarinum Steindori occiderat, ſed Præſule atteſtante, humiliter, perfecte, & ut vere pœnitentem decet, omnes debitas pœnas & præſcriptam pœnitentiam egerat? Huic ex unanimi Synodi voto, adprobante & ita volente Epiſcopo, officium ſacerdotale, ad alendum ſe & freqventem ſed pauperem familiam (a), reſtitutum eſt.

§. 16.

Anno 1540 acceptis cum Giſſuro Einari filio, novo Skalholtinæ dioeceſeos Epiſcopo, Regiis literis, Jonas Arii filius ſolito more ſe ad Comitia generalia contulit, ubi cum de nova *Ordinatione Eccleſiaſtica* ageretur, qvam Rex Islandis miſerat, ad cujus præſcriptum, tam doctrinam, qvam ceremonias eccleſiaſticas, accomodari Regia juſſit Majeſtas, tantum abfuit, ut Jonas eam debita obſervantia acciperet, qvin potius convocato contradicentium conciliabulo, cum illis conferret, qvomodo illi commodiſſime contra iri poſſit? Factoqve concluſo cum 25 viris Politici ordinis ex occidentali & boreali Qvadrantibus ſelectis, Regi reſcripſit, nam Eccleſiaſtici ordinis nemo cum illis ſubſcripſit, qvod qvis ſatis mirari non poterit, cum in literarum exordio autores ſe vocent ſacerdotes & laïcos, ſed ſcriptis at non ſubſcriptis literis, neſcio qvam ob cauſam, mentem mutaſſe videntur, ita ut ſoli laïci cum Epiſcopo & Nomophylace omnium nomine ſubſcriberent, qvod ſub finem Epiſtolæ ipſi fatentur, vocantes ſe *Nefndar- og Lögrettumenn*, id eſt, ex qvavis Toparchia delegatos & denominatos fori publici Adſeſſores; Qvibus literis Regem tantum in rebus Politicis pro ſuo Domino agnoſcunt, ut prima earum verba innuunt, ſed in Eccleſiaſticis non item, licet id expreſſis verbis non dicant (b).

(a) Per *familiam* ejus liberi ex concubina ſuſcepti intelligendi. Hicce Giſlus fuit proavus maternus Thorlaci Skulonii Epiſcopi Holani. Thorarinus autem, qvem Giſlus occiderat, fuit ejusdem Epiſcopi proavus paternus.

(b) Hanc epiſtolam adtulimus ſupra pag. 555.

§. 17.

His, ut & aliis Islandiæ magni momenti negotiis, excitus Rex vere Christianissimus, anno 1541, primo vere Christophorum Hvitfeldium cum duabus Liburnicis in Islandiam ablegavit, qvi Jonæ Episcopo literas & mandata Regia statim misisse videtur ex qvorum præscripto, & pro solito more, iter ad Comitia generalia instituit, sed Kalmanstungam perveniens, audito Ogmundum Episcopum a Hvitfeldio interceptum captivum teneri & confiscatis omnibus bonis Hafniam evehendum fore, haud parum perculsus mente mutata, huic viro sui potestatem facere consultum non ducens, per literas datas Kalmanstungæ biduo ante Petri & Pauli publice protestatus est, fiducia literarum clementissimi Regis hac æstate acceptarum, promittentium Regios Præfectos antiqvas Islandorum leges & consvetudines servaturos, se cum suis iter ad comitia generalia ingressum esse, sed Kalmanstungam in Borgarfiord venientem, audisse Ogmundum Episcopum contra suam voluntatem captum, & ejus opes, contra jus & fas ei ablatas esse, unde amicorum & stipatorum consilio ulterius progredi & comitia adire, consultum se non ducere; Sed cum sit, non tantum Regis, sed etiam Regni Senatus juratus (a) subditus, prohibere se omnes Islandos, Clericos pariter ac Laïcos, judicium qvoddam, de se, templo cathedrali, & diœcesi, promulgare, aut eadem condemnare; sed siqvis se accusare velit, provocare se ad Regem & Norvegici Regni Senatum, qvibus die & loco a Rege constituto, aut ipse, aut per Procuratores, se sistere velit. Alteras autem suo nomine, multo sedatiores ad ipsum Hvitfeldium dedit, qvibus ei notum facit, se cum ipso colloqvi magnopere desiderantem, ab amicis & stipatoribus impediri, qvin propositum exseqvi qveat, qvod, ne sibi vitio vertat, enixe rogat; Ordinationi autem a Rege sibi missæ, contradicere se non posse, modo ab Ecclesia catholica, & in specie a Capitulo Nidarosiensi approbetur, unde sibi solatium & præsidium in reformatione rerum

(a) Ubi & qvando Regi homagium solverit Jonas Arii filius, nos latet, (nisi hoc de primo ejus jurejurando, cum Episcopatum iniret, intelligi debeat) nam hoc anno, qvo Hvitfeldius Islandos in verba Regis jurare adegit, Jonas præsto non fuit, ideoqve ejus Legati seqvente anno ejus nomine in Dania jusjurandum dixerunt.

rerum Ecclesiasticarum venturum speret (a). Utrasqve hasce Olao Hialti filio perferendas commisit, cui in mandatis dederat, ut Hvitfeldio se qvam efficacissime excusaret, ipse autem domum reversus est. Eodem anno Episcopus literas Regis accepisse perhibetur, qvibus, ut una cum Gissuro Episcopo Skalholtino de rebus & regimine Ecclesiastico secum collocutum, Hafniam veniat, clementissime invitabatur; Sed qvid ad eas responderit, non liqvet; id tantum certum est, qvod neuter Episcoporum hac æstate pedem ex patria extulerit.

§. 18.

Num Rex anno 1542 iterato Episcopos Islandiæ Havniam evocaverit, nobis non constat. licet id ex literis Jonæ Arii filii paulo infra inserendis colligi posse videatur; id autem certum est, Gissurum hoc anno Hafniam petiisse, cujus, etsi Jonas summo eum haberet odio, amicitiam, utpote Regis gratia florentis, conducibilem sibi ratus, eandem, anteqvam ex patria exiit, per literas petiit, aut petitam confirmavit, ut ex ipsius patet literis (b). In Daniam autem suas vices acturos misit filium Sigurdum Pastorem Grenjadarstadensem, generum suum Isleifum Sigurdi, & Olaum Hialti filium Pastorem Laufaasensem, qvi adhibita summa reverentia ejus nomine Regi homagium præstiterunt, & speciatim in verba *Ordinationis* jurarunt, ad qvod, ipsis ab Episcopo plena potestas concessa fuisse videtur, ut ex literis ejus hac de re ad Regem datis colligi potest (c).

(a) Vid. Illustriss. *HARBOE Afhandl. om Reform. i Island* in *Kiöbenb. Selsk. Skrift.* Tom. 5. pag. 255.

(b) Vid. loc. cit. pag. 300.

(c) Originales illas literas exhibet S. Ven. *HARBOE* loc. cit. pag. 269 qvarum sensus hic est: *Nobilissimum nostrum Dominum Regem Christianum divina salute salutamus. Pro clementia & beneficiis in nos semper collatis, humillimas Majestati vestræ gratias agentes, Majestatis vestræ clementiæ notum facimus, gratiosas vestras nos accepisse literas, qvibus ad vos, vestra navi advecti proficisci jubemur. Cum autem ea ipsa ad Islan-* *diam*

§. 19.

Anno 1543, revertentes ex Dania legatos, qvi Regi, absolutum & sine omni exceptione præstiterant juramentum, & præter antea transmissam *Ordinationem*, *Articulos* etiam *Ripenses* priore anno promulgatos adtulerunt, haudqvaqvam læta fronte accepit, neqve eorum sponsionibus aut juramentis teneri voluit, ideoqve Regia Edicta, hoc anno allata, penitus

aliam nunqvam pervenerit (*), *& corporalis nostræ valetudinis causa, Deum atqve veridicos homines contestor! maritimo, & qvidem tam longo, qvam clementissima Vestræ Majestatis ad nos nuntius atqve literæ mandant, itineri, nos dando non simus, proborum Virorum consiliis usus, charissimos nostros amicos, Dominum Sigurdum Jonæum, Curiæ Nidarosiensis Canonicum, Isleifum* (**) *Sigurdi & Dominum Olaum Hialti ad vos ablegavimus, freti præscriptos viros vestræ, circa Islandiæ emolumentum & opem qvam nobis egenoqve Holanæ diæceseos vulgo, in divinæ, vestræqve Majestatis honorem & gloriam ferre, possibile atqve licitum erit, voluntati exqvirendæ, maxime pares fore. Hi præterea, qvicqvid nostra vice vestræ Majestati promittunt, qvæqve vestra Majestas nobis injungere voluerit, Deo permittente, qvam possumus, licetqve nobis, sanctissime observabimus* (***). *Istis etiam Legatis, plura in his literis omissa referenda reliqvimus, nam qvicqvid dicant a nostra parte, ut ipsi præsto essemus, valebit. His dictis clementiam vestram omnipotentis Numinis tutelæ nunc & in perpetuum commendamus. Datum in diœcesi Holana Islandiæ, die proximo post Festum Olai MDXLII.* JONAS

Dei tolerantia Episc. Holanus in Isl.

(*) Hanc impudentiam satis qvis mirari poterit? cum priori anno duæ triremes Regiæ adessent, qvibus, ut ad se veherentur Episcopi Rex eos invitaverat, & hoc anno ad minimum una, qvæ Hvitfeldium in Islandiam transportavit.

(**) In vernacula est: *Isleif Bónda Sigurdsson.* Vox *Bónde* tum temporis non significabat vulgarem colonum aut rusticum, sed magnatem, virum divitem & potentem, ut permultis exemplis probari potest, qvorum unum tantum ex *Hervarar Saga* adferam: Gestur Blinde cap. 14, pag. 138 vocatur *vir dives* seu *potens* in Gothia, sed cap. 15 nominatur *Bónde*, qvem *VERELIUS* in notis ad cap. 14. pag. 142 probabiliter scribit, non parvæ ditioni imperasse. Conf. eundem in notis ad cap. 15. pag. 152. adferentem testimonia ex *LL. Vestgoth:* " Byskup skal Bóndason vera. " Item " Bóndason skal Lögmadur vera. " ɔ: *Episcopus & Nomophylax erunt filii civis honoratioris.* Conf. etiam, si placet, Perillustr. *JOH. GRAMMII Dissertat. de voce Herremand*, in *Kiöbenh. Selsk. Skr.* pag. 268 — 281.

(***) Ex his patet Jonæ Legatos mandatum & potentiam habuisse, ut homagium ejus loco solverent, qvod ipse postea præfracte negavit, unde a perjurio & perduellionis crimine ægre absolvi potest.

penitus rejecit & nihili habuit, qvorum præcipua erant: 1) De Missarum, Inferiarum, Vigiliarum, & ejusmodi plurium, eliminatione, sed catecheticæ doctrinæ introductione. 2) De Sacerdotum salario & sustentatione, data Hafniæ hoc anno (a), qvod tamen tempori serviens, non palam fecit, ideoqve Gissuro Episcopo, qvi ejus legatos ore & opere in Dania juverat, per literas, magnas egit gratias, simulqve de Biarnaneso antiqvam cantilenam recantare cœpit (b). Cui Gissurus respondit: sibi ad visitationem Ecclesiarum Vestfiordensium accincto, nec vacare omnia conqvirere, qvæ hujus causæ illustrationi inserviant, & ad ejus decisionem necessaria sint, nec suas res pati, ut hac vice eum conveniat placere autem, ut in proximis comitiis generalibus causa discernatur.

§. 20.

Anno 1544 Gissurus ad comitia universalia non venit (c), sed negotiorum multitudinem aliaqve causans (d), per procuratores negotia expedivit; qvi autem ex ejus parte controversiam Biarnanesensem tractarent, fuerunt Martinus Einari, Brynjolfus Haldori & Jonas Biarni, optimæ notæ Pastores; Sed ex parte Jonæ Holensis fuerunt, Petrus Pauli, Abbas Munkathveraaënsis, Helgo Thingeyrensis & Thomas Erici, Presbyter, qvi sententiam decisivam pronuntiare non audentes, causam Regiæ Majestati referendam, cujus judicio partibus standum esse dixerunt; Sed id Jonas non exspectavit, hac enim æstate armatorum globo stipatus, Skalholtinam intravit diœcesin, & Biarnanesum vi cepit, ob qvod Gissurus

---

(a) Vid. supra pag. 275 & locc. ibidem citt.

(b) Vid. infra ad finem Cap. Litr. A.

(c) Causa, qvæ Gissurum a congressu cum Jona Arii filio prohibuit præcipua, videtur diffidentia aut suspicio fuisse. Novit enim illum semper magna armatorum multitudine cinctum esse; Novit ingenium viri valde instabile & infidum; Novit deniqve Catholicorum Axioma: *Hæreticis fidem non esse servandam;* hinc ipsi nunqvam sui potestatem fecit: Et exitus tandem probavit, qvanto odio Jonas eum habuit, ut ex dicendis patebit.

(d) Literas qvas illuc misit, vid. loc. cit. Litr. B.

Gissurus eum acriter postulavit, & qvod hoc modo Pactum & datam fidem fregisset, exprobravit (a).

§. 21.

Cum Biarnanes aliæqve opes Titianæ tantarum, primo inter Ogmundum & Jonam Arii, deinde inter Gissurum & Jonam, aliosqve, dissentionum & turbarum fax & causa fuerint, operam nos non penitus lusuros speramus, si hic denuo de toto controversiæ statu tria tantum verba faciamus. Teiti, ut supra §. 13 innuimus, anno 1527 proscripti, opum dimidia pars Regio fisco, dimidia autem proximis hæredibus adjudicata fuit, excepta uxoris sat splendida dote, qvæ in hunc censum venire non debuit. Si itaqve jure cum Teito actum fuisset, dos uxoris primo excipienda fuit, reliqva autem inter fiscum & hæredes dividenda; Jonas autem cum 1528 Regio fisco, addictam partem 300 Rhenanis sibi comparaverat, neglecto ordinario juris processu, omnia Teiti & uxoris bona, qvæ in diœcesi Holana sita fuerunt, exclusis legitimis hæredibus, sibi rapuit; Legitimus autem Teiti hæres fuit Arnas qvidam, vir sedatus & non malus, possessor & habitator prædii Sudur-Reikensis in tractu Mosfellssveit, qvi dudum, seu ante annum 1509, Johannem Ethen, natione Germanum, virum neqvam, famulum Præfecti Bessastadensis, in se irruentem, & ab eo tantum non lethaliter sauciatus, occiderat; Sed licet sententia Thorvardi Nomophylacis absolutus esset, Regiqve & occisi hæredibus injunctas mulctas pependisset, nunqvam tamen Regios placare potuit Præfectos, qvin ipsi infensi essent eiqve adversarentur; qvapropter Jonæ hanc Titianarum opum partem sibi subjicere, perfacile fuit. Teitus autem post cædem Arnæ Bessæi & seditionem Sveinstadensem, qvanta sibi a Jona exspectanda foret procella & persecutio, si modo Episcopatum Holanum obtineret, præsciens, in Ogmundi, Jonæ infensissimi, amicitiam, qvocunqve modo semet insinuare studens, ipsi prædium Biarnanes cum adjacentibus villis, ut uxoris dotem, aut dotis loco ei addictum, vendidit; Præsul vero ei Hvammum

(a) Vid. ad finem Capitis Litr. C. Hinc etiam patet, eos errare, qvi scribunt, Jonam in diœcesin Skalholtinam non irrupisse, priusqvam post fata Gissuri, nisi id tantum ad res ad officium episcopale pertinentes restrictum esse velint. Conf. §. seqv. not.

anum cum aliis prope ſitis prædiis emancipavit; Taceo qvod anno 1526, ſi ad arma inter Epiſcopos veniſſet, Teitus cum ſuis ab Ogmundi parte ſtare decreverat; qvo factum eſt, ut ex diœceſi Holana anno 528 fugiens, Hvammum ſe conferret, ubi in umbraculo Potentiæ Ogmundi cum uxore ad annum 1537 conſenuit, qvo improlis obiit. Eo mortuo, Epiſcopi prædio Hvammenſi, ſed nullo jure, inhiabant; nam ſi uxoris dos fuit, aut dotis loco ei addictum, ad neutrum illorum, ſed ad hujus hæredes pertinebat; Ogmundus autem Jonam præveniens, & Gudrunam qvandam pro legitimo hærede agnoſcens, ab ea Hvammum parvo pretio redemit, & in Beneficium ſeu Præbendam diœceſeos Skalholtinæ mutatum, intimo ſuo amico Davidi Gudmundi filio elocavit. Vivo Ogmundo Jonas Biarnaneſum appetiit qvidem, prætendens Teitum proſcriptum, venditionis aut emtionis jus nullum habuiſſe, ſed, Ogmundo hæc recte ad ejus bona & patrimonium reſtringente, uxoris vero dotem excipiente, Jonas illud vi rapere aut invadere non ſuſtinuit. Eo autem officium abdicante, Giſſurus Biarnaneſum, ut opum Cathedralium, ab Ogmundo permutatarum compenſationem, retinuit (a), Hvammum pro Skalholtinæ diœceſeos Præbenda agnoſcens. Qvæ omnia ſi obſerventur, patebit Giſſurum, Hvammum optimo jure, ſed Biarnanes ſpecioſo ad minimum juris prætextu Jonam autem, nec Biarnaneſum, nec Hvammum, ullo jure ſibi ſubjicere ſtuduiſſe; nam primo, non niſi dimidiam partem bonorum Teiti emerat, ſed univerſa rapuerat, & Secundo, hocce prædium, ut uxoris Teiti dos, ea conſentiente, abalienari & Ogmundo vendi potuit; qvo jure ipſe Rex id ſibi ut alia Ogmundi bona vindicavit, & id Brynjolfo cuidam, certo annuo pretio locaverat, ut in Comitiis anni 1543, exhibitis ea de re Regiis literis, probavit, qvibus tamen nihil effecit, nam uterqve Nomophylax conſentiente Petro Einari filio, Regii Præfecti Vicario, Giſſuro Biarnaneſum adjudicarunt, donec ipſe Rex de tota controverſia certior factus, deciſivam pronuntiaret ſententiam.

§. 22.

(a) Anno ſtatim 1540 Giſſurus hoc prædium contra invaſiones Jonæ Arii defendere neceſſum habuit, ut patet ex illius ad Epiſcopum Augmundum literis hoc anno exeunte datis, & Proclamate publico dato menſe Julii eodem anno, qvo Ejulfo filio Einari hujus-prædii adminiſtrationem prohibet. Vid. ad finem Capitis Litr. D. E.

§. 22.

Anno 1545, Otto Stigoti, Islandiæ Præfectura ornatus, Regis Edictum hoc anno datum de conjugio Pastorum & eorum liberorum in parentum bona legitima successione & hæreditate adtulit, qvod, qvomodo a Jona acceptum fuerit, non liqvet, penitus autem sprevisse aut non magni fecisse, verisimile est (a). Alterum autem Diploma Regium, qvod Stigotius filio ejus Biorno in foro generali tradidit, qvo Rex in controversia Biarnanesiana contra omnium spem secundum ipsum pronuntiavit, ei pergratum fuisse, non est qvod qvisqvam dubitet (b); cui Præsul 400 lothones (ut vocabant) argenti, seu 200 Joachimicos tradidit, qvos ex suæ diœceseos templis & cænobiis collegerat, sed qvo nomine id fecerit, non liqvet; Si conjicere liceret, dixerim hanc pecuniam fuisse pretium superflui aut inutilis templorum inventarii, qvod Rex sibi tradi anno 1542 jusserat, & Gissurus eodem anno in sua diœcesi exsecutus fuerat, ut ex Regis Apocha ipsi data patet (c). Verosimile itaqve fit, Jonam, ne omnino inobediens & refractarius videretur, tantillum argenti ad Gissuri imitationem tradidisse.

§. 23.

Qvid annis 1546 & 1547 actum fuerit, nobis nihil innotuit, sed verosimile est, Regem melius edoctum anno 1546 revocasse sententiam, qvam secundum Jonam de Biarnaneso pronuntiaverat, nam circa hæc tempora contulit, aut certo pretio idem prædium denuo elocavit Brynjolfo Jonæ; unde Jonas Episcopus non tantum Biarnanesum anno 1547, iterato armatus invasit, idqve cum adjunctis prædiis in suam

(a) Conf. Theodori Martini filii literas ad Petrum Palladium datas anno 1549, qvas Illustriss. Dominus *HARBOE* in *Hist. Reform. Island.* pag. 84. Literato orbi primus communicavit, ubi ille hac de re ita loqvitur: *Qvi sacerdotes uxores duxerant, non diutius sacerdotes, sed Rustici esse coguntur; Si autem sacerdotes manere voluerint, uxores abjiciant & scorta sibi sumant, qvoniam tunc sunt digni ad missas faciendas & alia sacerdotum officia.*

(b) Vid. supra pag. 300.

(c) Vid. ibid. pag. 299.

ſuam redegit poteſtatem, ſed etiam Vatnsfiordum, nobilem in parte Occidentali Præbendam (neſcio autem qvo ſub prætextu aut juris ſpecie) occupare conſtituit, nam ducentis, aut, ut qvidam volunt, trecentis ſtipatus armatis eo venit, Sed cum Jonam Erici filium, antiqvum Parochum, qvi Stephani & Ogmundi Epiſcoporum tempore, Biorno Godvini, ejusqve poſteris, Vatnfiördum appetentibus, ſtrenue reſtiterat, non imparatum inveniret, tot enim aut pluribus cinctus, Epiſcopum venientem excepit, re infecta & propoſitum diſſimulans abiit. Sed qvacunqve iter fecit, & qvocunqve venit, puriorem Religionem penitus eradicare, & catholicam confirmare allaboravit, nusqvam non more Papiſtico infantum confirmationes, miſſas, inferias, luſtrationes & dedicationes celebravit, aliaqve ejus farinæ poſtliminio introducere allaboravit; Si qvi autem contradicere audebant, aut, qvod poſtulavit, negarent, male mulctabantur (a).

§. 24.

Adhæc usqve tempora ſæpius ſolus, ut videtur, Epiſcopus, graſſatorum more Islandiam pervagatus fuerat, ſed viribus & ætate ſeneſcens, majora vero auſurus, filios ſemper ſibi ut conſiliarios & conſultorum executores adjungere placuit (b); cumqve poſthac eorum pariter ac patris acta conjunctim referenda ſint, operæ pretium videtur perbrevi digresſione pauca de illis inſerere (c). Supra monuimus, Jonam, cum Helgaſtadenſis Paſtor eſſet, ſibi Helgam Sigurdi filiam, qva etiam ejus in officio Prædeceſſor uſus fuerat, concubinam (mitiore voce auxiliatricem vocabant)

(a) De hac ejus Biarnaneſenſi excurſione exſtat teſtimonium, qvod monſtrat qvanta cum violentia & ſubditorum oppreſſione Jonas jus ſuum, ut videri voluit, exſecutus eſt, vid. ad finem Cap. Litr. F. Hinc etiam patet, eum non mortuo demum Giſſuro, ſed eodem adhuc vivo, per diœceſin Skalholtinam graſſari cœpiſſe, nam præter duas haſce Biarnaneſenſes excurſiones, Vatnsfiordenſem ipſe, & per alios Stadarholenſem ac Skardenſem feciſſe videtur.

(b) Ita anno 1547 in expeditione Biarnaneſenſi Arium & Sigurdum ſecum habuit, ſed Biörnus nunqvam in Qvartam orientalem venit.

(c) Diploma adoptionis horum liberorum, cum cæremonias in tali actu adhiberi ſolitas contineat, nec adeo prolixum ſit, ad finem hujus Capitis Litr. G. adferemus.

bant) adscivisse, ex qva plures qvidem suscepit liberos; sed ad adultam pervenerunt ætatem: 1) *Arius*, latine & Germanice doctus, Juris Islandici & Historiarum peritus largus & amicis humanus, sed acer, irritabilis, & ultionis avidus. Mortuo Rafno Episcopi genero, Nomophylacis officium anno 1530 suscepit idqve gessit ad annum 1541; qvo id sibi abdicavit sed circa annum 1549 id denuo rapuit; ut ex literis Regiis datis anno 1551, facile concludi potest. Uxorem habuit Haldoram filiam Thorlevi Grimi, qvæ qvamdiu in vivis fuit, patris negotiis semet non immiscuit, & ea defuncta, idem habens propositum, fertur patri in os dixisse, injuste eum facere, qvi alienæ diœceseos negotia tractanda susciperet, Skalholtinos eorumqve res nihil ad eum pertinere, ideoqve eos sua sibi habere sineret; Qvæ patri valde ingrata, mater ejus Helga audiens, peplum capiti ejus accomodare aggressa est, dicens: se in eo filiam, non filium, habere, qvi patrem senescentem deserere vellet, qvibus stultis ineptæ mulieris dicteriis victum ferunt. 2) *Magnus* Pastor Greniadarstadensis, concubinam habuit Christinam Vigfusi Nomophylacis filiam, mortuus anno 1534. 3) *Biörnus*, Pastor Melstadensis, Holanæ cathedræ opum aliqvamdiu Qvæstör, & dum Helgo Abbas Thingeyrensis, Romam, absolutionem a scortationibus accepturus, peteret, ejusdem vices gerens, a qvibusdam eapropter Abbas Thingeyrensis salutatur; Tandem etiam a patre Skalholtinæ diœceseos Officialis constitutus, vir irreqvietus, avarus & factiosus, qvi patrem ad pleraqve ejus maleficia instigavit; Concubinam habuit Steinunam Jonæ Magnæi filiam, ex qva 7 suscepit liberos, qvi ad maturam pervenerunt ætatem. 4) *Sigurdus*, post Magnum fratrem fuit Pastor Grenjadarstadensis, annis plus minus 60, & Holanæ diœceseos plus simplici vice Officialis; vir modestus pro ratione temporis doctus, & doctrinæ amans; a parte anno 1542 Hafniam missus, Regi homagium solvit, ibidemqve Reformatæ Religionis gustu accepto, nunqvam patris signa secutus est (nisi in expeditione Biarnanesensi). Uxorem duxit Ceciliam Petri filiam, ex qva nullos reliqvit liberos, sed unicam tantum habuit filiam notham. 5) *Helga* nupsit Ejolfo Einari filio, anno 1531, cum qvo consenuit. 6) *Thorunna*, qvam 14 annorum natam duxit Rafnus Brandi Nomophylax, sed anno 1529 vidua facta, denuo anno 1533 nupsit Isleifo Sigurdi, & tandem Thorsteino Gudmundi, qvibus omnibus diu superstes, obiit ineunte Decembri anno 1593, mulier virili animo, & vitiis non minus qvam virtutibus famosa. His fulcris, & immensis, qvas corraserat,

divitiis

divitiis, præterea etiam Plebis favori, qvam sibi semper devinctam habuit, ut & exterorum Mercatorum amicitiæ, confisus Jonas Arii filius, totam Islandiam subjugare, & Religioni Lutheranæ resistere, ausus est, qvæ hac vice memorasse sufficiat. Sed e diverticulo in viam.

§. 25.

Percepta insigni illa Caroli V. Romanorum Imperatoris victoria, qva anno 542 d. 24 Aprilis copias Electoris Saxoniæ fudit, fugavitqve, ipsum autem, & paulo post Landgrafium Hassiæ, præcipua in Germania Protestantium capita captivos duxit, de Lutherana Religione actum esse ratus, & audita Gissuri Einaridæ Skalholtensis Episcopi vigilantissimi morte, Aræsonius personam penitus exuit; & cum sub Religionis prætextu opes & potentiam qværeret, ideo etiam majorum more, viros opulentos, & qvi aliqvid negotii sibi facessere possent, incautos opprimere constituit, qvorum præcipuus fuit David Gudmundi filius, Ogmundi Episcopi, &, post eum, Gissuri Einaridæ intimus amicus, cujus opera non tantum in rebus Politicis sed etiam in Ecclesiasticis qvibusdam minoris momenti usi fuerant, adeo ut eorum jussu aliqvando Præpositi vices egerit; Sed licet Reformatæ Religioni nomen dederit, mores tamen, aut non, aut nuper, reformaverat, nam præter unicam filiam ex legitima uxore susceptam, cum Ingvelda qvadam, propinqvo cognationis sibimet conjuncta gradu, diu consveverat, & ex ea 5 adulterinos habuit filios. Davidi etiam ipse Præsul dudum infensus fuerat, eo qvod prædium & præbendam Hvamm ab Episcopis Ogmundo & Gissuro sibi concessam tenuit, Præsul non secus ac Biarnanesum aliasqve Teiti possessiones, suam esse dixit (a) Ex simili fundamento inter Davidem & Arium Nomophylacem simultates erant de prædio Saudafell, qvod Ormus Sturlæ filius, Nomophylax, Arii levir, sed insignis decoctor, utriqve, tam Ario, qvam Davidi, oppignoraverat, tandem autem Davidi vendiderat, excluso Ario, qvod huic magnam movit bilem; Hicce itaqve David, utpote notorius peccator, sed opulentus, & ipsis invisus, a qvo initium facerent aptissimus visus est; Sic enim odium & avaritiam, sub insigni pietatis prætextu, explere potuerunt, ut ex seqventibus patebit. Confestim itaqve post Gissuri

(a) Vid. supra §. 13. pag. 657.

Gissuri mortem, qvæ in Qvadragesimali tempore anno 1548 accidit, collecto armatorum globo, statim post Festum Paschatos, per Tractum Borgarfiord, in diœcesin Skalholtinam irrupit (a), Kalmanstungæqve constitutus, publicata Proclamatione ministerium suum Skalholtinis obferendo aut obtrudendo, subseqventibus turbis prælusit, & classicum cecinit (b).

§. 26.

Hæc omnia, mortem Gissuri & Holani Episcopi molimina, audientes Primores cleri Skalholtensis, licet in Religionis negotio discordes essent, in eo tamen pleriqve concordes, ut Jonas, ejusqe filius Biörnus, qvorum avaritia, superbia, & violentia, omnibus bonis displicebant, a successione in Episcopatum excluderentur, qvod si in comitiis generalibus, præsente ipso, conventus electionis gratia institueretur, averti non posse, prævidebant, prudenter itaqve ejus machinationes præventuri, Skalholti sub ipsum Comitiorum tempus, cum qvibusdam Politici ordinis viris, utriqve Religioni addictis, convenerunt, ibiqve diu diversis votis certarunt, nam ut Catholici, Lutheranæ sectæ Pastores ut hæreticos abominabantur, ita etiam Lutherani, antiqvos Prælatos & Parochos, Catholicæ Religioni addictos, fastidiebant, qvod omnium nomine publice protestatus est Gislaus Jonæ, Pastor Selaardalensis, nemini se suum daturum votum, qvi lituo & mitra usurus foret, id est, qvi Catholicæ Religioni & ceremoniis non penitus renuntiaret. Cum autem inter eos qvi tanto officio par habitus sit, & qvi illud in tam lubrico rerum statu suscipere vellet, non facile inveniretur, omnium tandem vota in Martinum Einari filium, Pastorem Stadarstadensem, virum probum & simplicis pariter

riter

(a) Sunt qvi hanc expeditionem in dubium vocant, incredibile enim putant Præsulem hoc anni tempore tantum iter suscepisse, & re infecta rediisse, verosimilius itaqve esse, aut mendum in hujus Documenti autographo, qvod Holis hodiedum reperitur, irrepsisse, & pro Joh. Holensis Episcopi scribendum fuisse Joh. Baptistæ, aut pro Holis, Kalmanstungam incaute scriptam fuisse; in qvorum numero nos etiam aliqvando fuimus; Sed talis expeditio anno seqvente suscepta, de qva infra §. 31, hunc scrupulum, viri hujus ingenium noscentibus, plane eximere potest.

(b) Has literas exhibet S. Vener. *HARBOE Afhandling om Reformationen i Island*, in *Kiöbenhavnske Selskabs Skrifter* Tom. V. pag. 3.

riter ac sedati ingenii, collinearunt, qvem invitum & tantum non repugnantem sellæ Episcopali imposuerunt, qvod perfectissimum electionis signum habebatur, qvi, Jona Biarni filio, Pastore Breidabolstadensi, cathedræ Qvæstore constituto, & Arna Arnori, Pastore Hytdalensi, diœceseos Officiali denominato, comitia & Jonæ Episcopi congressum, ne sibi aliqvid impedimenti objiceret, prudenter declinans, Hafniam, ad Regiam accipiendum confirmationem, extemplo trajecit. Catholici autem Sigurdum, Abbatem Tyckvabajensem, virum nec malum, nec impium, & literarum amantem, nam Gissurum Einari filium ab Ogmundo ejectum in domum suam receperat, ibidemqve biennio, ut se, concreditosqve suæ curæ monachos, erudiret, honeste sustentaverat, sed Catholicæ Religioni addictissimum, Anno enim 1542, Ordinationem Ecclesiasticam recipere, eiqve subscribere renuerat, & Gissuro Episcopo, ut hic ipse in literis ad Sigurdum datis, exprobrat, religionem Evangelicam introducere satagenti, se opposuerat, pro sua parte Episcopum elegerant, qvi, cum suæ Religionis consortibus, ad Jonam Episcopum se contulit (a), qvi in ejus electionem facile consensit, utpote viri annosi, animæ & corporis viribus effœti, & Catholicæ Religioni addicti, qvem sibi nihil negaturum prævidebat, cujus ille statim, Aræsonium ipsum, suum Vicarium & diœceseos Administratorem constituendo, egregium dedit documentum. Qvo facto, eadem æstate, instigante Episcopo, Skalholtinum Episcopatum petiturus, Hafniam profectus est, ubi amplexa tandem Religione Lutherana, post biennium placide obdormiit (b).

§. 27.

(a) An Sigurdus Skalholti, an vero paulo post Thingvallis, præsente ipso Episcopo, electus fuerit, incertum est; sed electum fuisse, & cum suæ Religionis consortibus, Aræsonium suum constituisse Vicarium, judicium Thingeyrense 1549 d. 20 Septembris promulgatum, non obscure docet, vide infra §. 34.

(b) Hic sine dubio est Abbas ille senex, natione Islandus, de qvo agit S. Vener. & nostra laude major Dominus *HARBOE Hist. Reform. Isl.* Part. 2. pag. 8. qvem Dominus Petrus Palladius in parentatione anno 1550; eidem dicta, per levem, & facilem mutationem, lingvæ Islandicæ ignarus, pro Sigurdo scripsit Sæmundum aut *Sigismundum, qvi ab aliis seductus, difficulter primo converti voluit, in extremis vero optime credidit, ut non frustra* (ante biennium) *venerit ex Islandia, tametsi aliud propositum habuit, persvasus ad hoc ab impio Episcopo,* scilicet Jona Arii, ut Episcopatum Skalholtinum affectaret; Non enim alius esse potest qvam noster. Nam non toto hoc

§. 27.

Ad hujus anni generalia Comitia iter faciens Præſul, in qvosdam Davidis ſatellites, ipſius commeatum & impedimenta, in Comitiis uſui neceſſaria vehentes, incidit, qvos bene pulſatos dimiſit, 6 autem eqvos cum ſarcinis, & præterea ingentem panni vulgaris copiam a Davide in templo Thingvallenſi, tanqvam tutiſſimo aſylo depoſitam, diripuit; Accepta deinde a Sigurdo Abbate, qvali ipſe gaudebat, in diœceſi Skalholtina, Epiſcopalia adminiſtrandi poteſtate, ibidem cum qvibusdam catholicis, prout ipſi placuit, ſententias promulgavit & conſtitutiones fecit; Sed percepto contrariam ſectam in propoſito perſeverare, ſibiqve haud facile collum ſubmiſſurum fore, auditisqve in Comitiis, Regiis literis, qvæ ejus ante acta caſtigabant, & ad cauſam coram Rege dicendum evocabant, qvod ſi negligat, perduellionis reum & proſcriptum declarabant; tantum a ſubmiſſe morigerando abſuit, ut ira & indignatione turgidus, domum ſe raperet, collectaqve ingenti virorum armorumqve copia, confeſtim contrariæ partis aſſeclas, ſi fieri poſſet incautos oppreſſurus, & ſedem Epiſcopalem cum univerſa diœceſi in ſuam redacturus poteſtatem, Skalholtum citato agmine recta tendit, ibidem enim Cathedrale templum Lutherana Religione inqvinatum repurgare, & convocato totius diœceſeos Clero, univerſalem diœceſeos Synodum celebrare, jura reddere, conſtitutiones facere, inimicos ulciſci, refractarios catholico more excommunicare, pœnitentes abſolvere, aliaqve catholici Epiſcopi munia diu jam intermiſſa adminſtrare, & uno qvaſi ictu Religionem Lutheranam jugulare, conſtituit (a). Sed Skalholtum perveniens, ſecus ac ratus fuerat & optaverat, omnes aditus ſtationibus munitos, & trecentos circiter armatos, Sedem Ediſcopalem defenſuros, offendit, qvos Jonas Biarni filius, Paſtor Breidabolſtadenſis, Martini & Cathedræ Qvæſtor, convocaverat, qvibus, præter ipſum, Petrus Einari, Martini frater, diu in Germania haud

hoc Seculo (& fere dixerim nunqvam) Iſlandia habuit Abbatem aut Priorem ſub nomine Sæmundi aut Sigismundi, ut ex noſtra *Diatribe de Monaſteriis Islandorum* abunde patet.

(a) Autor commentariorum ſuccinctorum de Jona Ario, ut videtur coævus, dicit hunc 200 viris & affine ſuo Iſleifo ſtipatum fuiſſe, hæc accidiſſe anni ſeqventis vere ante adventum Martini, qvi una cum Præfecto poſt Comitia advenerit.

versatus, & militiæ non ignarus, nec non David Gudmundi cum suis, haud contemnendum partium augmentum, præfuerunt; qvod ut vidit Præsul, agmen sistere & tentoria figi jussit, deindeqve Ericum Grimi, Pastorem Skalholtinæ dioeceseos, qvi cum multis aliis Skalholtinis Catholicæ Religioni addictis, ejus signa seqvebatur, ad obsessos cum epistolio misit, jubens ut semet dederent, ni ab ipso excommunicari mallent, qvi responsum ab eis acceptum retulit, ad extremum usqve halitum semet defensuros fore, ipsiqve. si adpropinqvaret, haudqvaqvam parcituros; qvibus perceptis, Freysteinum Grimi filium, Erici fratrem, itidem dioeceseos Skalholtensis Pastorem, virum eloqventem & magni nominis, misit, qvi eorum animos eloqventia & bonis verbis molliret; Cui Jonas Biarni responsi loco dedit, se ei, ut fugitivum deceret, qviqve proprio Episcopo deserto, ad hostes defecerit, a vertice ad calcem cutem flagellis detracturum, ni os teneret, & celerrime abiret; qvam sibi destinatam sortem pedum pernicitate evasit; Qvod audiens Præsul, postqvam paululum cogitabundus tacuerat, suos armari, & qvam validissimum impetum fieri jussit, sed appropinqvans ab obsessis sclopetorum ictibus exceptus, receptui cecinit, & post 5 dies obsidionem solvens, re infecta abiit, alibiqve intra dioecesin, & Synodos habuit, & qvascunqve placuit, pro re nata, officii partes administravit. qvod unicus ejus expeditionis effectus fuit, præter eqvorum, aliarumqve rerum direptiones, imo & mulierum constuprationes, aliaqve latronibus, nedum christiani Episcopi satellitibus indigna, qvæ, qvomodo excusari qveant, non video, nisi qvod inscio domino pleraqve facta sint.

§. 28.

Hac æstate, d. 27 Augusti, literas ad Paulum 3 Romanorum Summum Pontificem dedisse videtur, qvibus de præsenti rerum statu eum certiorem fecit, suamqve erga sedem Romanam obedientiam deprædicavit, & qvid facto opus esset, consuluit, tandemqve, cuinam multorum annorum Petri Denarium a se collectum tradat, cum nullus Nidarosiæ sit Archiepiscopus, interrogavit, ut ex Papæ responsoria patet epistola, qvam Jonas seqvente anno accepit; an vero eadem occasione literas ad Cæsarem dederit, qvibus se Islandiam ei subjugaturum fore, obtulit, si auxilia per Batavos, ipsius imperio subjectos, sibi mittere placuerit,

in medio relinqvimus. Celeberrimus *Annalium* scriptor, *BIORNUS* de *Skardsaa* qvi eodem Seculo vixit (a) refert ad annum 1549, hanc famam volasse, epistolas in Germania interceptas fuisse, & defectionem prodidisse. Alii eum hanc conditionem Anglis obtulisse scribunt, qvod omni caret verisimilitudine, nisi statuatur id factum esse ante annum 1547, qvo Henricus 8 obiit. Ipse Rex Christianus III. videtur Hamburgenses ut conscios hujus proditionis insimulare (b); Sed Judices Oddeyrenses expresse dicunt, eum Islandiam peregrinæ dominationi subigere voluisse, eumqve perduellem vocant; Sed verisimillimum videtur, si qvid diversæ hæ relationes veri habent, ut omnino habere videntur, Præsulem per Hamburgenses cum Cæsare egisse, qvi hac tempestate per Germaniam victricia arma circumferebat, ut ex Batavia classe aut subsidiis in Islandiam missis, eandem sibi subjugaret, qvæ tamen omnia ad meras redeunt conjecturas. Reputans itaqve & secum pensans, qvæ & qvanta moliatur, & qvanta sibi suisqve imminerent mala, omnia enim posthac armis agenda fore, præsidiis & munimento, præsertim in improvisis & fortuitis casibus, opus esse videns, non longe a templo Holano munimen seu Castrum qvoddam excitavit, fossisqve circumdedit, armisqve ad defensionem necessariis implevit, ex qvo in templum sub terra cryptoporticum struxit, per qvem, si externa vis aut necessitas urgeret, tuto inter templum & arcem commeari posset, cujus rudera hodie *Arcis* (Slot) nomen retinent (c).

§. 29.

Qvam incertum est, an ad hunc annum, an vero ad aliqvem antecedentium referenda sit expeditio Stadarholensis, tam dubium etiam est, an

(a) De Biörno vid. Period. seqv. pluribus.

(b) Regium Rescriptum de Hamburgensium excessibus in Islandia patratis, datum Flensburgi die Veneris post Dominicam Oculi 1551, ita loqvitur: " Samme Bisskop " haffuer udi mange andre Maade skickett sig wtilbörligen, og szom en whörszom " Wndersotte, huilkkett Uii forsee ofz till at hand icke giortt hagde ther som thet " icke hagde weritt the Hamborgers tilskyndelse, &c. "

(c) Sunt qvi non tantum arcis structuram, sed etiam reliqva, qvæ hic tetigimus, ad annum 1550 referunt; cum autem literæ ad Papam scriptæ sint hoc anno, d. 27 August., de illis ambigi non potest, qva occasione nos reliqva adjecimus. Fieri etiam potuit, qvod arcis structura, licet hoc anno cœpta, anno demum 1550 perfecta fuerit.

an eidem ipse Episcopus a filiis stipatus præfuerit, an vero solus Biörnus cum suis asseclis; de facto autem non ambigitur, qvod hoc modo refertur. Famosissimum prædium Stadarhol, antiqvitus ad laïcos pertinebat, nunc autem ut Beneficium aut Præbenda Cathedræ Skalholtinæ a Clericis habebatur, de qvo bina Gauti Archiepiscopi exstant Rescripta. Tandem autem Ogmundus Episcopus partem controversam a Thoma Oddi filio emit aut extorsit, & universum prædium Beneficiorum albo inscripsit. Sed circa hæc tempora Biörnus, Episcopi filius, sibi hoc prædium vendicare voluit, causans illud antiqvitus fuisse Lopti Divitis peculium, a qvo per Ormum Lopti filium ad Petrum, avum Steinnunæ, (qvæ Biörni erat concubina) pervenerit. hocqve usus prætextu, facto in Pastorem Theodorum Olai filium, cui Skalholtenses Episcopi hanc Præbendam contulerant, valido impetu, vi & armis eum Stadarholo expulit, &, prædio in suam redacto potestatem, villicationem ibidem instituit (a). Pariter etiam incertum est, qvo anno in Thorleifum Pauli, qvi Ario, Episcopi filio, in Nomophylacis officio subrogatus fuerat, excursionem fieri curavit; Sed cum Thorleifus hoc anno officio se abdicavit, qvod fecisse perhibetur ut omnem ipsis semet perseqvendi ansam præscinderet, non incommode ad hunc annum referri posse videtur, huic enim magnopere infensi erant, sed sine causa nam Arius anno 1541 officium sponte abdicaverat (b), & Thorleifus aut communi popularium voto, aut Hvitfeldio Regis nomine mandante, ipsi substitutus fuerat, sed nihilominus virum summo odio perseqvebantur. forte etiam, qvia erat opulentus, ut ex una fidelia duos dealbarent parietes, & avaritiæ simul, ac invidiæ, satisdarent; Mandat Præsul itaqve Thorlaco Hallgrimi filio, ut domi eum adoriatur, atqve captivum Holas ducat, qvi imperioso Domino obedientiam denegare non ausus, sed injustum mandatum non exseqvens,

(a) Conf. supra pag. 324.

(b) Illustriss. & Summe Venerabilis Siælandiæ Episcopus Dominus *HARBOE* in *Hist. Ref. Rel. Island.* Part. 2. pag. 50, asserit se vidisse literas abdicationis Arii in Originali, datas Kalmanstungæ, biduo ante Petri & Pauli 1541; qvod egregie refellit, non tantum qvorundam nostratium relationem, qvod Hvitfeldius ipsi officium abrogaverit, sed etiam mendacium & calumniam *OLAI THOMÆ* filii, Helgæ, Episcopi concubinæ, ex filia nepotis, qvi hac de re poëtatus est.

nescio qvid caussans, re infecta reversus est, qvod Episcopus ejus timiditati adscribens joculari carmine perstrinxit (a).

§. 30.

Ex Skalholtina expeditione redux Præsul, domi substitit, dum qvæ factu videbantur necessaria, aut paravit, aut perfecit; Sub festum Michaëlis, duobus filiis Ario & Biörno aliisqve compluribus stipatus, novam in Davidem molitur expeditionem, qvi, sive casu domo abfuerit, sive celeri fuga salutem qvæsiverit, nobis non innotuit; Sed ne frustra tantum laboris & impensarum faceret; tria ejus invasit prædia, Snoksdalum, Saudafell & Hvamm, omniaqve qvæ invenit, & avehi potuerunt, rapuit, qvædam vero perdidit, &, ut causas excommunicationis & dirarum in Davidem legitime probaret ac præpararet, Hvammi, die Lunæ post festum Michaëlis, convocato ex utraqve diœcesi duodecim Pastorum conciliabulo, de Davide tulit sententiam, qva ipsum qvadruplici ferit anathemate, bona ejus publicanda, ipsumqve proscriptum esse decernit, qvæ etsi prolixior sit, hic tamen infra inserere non abs re esse ducimus (b).

§. 31.

(a) Thorlacus hicce fuit pater Gudbrandi, celeberrimi Holanæ diœceseos 56 annis Episcopi, qvem ita derisit Jonas Episcopus, poëmate suo: " Sender vóru sextán menn, " sagan er þessi uppi enn; oddvitenn var ecke frekur, einginn þeirra giördest sekur; " heppenn er sá heilum vagne heim ad ekur. Ridu þeir heim á ríkann gard, " rausnarlíted erended vard, höldar fegia ad höfudból þetta heite *Skard*. Bissur " voru á bænum þriár, brögnum þókte kátlegt fár, enn karlmadur einginn kom " þar út; sem kvæded stár. " Id est: *Missi sedecim virorum, qvæ relatio adhuc superest; Antesignanus non valuit; nemo eorum reus fiebat: Felix, qvi incolumis laribus propriis redditur. Vecti eqvis in lautissimum prædium, qvod* Skard *audit, licet negotium omni magnificentia careret. Erant id loci sclopeta tria, qvæ advenis timorem injecere, virorum autem nemo, ut carmen indicat, exiit.*

(b) *Nos Sturlius Enari, Cathedræ Holanæ Dispensator, Magnus Gudmundi, Gudmundus Biörni, Magnus Jonæ, Thorsteinus Thorgrimi, Jonas Gudmundi, Erlendus Thorgrimi, Biarnius Helgii, Andreas Arngrimi, Stenus Olai, Salomon Gudmundi, & Ericus Pauli, diœceseos Holanæ Skalholtinæqve Sacerdotes, hisce literis bonis omnibus notum facimus; qvod anno Domini M.D.XLVIII die Lunæ festum Sancti Michaëlis proxime seqventi, Hvammi in parœcia Hvammensi, à Venerando Domino Episcopo Jona*

§. 31.

Tot tantisqve circumdatus David difficultatibus, non animum plane abjecit, sed misso ad amicum suum Christianum Scribam, Laurentii

---

Jona Arii filio, id temporis diœceseos Skalholtensis Administratore, ad dijudicandas lites ab ipso, Davidi Gudmundi filio intentatas, fuimus convocati. Primo, qvod ille, Officialis Præpositiqve potestatem, qvam soli domino Episcopo conferre competebat, juxta concessam illi a Domino Pontifice & legibus Ecclesiasticis, potestatem, suffragiis & electione summorum Sacerdotum & Presbyterorum diœceseos Skalholtensis, consentiente Islandiæ populo susceptam; Qvod memoratus David legem divinam transgressus Beneficia Ecclesiastica contulisset, ipseqve usurpasset, inconsultis legitimis Ecclesiarum Præfectis, judicia insuper exercuisset, leges statuendo de conjugio, rebusqve aliis, qvæ in laicorum minime sitæ sunt potestate; Plurimos ibidem testes Jonas Episcopus produxit, qvi dictorum criminum reum Davidem convincebant, affirmabantqve obsignatas literas Episcopi citatorias, Snoksdali & Saudafelli, ubi David legitimum habuit domicilium, fuisse recitatas; Porro qvod sæpius nominatus David, Hvammi, in parœcia Hvammensi constitutus, in manibus Pastoris Olai Semingii obsignatas Præsulis literas discerpsisset; Et cum leges, tam Politicæ qvam Ecclesiasticæ censeant, eos, qvi jus impedire aut eludere conantur, sive literas citatorias discerpunt, sive sese in domibus includunt, dicam audire recusantes, legitime esse citatos; Igitur, invocato Dei Nomine, causisqve ita examinatis, memoratam dicam legitimam, Davidemqve in jus rite vocatum censuimus; Sed cum leges Ecclesiasticæ & Jus Canonicum ita præscribant: Qvicunqve potestatem Ecclesiasticam, qvam legitime non fuit consecutus, invaserit, &c. *Prædictum Davidem Gudmundi cum omnibus, qvi ipsi ad istam legum violationem operam commodarunt, excommunicationi Papali obnoxium judicavimus. Qvod vero vi hujus potestatis peregit, aut alii ipsius adjutores, id Officialibus, qvos laudatus Jonas Episcopus constituit, in iisdem diœceseos Skalholtinæ partibus, qvibus causæ peractæ sunt, judicandum reliqvimus; omnia etiam decreta atqve sententias qvas auctoritate Ecclesiastica David exercuit, solis iis exceptis, qvæ consiliis Ogmundi Episcopi, laudatæ memoriæ, legitime peregit, irrita atqve nihili facienda judicavimus. Secundo, cum per hanc dicam Davidem Jonas Episcopus accusaret, qvod sponsaliis nuptiisqve celebratis, Gudrunam Enaris filiam uxorem duxisset, non ignarus, eandem, tertio & qvarto probibito cognationis gradu sese contingere, & nihilo secius annos jam plus duodecim eam conjugis loco habuisset, ex ea liberos procreasset. Cum vero Jus Canonicum qvemvis probibeat uxorem ducere intra qvartum consangvinitatis vel affinitatis gradum, hanc causam in foro competenti a legitimo Officiali, auditis testibus examinandam statuimus, & si ista affinitatis violatio vera fuerit deprehensa, Davidem una cum Gudruna excommunicationi subjectum censuimus, & ipsum marcis XL, illamqve totidem mulctandam, cujus mulctæ pars altera Regi, altera Episcopo cedat, amboqve soluto fœdere conjugali, præscriptas pœnitentias agant,*

sive

rentii Mule Vicarium, tabellario, rem, ut acta erat, refert, rogatque, ut aut ipse veniat, & se in securitatem restituat, aut etiam Erlendo Thorvardi

---

sive consulto sive inconsulto contraxerant matrimonium; quod si alteruter conjugium denegaverit se consulto iniisse probibitum, sese juramento duodecim virorum expurget, & bac lege, de irrogata mulcta eximatur, modo connubil propositum rite fuerit proclamatum. Tertio, cum per banc dicam Jonas Episcopus Davidem accusaret, quod Ingvelldam Arnæ filiam ipsi secundo & tertio gradu cognatam concubinam babuisset, & multos ex eadem liberos sustulisset, licet multoties a brachio Ecclesiastico admonitus, ut illi repudium det, nibilo secius scortatione & illicita sanguinis mistura simul admissa, secum detinuisset. Porro, cum Jus Canonicum legesque Ecclesiasticæ tales causas satis clare disceptent, nosque certo sciamus, Ingveldam & Davidem ea, qua diximus, cognatione se invicem contingere, qua ratione etiam publice fuisse decretum, ut bic illam egenam & victu necessario destitutam susciperet sustentandam; Qui vero vice triplici vota sua & præscriptas pœnitentias non persolvit, in eadem peccata, quibus renunciare promiserat, sese ingurgitans, ex Jure Canonico exilio mulctandus est. Et cum sæpius memoratus David in dicto crimine deprebensus sit, ipsum, tanti reum, quanti illi, quibus ex Juris Canonici præscripto exilii pæna irrogatur; Dictam insuper concubinam ipsi repudiandam, & ab ipso Episcopo absolutionem petendam censuimus. Quarto, cum impacta bac dica, Davidem Episcopus accusaret, quod ducem se prabuisset militum turmæ intra cæmeterium Skalboltense in Consistorio Ecclesiastico, sibi suisque Sacerdotibus resistens, & aditum præcludens, quo minus in eodem templo ipse competens divinum officium peragere potuerit, templum scilicet consecrare, liberos confirmare, excommunicatos resecrare, Christianos ab errore revocare, & id genus alia, quæ episcopalis essent officii, expedire, quare templum Skalboltinum adbuc maneat contaminatum. Cumque illius flagitii David omnino sit convictus, receptæque Regum Constitutiones ita præscribant: Qvicunqve legitimum Episcoporum officium impediverit, proditionis reus esto. *Legesque Ecclesiasticæ Jure Canonico comprebensæ, eum,* qvi Episcopum impedit, qvo minus legitimum officium facere possit, excommunicationi Papali obnoxium *esse decernant; Nos bis relationibus inducti, censuimus Davidem Gudmundi absolutionem Papalem, pœnasque competentes, eodem tempore & loco quo Jonas Episcopus definiverit, sustinere teneri, ipsumque insuper universis facultatibus jure exuendum, quæ Regis & Ecclesiæ cedere debeant potestati, cui bona Davidis omnia, mobilia & immobilia, animata & inanimata, exceptis tantum mulctis & debitis, Regi, Ecclesiæ aut aliis probis bominibus ante persolvendis, ni Rex & Episcopus singularem impertiri velint misericordiam, jure liceat occupare; Davidem denique jure comprebendendum, modo sine cædibus fieri poterit, nisi a potestate Regia in Jus Civile, & ad legitimas pænas præreptus fuerit. Quinto cum per dicam Davidem Præsul accusaret, quod Hvammi in parœcia Hvammensi constitutus, e manibus Pastoris, Olai Semingii, literas, ad potestatem Papalem pertinentes, sigillo Episcopi munitas, & ab ipso ad Curiam Romanam transmittendas, eripuisset, & in multas partes discerpsisset, adeo, ut baud facile*

vardi Nomophylaci persvadeat, ut sapientissimis stipatus pediariis & primoribus, id efficiat, vel tandem etiam protectorias sibi literas mittat. Cui Christianus respondet, sua præsentia non opus esse, nec ei qvicqvam ab Ormo Sturlæ filio tum temporis Nomophylace postulavit, ut qvod sui muneris esset, indicto conventu, de controversiis ex legum præscripto pronuntiaret, qvi eundem in Davidis gratiam, Hvammi, die Jovis post festum

---

facile legi potuerint: Plurimos enim ibidem testes adbibuit Episcopus Jonas, Davidem, ut scriptum est, fecisse. Cumqve leges ita jubeant: Qvicunqve testes, literas aut judicia impediverit, qvo minus jus justum habeat progressum, is, nec decretis nec testibus unqvam fruatur, nam in eadem re qva qvis leges violat, indignus est qvi ipsarum præsidio fruatur. *Nos igitur censuimus Davidem nullis scriptis adjuvandum, iis tantum exceptis, qvæ ipse Rex cum Senatu Regni Norvegici comprobaverit. Præter ea Davidem propter hanc causam excommunicationis reum censuimus. Qvicunqve vero Jure Canonico exilii pœna multatur, bona omnia, dimidia ex parte Regi, dimidia vero Ecclesiæ confiscanda relinqvit. Sexto cum Episcopus Davidem accusaret, qvod in possessionem curiæ Skalholtensis, qvæ 840 Imperialium valorem exæqvaret, injuste irrepsisset; Nos hanc litem in Synodo Generali Skalholtensi proxime celebranda, a Jona Episcopo, aut aliis legitimis diœceseos Skalholtinæ Antistitibus, dijudicandam censuimus; Sed de prædio Hvamm intra parœciam Hvammensem, fundisqve aliis, qvos Præsul Davidem sibi vindicasse coarguit, producebatur conclusum Sacerdotum diœceseos Skalholtensis, literis consignatum, qvod injunxit Jonæ Episcopo, ut prædii istius possessionem legitimam probaret, qvocirca idem conclusum in omnibus articulis ratum firmumqve statuimus. Cætera autem prædia, qvorum injustæ occupationis Præsul Davidem insimulavit, a Jona Episcopo, aut aliis legitimis Curiæ Skalholtensis Antistitibus, in foro fundi cujusvis competenti, expostulentur. Septimo cum Davidem Episcopus accusaret, qvod prædium suum Skarfstadus, nec non 10 vaccas cum eodem fundo elocatas, sine sua, suorumqve Qvæstorum venia per novennium tenuisset; censuimus Episcopum Jonam intra menstruum spatium, in tractu Skagafierdensi, ubi dictum prædium pretio fuisset mercatus, testes producere debere, cum ejusmodi testimonio, qvod Jonas Episcopus hoc prædium a possessore justo pretio fuerit mercatus, nec scirent dictum prædium donasse ulli aut vendidisse, qvod testimonium Episcopus Jonas, si placeat, una cum aliis suo sigillo muniret; Tali testimonio adbibito, statuimus memoratum prædium Skarfstadas Jonæ Episcopi esse, & per dictum novennium fuisse possessionem, idcoqve debere Davidem idem prædium cum locatis simul vaccis, annuis locariis & legitimo proventu restituere, & marcis 40 mulctari, Episcopo & cathedræ Holanæ solvendis, nisi demonstraverit sese dictum prædium legitime comparasse, aut septem virorum juramento confirmaverit sui juris credidisse, qvo juramento rite interposito, mulctis, satisfactionis gratia irrogatis, levetur. Laudatus Episcopus Jonas, aliiqve complures probi viri, appensis suis una cum nostris sigillis, hoc comprobavere conclusum, qvod eodem ac supra memoravimus loco die & anno scriptum est.*

ſtum Martini inſtituit, cui David ſuam probavit ſecuritatem & innocentiam: 1) Chriſtiani Tertii Edicto, dato ipſo die Natalitiorum Domini anno 1542, qvo Davidem in ſuam accipit ſingularem tutelam, eiqve vim facere aut incommodum aliqvod inferre prohibet. 2) Literis Ogmundi Epiſcopi adprobatis a Giſſuro Epiſcopo, cum utriusqve ſigillis, qvibus ei præbendam Hvamm, cum omnibus ad eam pertinentibus in dies vitæ conferunt & elocant. 3) Ogmundi & Giſſuri apochas & abſolutionis teſtimonia, qvarum primam ediderat Olaus Gudmundi filius, Ogmundi Epiſcopi Vicarius & Dalenſis Toparchiæ Præpoſitus, datam Hiardarholti die Sancto Stephani anno 1530. Alteram Einarus Snorri filius Paſtor Stadaſtadenſis & Ogmundi itidem Officialis, anno 1532. Stadaſtadi, die Sancti Marci datam ei communicaverat. Tertiam ipſe Ogmundus Epiſcopus, Skalholti anno 1536 die veneris ante Dominicam Palmarum. Qvartam Giſſurus Epiſcopus, Skaholti 1542 15 Cal. Aprilis. Qvas omnes, tam ſuam, qvam Ogmundi & ejus Vicariorum apochas, ſeu, ut tum temporis vocabant, Qvittantias, Giſſurus perfecte confirmavit Helgafelli d. 19. Jan. 1544. Qvintam & ultimam Thingvallis. d. Martis poſt Petri & Pauli 1545 idem Epiſcopus ei dederat, in qva pro ſe & ſuis ſucceſſoribus Skalholtinæ diœceſeos Epiſcopis, Davidem & Ingveldam Arnæ filiam ab omni mulcta & pæna, omnibus eorum adulteriis & inceſtibus promeritis, abſolvit & liberat, reliqvasqve ſuas & Ogmundi apochas denuo confirmavit. Qvibus, damnorum, rapinarum, & injuriarum ſibi ab Epiſcopo & ejus filiis illatarum adjunxit enumerationem, qvam nobis videre non contigit, niſi ſit prior pars *Apologiæ* qvam infra exhibebimus, ea enim continet qvæ hactenus inter eos geſta fuerant. Qvorum autoritate Nomophylax inductus ſecurum eum & inſontem, omnes vero, qvi eum invadunt aut bona ejus diripiunt, extorres pronuntiavit, qvam ſententiam denuo confirmavit, Snoksdali anno 1549 (a). Qvibus Nomophylacis

(a) Judicium Ormi Sturlæſonii Hvammenſe hujus eſt tenoris: *Omnibus has litteras viſuris ſeu audituris, Sigurdus Oddi, Biarnus Sumarlidi, Jonas Sigurdi, Biarnus Thorleifi, Chriſtophorus Jonæ & Jonas Olai, Dei & ſuam ſalutem mittunt, notum facientes, qvod nos anno Chriſti M.D.XL.VIII die Jovis proximo poſt feſtum Martini hyemale, Hvammi in tribu Hvammenſi, loco judiciis publice deſtinato, ab honorato Domino Ormo Sturlæ filio, borealis & occidentalis Islandiæ Nomophylace, Judices electi fuerimus ad cognoſcendum, examinandum & lata legitime ſententia decidendum, qvo in valore aut*

phylacis sententiis & judiciis David confisus, præcipue autem qvod Holanum Episcopum nullam in se habere potestatem contenderet, omnes Jonæ,

---

aut autoritate haberi deberent literæ & qvittantiæ, qvibus David Gudmundi filius a Regia potestate & Ecclesia munitus sit, qva de re etiam judicium expetivit. 1) Nobis ibidem sunt exhibitæ celsissimi Domini nostri Regis Christiani literæ, salvo ipsius sigillo, ejus tenoris, qvod gratia sua & dignitas prædictum Davidem Gudmundi, cum uxore, liberis & servis, bonis & prædiis, omniqve peculio in singularem tutelam & protectionem ceperit, ipsum defensurus & ad jus suum obtinendum adjuturus, sed omnes & singulos, tam Clericos, qvam Laicos, prohibens illum impedire vel molestia aut ulla injuria contra has literas afficere. 2) Nobis ibidem exhibitæ sunt & publice recitatæ literæ Collationis ab Episcopo Ogmundo, bonæ memoriæ, consilio & consensu Domini Gissuris Enari filii (qvorum animabus Deus sit propitius) expeditæ, salvis utriusqve sigillis pendentibus, qvæ ejus erant tenoris, qvod ipsi prius nominato Davidi Gudmundi filio prædium Hvamm in tribu Hvammensi cum omnibus rebus animatis & inanimatis, mobilibus & immobilibus, ad prædictum prædium nunc & olim pertinentibus, in omnes vitæ dies contulerint, atqve in feudum concesserint. 3) Publice ibidem recitatæ sunt qvittantiæ, qvibus sæpe laudatus David Gudmundi filius ab Episcopis Ogmundo & Domino Gissuro, Ecclesiæ nomine, munitus erat. Similiter nobis etiam exhibitum est Thorleifi Pauli filii, tunc temporis Borealis & Occidentalis Islandiæ Nomophylacis, decretum, cum salvo ipsius sigillo, in qvo hæc erat sententia, qvod omnes ejus (Davidis) literas & qvittantias in omnibus suis punctis & articulis autenticas haberi debere decideret. Nos itaqve supra memorati Judices, invocata gratia Spiritus Sancti, causa hanc in modum examinata, nobisqve demonstrata, prædictas literas & qvittantias omnes in omnibus punctis legitimas atqve autenticas judicavimus, ipsiqve sæpe memorato Davidi Gudmundi filio jure licere omne suum peculium per qvemvis hominem libere tenere qvoad legitimo juris processu apud Clementissimum nostrum Regem ipsiusqve Majestatem accusatus fuerit, juxta gratiosas illas literas, qvibus dignitas sua ipsum instruxerat. Sed qvicunqve contra jus & fas ipsum impediverit, qvo minus prædicto peculio libere fruatur, tantam mulctam solvat, vel ipse vel ipsius socii, qvanta in legum codice præfinitur. David vero cum suis, qvi ipsum vel ipsius peculium defendant, pace publica munitus sit. Illi autem qvi vim afferunt, neglecto juris legisqve præscripto, legum securitate destituantur. Hanc sententiam prædictus Regius Præfectus, Dominus (Bondi) *Ormus Sturlæ filius Nomophylax comprobavit, suumqve sigillum nobiscum his literis judicialibus appendit, datis eodem loco & die ut supra.*

Ego Ormus Sturlæ filius Borealis & Occidentalis Islandiæ Nomophylax hisce patentibus probis hominibus notum facio, qvod cum viderim & legerim literas & qvittantias, qvibus David Gudmundi filius a potestate Regia & Ecclesia in causis aut criminibus, qvorum reus factus est, aut fieri potuit, munitus est, pro singulis punctis & clausulis

Jonæ, Arii filii de se latas sententias & judicia magno animo centemsit, qvapropter Episcopus eum solenniter excommunicavit (a), qvod per universam diœcesin Skalholtinam a suis emissariis ebuccinari curavit, qvi etiam Davidem, qvoqvo modo interceptum, Holas in captivitatem abstrahere, in mandatis habuerunt. Qvæ omnia cum David susqve deqve haberet,

---

clausulis quæ iisdem continentur, quas literas & qvittantias ex omni parte legitimas & autenticas censeo, juxta illius judicii sententiam, qvod Hvammi in parœcia Hvammensi die Jovis, post festum Martini proxime elapsum, exerceri curabam; Proinde in nomine Domini Amen, easdem literas judiciales, una cum qvittantiis, quibus David Gudmundi filius munitus est, ex omni parte legitimas & autenticas esse judico; Et propterea qvod nominatus David Gudmundi filius cum suis omnibus & universis fortunis, Clementissimi Domini nostri & Regis publicæ pacis & protectionis literis munitus est, ego præscriptus Ormus Nomophylax, omnes & singulos Clericos & Laicos, cujuscunqve potestatis aut ordinis fuerint, pro imperio, cui Dominus meus Rex me indignum præfecit, qvatenus per leges maxime licuerit, prohibeo, ne supra memoratum Davidem, illius universam domum, bona & fortunas impedire aut molestia afficere, rapinis aut incursionibus, aut alia violentia, ad proximum usqve forum Oxaraaense infestare præsumant, sed qui secus fecerint, eorum criminum, quæ legibus definiuntur, reos pronuntio. Sed omnes Regis juratos viros & subditos sæpius memoratum Davidem cum suis, omnique peculio juvare, & ab omnibus iis, qvi contra Regias protectionis, & alias quibus munitus est, literas, illi vim & impetum facere volunt, defendere jubeo, ad idemqve obstrictos teneri censeo &c. In cujus rei verum testimonium Sigillum meum his decisionis & confirmationis literis appendo, datis Snoksdali die Jovis diem Hilarii proxime præcedente, Anno Domini 1549.

(a) Qvi maledictionem aut devotionis effectum Arnæ Arnoridæ ministerio & artibus a Davide in eqvuleum versum credunt, nimis sunt creduli & superstitiosi; Majoris autem momenti qvæstio est; qvoties David a Jona Arii filio excommunicatus fuit? ad qvam nos respondemus, videri id ter factum esse, prout tum temporis moris erat notorios & obstinatos peccatores tractari, vid. supra pag. 371. Prima vice id fecit in Synodo Hvammensi, hoc anno, die Lunæ post festum Michaëlis, non qvidem solenniter, sed publico judicio, declarando Davidem excommunicationem promeritum esse, & pro tali haberi debere: Talia enim judicia pro excommunicatione habebantur, & hunc actum ipse David pro excommunicatione qvadam agnovit, licet eandem contemneret: De hac excommunicatione qvæ ipso opere promereri aut contrahi potuit, vid. *Jur. Eccles.* cap 38 Altera fiebat scripto, & ab Episcopo per universam diœcesin proclamabatur, qvam Jonas Davidi intendit anno 1549, de qva hoc loco agitur. Tertia deniqve, maxime solennis, fiebat, ore & opere Episcopi, adstantibus duodecim Sacerdotibus, accensis candelis & sonantibus campanis, qvæ primo *major*, sed hoc tempore *maxima* dicebatur: hanc Jonas in Davidem effudit anno 1550 in qva Arnas Arnoris filius ei assistere noluit, de qva infra, §. 38.

haberet, Præsul sub æstatis initium, collecto exercitu, ipsum invasurus Snoksdalum versus tendit; Sed in provinciam Hrutafiord perveniens, percepto Davidem de suo proposito certiorem factum, 60 aut 80 fortissimis stipatum viris domi semet exspectare, ideoqve nec imparatum opprimi posse, mente mutata in provinciam Borgarfiord per tesqva Holtavardensia irrupit, ibiqve improvisus hospes vel hostis omnia pacata inveniens, solito more processit, & ne frustra tantum iter faceret, in villam Davidis Signyarstadas impetum faciens, illam, cum omnibus qvæ ibidem invenit, sive Davidis, sive aliorum, erant, in suam redegit potestatem, tantilloqve, tantæ expeditionis accepto fructu, domum reversus esse videtur (a).

§. 32.

Ineunte anno 1549, audivit Episcopus Jonam Biarni filium Martini & cathedræ Skalholtensis Qvæstorem, qvi ipsi priore anno fortiter restiterat, & ad solvendam obsidionem Skalholtensem adegerat, de eadem rythmos aut carmina qvædam fudisse, qvod cum, aliis hoc modo insultare solitum, sed perpeti insvetum, tantopere anxit, ut media hyeme tabellarios, qvibus Ericum Grimi, Pastorem Gilsbackensem præfecit, ad generum suum Ejulfum Einari filium, aliosqve amicos mitteret, injungens & orans, ut Jonam, qvem ludibriose *Stödla Skálld*, (Stabuli poëtam) vocabat, interciperent & vinctum sibi mitterent, qvod Jonas subolens qvosdam submisit, qvi Ericum & tabellarios interceperunt, qvorum pœna intra minas stetit; Sed Jonas de insidiis certior factus, eas postea facilius vitare potuit; cumqve ex Annalium relatione & factorum circumstantiis manifestum sit, Episcopum in Qvartam orientalem, Skalholtinæ diœcesi subjectam, in qva situm est prædium Biarnanes, minimum bis irrupisse, primo anno 1544 & deinde anno 1547 qvidam autem ter id factum esse

 innuant,

(a) Hanc etiam expeditionem, pleriqve harum rerum Scriptores aut ignorant aut omittunt; Sed de eadem, & qvod hoc anni tempore facta fuerit, omne dubium eximit *Davidis Apologia*, paucis post annis scripta, cum ipsa res in omnium recenti memoria hæreret. Qvidam ex duabus, hac scil. & ea qvam anno priori §. 25. adscripsimus, unam faciunt, suam sententiam sat speciosis rationibus probantes, qvas nos in medio relinqvimus, a litera & expressis auctorum verbis discedere, idqve tantum ob probabiles conjecturas, pro piaculo habentes.

innuant, ad hunc annum tertiam ejus Biarnanesensem expeditionem, si unqvam facta est, referre non dubitamus, nam annis 1548 & 1550 tot, tantisqve fuit negotiis obrutus, ut ad eandem faciendam tempus vix habuisse videatur (a), neqve verosimile est, virum tam negotiosum tota hac æstate desidem domi hæsisse.

§. 33.

Dum hæc in Islandia geruntur, Martinus, in Dania, Regi homagio soluto, Skalholtinus Episcopus ordinatur, qvi, cum submisissime Regi exposuerat, qvanto in periculo versentur Pastores Islandi qvi Reformationem acciperent, ejusqve mandatis obedientiam præstarent, gratiosissimum ab eo obtinuit Rescriptum, qvo omnes dioeceseos Skalholtinæ sacerdotes, eorum uxores, liberos, famulos & possessiones in singularem suam tutelam & gratiam recepit Regia Majestas, omnes ac singulos illis nocere aut impedimento esse severe prohibens; Præterea etiam jubens, ut omnes illis, decimas aliaqve salarii loco solvi solita, bona fide solvant (b). Hoc etiam anno allatum est Diploma Regium, datum Coldingæ, die Lunæ post Scholasticæ Virginis 1549, qvo Jonas, qvi priore anno Regem adire noluerat, sed ejus subditos vario modo exagitare perrexit, Regiaqve mandata & Ordinationem Ecclesiasticam conculcavit, penitus proscribitur, omnesqve, ne ei obediant, prohibentur (c). Ad Davidem etiam hoc anno Rex, de prioris anni persecutionibus certior factus, clementissimas dedit literas, ut Jonam Episcopum & filios, data occasione captivos ducat,

(a) De prima testatur Gissuri Episcopi epistola, Jonæ scripta anno 1544, d. 4 Octobr. vid. supra pag. 663. De secunda *BIORNUS de Skardsaa* ad annum 1547 & supra pag. 667. Tertiam verisimilem facit Brynjolfi Jonæ, coloni Biarnanesensis iter Hauniacum, qvestum injurias, & res ab Episcopo sibi ablatas repetitum anno 1550 institutum (qvem de tanta injuria qverimonias ab anno 1547, ad 1550 distulisse improbabile est) cujus mentionem facit filiorum Episcopi epistola ad Cancellarium data die Laurentii 1550, & *Carmen OLAI THOMÆI* de Jonæ Episcopi inimicis compositum. Expeditionem autem Biarnanesensem judices Oddeyrenses commemorant.

(b) Vid. S. Vener. *HARBOE Afhandl. om Reform. i Island*, in *Kiöbenhavnske Selsk. Skrift.* Tom. 7. pag. 18.

(c) Vid. loc. cit. pag. 22.

ducat (a), qvibus fretus, comitiale judicium, acqvisivisse videtur (b), ut Episcopus & filii, tanqvam proscripti, capi & carceri includi debeant.

§. 34.

De tot ac tam diris in se editis Regiis Diplomatibus, qvibus proscriptus, carceri tradendus, & tantum non capite plectendus censebatur, certior factus Episcopus, terrore qvodam primo perculsus, Comitia adire non sustinuisse, & ne adversariis uno loco congregatis, qvibus, si res ad manus veniret, parem se non fore, facile prævidebat, sui faceret potestatem, domi se continuisse videtur, qvod Martino Episcopo ex Dania reduci, præterea, qvæ mox diximus, Regia Rescripta, codicillis etiam collationis præmunito, & deniqve egregio Doct. P. Palladii Episcopi Siælandiæ, & Islandicæ Ecclesiæ, causarumqve ad Religionem spectantium Generalis Inspectoris a Rege constituti, testimonio ornato, qvo, enixe eum omnibus commendabat, omnia qvæ Jonas, ipso absente in diœcesi Skalholtina egerat & constituerat, sufflaminandi ansam dedit, nam ejus absentia, non tantum Martino animum, sed etiam exoptatissimam facultatem subministravit, ut Thingvallas Clerum Skalholtinum freqventem convocaret, ubi præter alia, ad statum Ecclesiæ & Religionem pertinentia, cum viginti qvatuor optimæ notæ Sacerdotibus, omnia Jonæ in diœcesi Skalholtina gesta, ad juris stateram examinata, legibus contraria esse proclamat, qvæ ideo penitus abrogat & rescindit, ut ex ipso patet concluso (c). Qvo facto, aliisqve diœceseos negotiis rite expeditis, primo

(a) Vid. supra pag. 301.

(b) Tale judicium in Comitiis factum esse, docet Rescriptum Regium, datum Nyburgi d. Martis post convers. Pauli 1551. Et judicium Snoksdalense ab Ormo Sturlæ filio promulgatum anno 1550, nam utraqve clare allegant; Sed eodem anno fieri potuisse, omni probabilitate caret, tunc enim ipse Episcopus & filii 400 armatis stipati judicio adstabant; qvi tale qvid fieri haud permisissent. Hinc itaqve probabiliter concluditur hac eos æstate in Comitiis non apparuisse; Secus enim, nec David tale judicium acqvirere potuisset, nec Martinus eam, qvæ mox nominabitur, pronuntiare ausus fuisset sententiam; Et ad præcavendum, ne talia sæpius fierent, videtur Arius Nomophylacis officium anno 1550 postliminio aut affectasse, aut recuperasse. Vide Reg. lit. ad Davidem, dat. 1551 d. Ven. post qvasimodogeniti.

(c) Vid. S. Vener. *HARBOE Asbandl*, loc. cit. pag. 19.

mo Skalholtum proficiscitur, indeqve Visitationem ecclesiasticam per Qvartam Occidentalem ingressus, sub hyemis initium, Stadastadum, præbendam magni nominis, in parte occidentali sitam, ubi ante susceptum Episcopale officium, sacerdotali functus fuerat, se cum suis contulit, ibidemqve Regiis fretus Edictis, securus egit.

§. 35.

Variis autem, ut probabile est, Aræsonium anxium curis (a), epistola Pauli Tertii Romanorum Pontificis, hoc anno scripta, magnopere erexit

---

(a) Nobis etsi utriusqve exemplaris copia sit, Latini tantum exemplum hic sistimus, cum duorum Sacerdotum testificatione, statim post acceptas literas adornata, ut ex diei & anni notatione patet. Harum tenor talis est:

PAULUS PP. III.

Venerabilis frater, salutem & Apostolicam benedictionem. Recepimus literas tuas 27 Augusti preteriti dat. plenas illas qvidem tum pietatis erga Deum, tum observantie & obedientie erga nos & hunc Sanctam Sedem: de qvibus te summopere in Deo Domino commendamus, hortamurque, ut una cum tibi commisso grege in illis perseveres, recepturus ab hominibus laudem in terris, & ab ipso Deo eternam vitam in celis. Qvod vero ad pecuniam beato Petro debitam, quam apud te conservare dicis, attinet, gratum erit nobis, ut illam in usum eorum pauperum eroges, qui misericordia digni tibi videbuntur, existimesqve nos in hiis, que cum Deo facere poterimus, nunqvam tibi defuturos. Deus ipse omnipotens te & gregem tuum benedicat. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die 8 Martii M.D.XXXXVIII, Pontificatus nostri anno qvinto decimo.

Blo. es. fulgin.

Venerabili Fratri Episcopo Holensis.

" Id facimus Thorsteinus Gunni filius & Hallus Asgrimi filius Sacerdotes diœ-
" ceseos Holanæ bonis viris notum, qvod vidimus & perlegimus tale epistolium lati-
" num cum Domini Papæ sigillo, qvale hic scriptum est, in cujus veritatem nomi-
" nati Sacerdotes nostra sigilla his literis imponimus, Holis in Hialtadal, pridie
" festum Olai prius Anno Domini 1539. "

Dominus *A. MAGNÆUS* scripsit se invenisse hujus Brevis Datum in alio exemplari ita scriptum: *Datum Romæ apud Rotas die nono Martii sub annulo piscatoris, Episcopatus nostri 15.* Nos hujus Brevis duo vidimus exemplaria Islandica, qvorum utrumqve habet: (*α*) *Paulus IIII*, qvod manifeste erroneum est, cum is anno tandem 1555 Marcello successerit, sed Paulus III, qvi hoc anno 4 idus Novembr. obiit, hujus Epistolæ indubius auctor est. (*β*) Utrumqve Islandicum, qvod vidimus exemplar

erexit & animavit, illa enim accepta, qvam Hamburgenſes mercatores Ulfus & Ludovicus attulerunt, Clerum confeſtim in templum Holanum convocavit, indutusqve pretioſiſſimas veſtes Epiſcopales, Mitram capite, ſed manu lituum gerens, ante ſummum altare conſtitutus manibus & oculis in cœlum devotiſſimo geſtu elevatis, ſed clero, pariter ornato, adſtante, eandem legi curavit, finita vero lectione, acceptaqve Cleri gratulatione, ipſe primo Deo & Pontifici intimas egit gratias, tantaqve conſolatione exſultans dixiſſe fertur, vitam ſe potius qvam fidem erga Pontificem Romanum poſiturum eſſe; Hinc literas ſtatim exſcribi curavit, earumqve exemplum, cujus veritatem idoneorum teſtium ſubſcriptio & ſigilla firmabant, amicis transmiſit, indoctis vero in vernaculam translatas lingvam, ad firmandam vulgi fidem impertivit. In qvovis etiam conventu Eccleſiaſtico publice recitari curavit, & ut uſus poſtulare videbatur, easdem applicavit & explicavit.

§. 36.

Tantum itaqve abfuit ut Regium Edictum & minæ, qvæ Lutheranæ Religionis propagatores & ſectatores perſeqvi prohibuerunt, iisqve protectionem promiſerunt, durum mitigarent Aræſonii ingenium, ut eadem contemnere & penitus conculcare, Lutheranos autem eo acrius vexare, firmiter ſibi proponeret. qvod, qvo majori juris ſpecie fieri poſſet, conſultiſſimum & factu facillimum viſum eſt, ſi illis concluſum qvoddam Synodi Eccleſiaſticæ, tam recentium Pontificis Romani literarum auctoritati ſuperſtructum, opponatur, qvod eosdem perſeqvi & carceribus, includi jubeat. Ferocem præterea animum ſtimulabant hujus anni Comitiorum concluſiones, tam a Clero Skalholtino, qvam Politicis qvibusdam, in ejus ignominiam & perniciem factæ, qvas licet contemnere aut indifferenter ferre ſimularet, tam alta mente repoſitæ tamen manſerunt, ut

plar habet: Datum " vid Sancte Peturs kyrkio " ɔ: *apud Sancti Petri Templum*, ſed diem 9 Martii, cum in Latino ſit 8 Martii, qvæ differentia parvi refert. In mox ſeqventi Judicio Thingeyrenſi emphatice vocantur *Literæ Pontificis hoc anno* (NB. ſ ſialfre Rôm) *ipſa Romæ, ad Epiſcopum Jonam ſcriptæ*, qvaſi loci ſanctitas autoritati Epiſtolæ, aliqvid ponderis adderet. Aſt in judicio Thingvallenſi 1550; ſive hæc, ſive ab ea diverſa: *Domini Papæ Epiſtolæ aperta & ſigillo firmatæ*, ut mandatum de adminiſtrandis rebus diœceſeos Skalholtinæ Jonæ datum, allegatur.

ut ſeveriſſimam parans ultionem, commodam tantum eandem exercendi occaſionem exſpectaret, qvapropter, ut adverſarios eo ſecuriores faceret, aut qvietus domi manſit, aut in locis remotioribus aliud agens, æſtatem trivit. Tandem autem ſub autumnum Toparchiam Hunavatnenſem, unde facillime in diœceſin Skalholtinam excurſus fieri poteſt, ſolito more eccleſias, ad tegendum de propoſito ſuſpicionem, luſtratum ingreditur. cumqve nunqvam non cauſæ incidant, qvæ in conventibus Eccleſiaſticis ſopiri aut ſepeliri debent, & hoc tempore fere ubiqve aliqvi eſſent, qvi de antiqvis ceremoniis & doctrina minus canonice ſentirent & loqverentur, licet plurimi metu pœnæ id palam proferre vererentur, ad eosdem coërcendos, ubicunqve tandem terrarum inveniri contingat, ad cœnobium Thingeyrenſe, non adeo freqventem (ne ſcilicet freqventia famam & ſuſpicionem augeret) Synodum convocat, cui diſcernendum proponit, qvid faciendum Hæreticis, qvi chriſma, luſtrationes, excommunicationes & talia contemnant, ſed hæreſin diſſeminare & novos ritus introducere ſtudeant, qvæ tam latis & generalibus verbis ac terminis propoſuit, ut qvo collinearet, vix intelligi poſſet, & ut generale nactus Concluſum, in omnes, cujuscunqve ſtatus & conditionis eſſent, hujus autoritate & officii zelo, ut videri voluit, adactus, agere poſſet, nam, licet alia multa nullo juris prætextu, ſed mera vi & injuria ageret, hac vice tamen, qvæ moliebatur, ut optimo jure acta, aliqva juſtitiæ & pietatis larva tegere voluit; Concluſum autem, prout intendit, ab hoc conciliabulo obtinuit, tales omnes, ubicunqve ſemet contineant, capiendos, & donec agant pœnitentiam, carceri includendos, qvod ipſe cum filio Biörno confirmavit (a).

§. 37.

Hujus atrociſſimi concluſi effectum & Aræſonii tyrannidem, Martinus Epiſcopus & Arnas Arnoris omnium primi experti ſunt (b), per exploratores

---

(a) Hoc concluſum vid. in S. Ven. *HARBOE Afhandling om Reform. i Island* in *Kiöbenh. Selſk. Skrift.* Tom. 7. pag. 33.

(b) Credam Martinus poſt Judicium Thingörenſe & ſub ipſum hyemis initium captum fuiſſe, his inductus rationibus. 1) Verbis Theodori Martini filii, in literis ad Dominus

ploratores enim, qvos nunqvam non habuit, certior factus, Martinum aut ecclesiasticæ Visitationi in Toparchia Thornesensi intentum esse, aut Stadastadi cum paucis securum agere, filios Biornum & Arium, ingenti velitum stipatos agmine, qvam citissime in Provinciam Borgarfiord irruptionem facere jubet, ut inde pro re nata iter vertere & impetum facere possent. Qvo ubi perveniunt, compertoqve Martinum Stadastadi adhuc esse, Davidem autem in emporio dicto Rif (a) mercaturæ aliisqve negotiis intentum agere, citato agmine recta illuc tendunt, nisi qvod Hytdalum, uno circiter a via publica milliari distans, deflexerunt, Arnam Arnori filium Martini & Davidis intimum amicum, Reformatæqve Religioni addictissimum, capturi, qvi priore anno Martini Officialis fuerat, Jonæqve

---

Dominum Petrum Palladium, datis 1550, dicentis Patrem suum præterita hyeme captum fuisse; qvod David in sua *apologia* autumni tempore factum fuisse indigitare videtur. Recentiores vero vergente ad finem æstate evenisse scribunt, qvos non moramur, cum Theodori & Davidis relationes facile conciliari qveant, nam David determinat tempus, qvo Præsul filios ablegavit, idqve autumnum vocat; Theodorus vero loqvitur de ipso captivitatis die, qvem hyemalem fuisse asserit, prius itaqve in ultima autumni, posterius vero in prima hyemis hebdomade accidisse statuendum est, id est, circa medium Octobris, cum hyems ex mente veterum hoc anno die 11 Octobris cœperit; Taceo qvod tempus ab æqvinoctio ad Festum Martini seu 11 Novembr. ab antiqvis etiam autumnus vocabatur; vid. Mag. *THEOD. THORLACII Calendarium* pag. 7. 2) Ipsorum Episcopi filiorum, in Epistola ad Regni Cancellarium anno 1550 scripta, expresse dicentium Martinum (epter dóme) ex judicum sententia captum esse, qvod judicium aliud non invenitur qvam hocce pridem allegatum, in qvo, etsi Martinus certas ob causas non nominetur, haud obscure tamen ibidem describitur. 3) Eorum relatione, qvi Arnam Arnoris filium, cum qvatuor menses Holis captivus fuisset, sub qvadragesimam, aut post festum Purificationis liberatum esse scribunt. 4) Ne minimum qvidem famæ gry hoc anno de hac re Hafniam transvolare potuit, qvod documento est, eum post mercatorum discessum captum fuisse. Pariter etiam anno 1550 de ejus dimissione, nec Præfectus Regius, Mercatores, aut Epistolæ qvicqvam certi Hafniam perferre potuerunt, ut ex Rescriptis & mandatis Regiis seqvente anno datis, constat; nihilominus certum est in captivitate fuisse integrum annum minus decem dies, vide §. 54, conf. Epistolam Biorni & Arii §. 49. ad Cancell. dat. 10 Aug. 1550 qvæ Martini captivitatis, sed non liberationis mentionem facit; qvæ omnia eo collineant, captivum fuisse circa medium Octobr. 1549, liberatum vero eodem mense ineunte 1550.

(a) De emporio Rif vid. supra Sect. 1. cap. 3. §. 5. pag. 235.

Jonæqve conatibus pro virili obviam iverat, qviqve ad ea, qvæ hoc anno Thingvallis contra eum ſtatuta fuerant, haud parum contulit, ſed hoc tempore, cum Epiſcopo Stadaſtadi manentem, domi non repererunt, unde pari celeritate pergentes, in planitie dicta Stackhamarsſit, Arnam in tentorio dormientem offendunt, & ut erat ſeminudus, neqvid opprobrio & cruciatibus deeſſet, manticæ aut vituli inſtar eqvo alligatum, Stadaſtadum devehunt, ubi Epiſcopum incautum & imparatum, parvo negotio, in ſuam redigunt poteſtatem, qvo ſucceſſu læti, extemplo ad emporium Rif, Davidem pari modo oppreſſuri, pervolant, qvi in arcta ibidem lingula incluſus, parum abfuit, qvin in eorum manus incidiſſet, ſed per tramitem qvendam ipſis ignotum, ope imcomparabilis eqvi ægerrime elapſus eſt. Stadaſtadum deinde reverſi, novam de Davide intercipiendo conſultationem ineunt, cui, cum inter pocula & comiſſationem fieret, ipſis inſciis ſe immiſcuerat qvidam Davidis explorator, qvi omnia, qvæ audierat, hero retulit. Deinde cum opimis ſpoliis revertentes, Snoksdalum triumphantes pergunt; ſed Davidem, non ut ante imparatum, invenientes, ab invaſione abſtinent, per literas, tantum ludibrio ſe invitantes, ut affinem & amicum inviſet, aut ſi poſſet, liberet; majoris enim jam & eorum intereſſe liberari, & ipſius virtutem oſtentare, qvam priori anno, cum latronum Præfectus, patrem a templo Skalholtenſi arcuiſſet, qvæ ille magno animo contemnens, ſuos compeſcuit, ne impetum facerent, ſed ſi impetantur, illatam vim ſtrenue propulſent, monens. Uxor autem Davidis, Martini Epiſcopi ſoror, miſere plorans, & per Jeſu Chriſti vulnera orans, ut fratrem inſontem & injuſte captum dimittant, non ſolum re infecta, ſed deriſa & ludibrio habita, reverſa eſt.

§. 38.

Qvantam ex Epiſcopi captivitate ceperit Jonas Arii lætitiam, indicant ejusdem in eandem facta illuſoria carmina (a), qvi primo liberiori habitus cuſtodia, ab uno tantum ſatellite, cui nomen Steinn, obſervabatur, cujus aliqvando diligentiam eludens, aufugit, ſed ab omnibus fugienti neceſſariis imparatus, ſtatim inventus & retractus, arctiori multum

tum

(a) Carmina iſta legi poſſunt in S. Vener. *HARBOE* Tractatu ſæpius laudato in *Kiöbenh. Selſk. Skrift.* Tom. 7. pag. 23.

tum carceri traditur, in qvo ei non tantum ludibriosis illusit carminibus (a), sed etiam ei objecit & in vulgus spargi curavit, eum non a Regia Majestate Skalholtinum constitutum fuisse Episcopum, sed Laurentii Mule artibus ac technis Regias literas furtò aut fraude adeptum esse, eumqve pariter ac reliqvos Reformatæ doctrinæ confessores, qvi Sanctos invocare, chrisma, lustrationes, confirmationes, & talia dedignantur, qvovis ethnico pejores esse. Tandem vero, aut ejus calamitatibus satiato Episcopo, aut, ut qvidam volunt, intercedente Ario Episcopi filio, ipsi custodiendus traditur, ubi tolerabiliorem nactus est conditionem, qvo tempore etiam, sive serio, sive verbo tantum actum videtur de ejus liberatione & in officium restitutione (b), sed conditionibus, qvas noluit acceptare, qvod itaqve nullum habuit successum, nam in custodia apud Arium usqve in seqventem annum mansit, in qvo Biarnanesum sibi suisqve successoribus penitus abdicavit (c). Arnas autem indignissime habebatur, nam primo in culina publica, pisces vento induratos malleo contundere qvotidie coactus fuit; sed postqvam anno 1550, die circumcisionis, Episcopo Davidem solenniter devoventi, operam commodare renuerat, angusto inclusus carceri, & sub scamnum qvoddam detrusus, capite ad genua usqve incurvato, fœtido vase ori supposito cruciabatur (d), & forte esurie pereundum fuisset, ni mulier qvædam ejus miserta

 per

(a) " Bóndenn Marteinn brá sitt tal, burtu hlióp frá Steine, vasadi hann fram á Vind" árdal, vard honum þad ad meine. " Hoc est: *Colonus Martinus non stetit promissis, sed a Steno* (memorato Desmophylaci) *viam corripiebat in vallem Vindaarensem, qvod illi infortunium peperit.* Forsitan & hic per Steinem *lapis* intelligitur, super qvem pisces arefacti contunduntur, ut Episcopus simili ac Arnas Arnoris modo habitus fuerit. Vide Theodori Martini Epist. ad Palladium, & filiorum Episcopi Epist. ad Cancell. Joh. Friis, vid. §. 49.

(b) Conf. nunqvam nimis laudati Illustriss. *HARBOE Hist. Reform. Relig. Island.* Part. 2. §. 12. pag. 44 — 45.

(c) Huic cessioni Mödrufelli d. 1 Jan. 1550 Martinus subscripsit ut Episcopus Skalholtinus, non qvod illum pro tali agnoscerent, aut agnosci vellent, sed ad addendum valorem cessioni, qvam Arius novit alias legitimam non esse, aut a qvodam ratam habendam, nisi a legitimo Skalholtino Episcopo facta esset.

(d) Hujus rei testes gravissimi sunt ipsius Præsulis carmina: " Hann var sídan halldenn " nidur, helldur tók þá kárna fyrir Arna; þreyngdur under þverpall nidur, þá tók " bæde brióst og kvidur, med sídum sárna. " Item: " Þeir settu uppa hann fúl" ann

per angustum qvoddam foramen ei aliqvid esculentorum subinde attulisset. Tandem autem, præstito juramento, nunqvam se Davidi aut Martino posthac auxiliaturum, multo minus Episcopo & ejus filiis adversaturum, uxoris, qvæ ad ipsum redimendum, ingens auri argentiqve pondus corraserat, supplicibus precibus, datus est.

§. 39.

Ad hæc tempora referenda est persecutio Olai Hialti filii, qvi ut Episcopi carissimus amicus, & inter synchronos, si non doctissimus, saltim majoribus par; ab eo, anno 1539 præbenda Lausasensi beatus fuerat, sed 1542 in Daniam ablegatus, ibidem gustum & cognitionem purioris doctrinæ imbiberat, timore autem Episcopi, & seculi amore, ne opimam amitteret Præbendam, & extorris, omnium indigus, redderetur, veritatem injuste detinuerat, nunc tandem libere eandem eloqvi & contra Sanctorum adorationes aliosqve abusus luculenter declamare cœpit, qvod cum Episcopum diu latere non posset, ei confestim dicam scripsit, ut coram constituta Synodo causam dicturus adesset. Olaus itaqve timore perculsus, partim excusationum flexuosis mæandris, partim obscuris amicorum testimoniis, qvi ejus doctrinam non penitus abominabantur, partim objecta negando, in tantum se purgavit, ut Synodi voto ab hæreseos crimine purus & insons pronuntiaretur, qvo Præsul adeo lætatus est, ut detecto capite, Deo, qvi tantum virum a tanta labe conservaverat, intimas ageret gratias. Sed interjecto non longo tempore, fama, & qvidem irrefragabilibus confirmata testimoniis ad Præsulem delata est, Olaum non tantum illicitis usum mediis causam obtinuisse, sed etiam nunc majori qvam unqvam antea temeritate catholicam doctrinam oppugnare, Lutheranam vero propagatum ire, qvapropter Jonas ira & ultione excandescens, denuo ei diem dixit, ut coram Synodo Hrafnagili habenda se sisteret, ubi objecta aut libere confitens, aut testimoniis convictus, causa cecidit, & ut manifestæ hæreseos reus Sacerdotio & Præbenda indignus condem-

" ann kopp, sem fyrr var under bordum, hiá skordum." ɔ: *Postea vilius tractatus Arnas, ejus rebus in pejus versis, sub scannum detrusus, unde tam pectus quam venter & latera sauciabantur.* Item: *Affixerunt ei matulam fætidam, quæ antea sub scabellis mulieribus inserviebat.*

condemnatur, ac ut devotionis reus, facto impetu ex templo vi ejicitur, in qvo tumultu, pede ita læsus est, ut, nullis unqvam sanari posset mediis. Hinc omnium inops, uno tantum comitatus famulo, in tesqva Ejfiordensia aufugit, ibidemqve delituit, donec Thorleifus Grimi cum suo satellitio eadem transiens, ipsi tutum inter suos in Toparchiam Kialarnesensem transitum præstitit, ubi in nautas, qvi hic hyemaverant, sed jamjam vela erant daturi, incidens, cum iisdem Hafniam, qvestum injurias, trajecit, qvo nuntium de Martini captivitate aliisqve Aræsonii excessibus & tyrannide anno 1550, primus pertulisse videtur.

§. 40.

Dum hæc in Islandia geruntur, Jonas Aræsonius ab irato Rege, cujus tot clementissima monita proterve contemserat, ab officio penitus removetur, in cujus locum, aut Gislaum Jonæ filium, aut alium qvendam eligere, Hafniamqve transmittere, qvi ab Universitate Hafniensi approbatus, & ab ipso Rege Episcopus constitutus, denuo in Islandiam transmittatur, Holensis diœceseos incolæ jubentur (a). Qvod Aræsonius, audiens, Gislao non modo ob Religionem, sed etiam qvod se ut diœceseos Skalholtinæ Administratorem contradixerat, & filium Biornum a successione in eundem Episcopatum anno 1548 suo voto excluserat; Tandemqve anno 1549 inter eos non ultimus fuerat, qvi sua Acta in Synodo Thingvallensi abrogaverant, & penitus irrita pronuntiaverant, infensus erat. Hunc itaqve ut ulcisceretur, & excommunicatione, officio, qvo destinabatur, indignum redderet, simulac ut Regium Mandatum conculcaret, Thingeyrensis Synodi concluso autoritatem conciliaret, tandemqve ut Holanæ diœceseos Clerum ab ipsius, aliusve electione averteret, Gislao misit excommunicationis diploma (b), qvi licet id, ut brutum qvoddam fulmen & qvasi ex pelvi emissum contemneret, attamen se in Islandia, qvam universam sub sua jam Jonas habuit potestate, tutum non fore præsagiens, convasatis rebus, relicta tantum uxore & liberis, Hafniam transnavigavit, qvo prudenti consilio imminentem effugit procellam, brevi enim aderat Biörnus Episcopi filius a patre missus, qvi

(a) Vid. *HARBOE Afhandl.* &c. in Kiöbenh. Selsk. Skrift. Tom. 7. pag. 38.

(b) Vid. loc. cit. pag. 35 & supra pag. 371.

qvi ejus vices agens, Vatnsfiordi Synodum coëgit, in qva Gislao officium & Præbendam abrogavit, & bona publicanda judicavit; uxorem vero fere nudam Selardalo abegit, qvæ cum infantibus, omnium inops, ad fratrem suum Magnum Hagam confugit.

§. 41.

Hoc etiam anno, ad Davidem Gudmundi & Petrum Einari, clementissimas Regia Majestas scripsit literas, ex qvibus constat, eos superiore anno Regi scripsisse, & de Aræsonii injuriis & grassationibus conqvestos fuisse; illis enim Rex injungit & mandat, ut Laurentium Muhle Regis Præfectum, qvi in mandatis habeat, ut Episcopum capiat & custodiri curet, adjuvent (a). Nec qvod sui erat muneris, & qvod Ecclesiæ Islandicæ vigilantem decuit Inspectorem, omisit D. Petrus Palladius, Siællandiæ Episcopus laudatissimus, qvi hoc anno Aræsonio epistolam scripsit pietate & bonis monitis plenam, orans monensqve ut resipiscat (b).

§. 42.

(a) Vid. S. Ven. *HARBOE Afhandling* loc. cit. pag. 63.

(b) Vid. loc. cit. pag. 39. Licet Palladius, per cujus manus transibant omnia, qvæ circa res ecclesiasticas Islandiæ a Rege agebantur, optime sciret, qvod anno 1548 Aræsonius, si ad Regem venire nolit, proscriptus fuerat, qvodqve eadem proscriptio anno 1549 renovata fuerat, & Davidi, ut eum capiat, injunctum; deinde etiam, qvæ jam ante mensem, vel amplius, Nyburgi acta erant; tamen voluit vir optimus ostendere protervo Episcopo apud Regem longe clementissimum non penitus præcisam esse omnem veniæ spem, modo jam jam resipiscere & ad agnitionem veritatis venire vellet. Sunt qvi fabulam de Hekla monte insipidam, qvam Palladius in his literis commemorat, acri censura perstringunt, qvam scilicet fabulam nec stultissimi Islandorum unqvam crediderunt, qvæqve apud infidelem Aræsonium nihil aliud qvam novæ doctrinæ ludibrium & Palladii credulitatis contemtum efficere potuit. Sed hic, non tam *PALLADII*, qvam seculi, errorem deprehendimus, & qvod hanc de loco inferni in Hekla fabulam attinet, non solum ea, qvæ *Speculi Regalis* autor pag. 143. sqq. adfert, sed multo plura de hoc figmento ab exteris credito adferri possent, qvin & ipse Rex Christianus Tertius cum Gissuro Einari primo in Islandia Episcopo sacris purioribus addicto sermones serens, multa (ut hic scriptum reliqvit) curiosa plus qvam utilia de Hecla interrogavit. In *Collectione* præterea *Hymnorum* Edit. Havniæ 1677 per *Henricum Cassuben*, pag. 604, exilstit hymnus sub titulo: *Her efter fölger den gamle*

Lourmande

§. 42.

Sed hæc & omnia ſana conſilia Jonas non tantum neglexit, ſed penitus ſprevit & ludibrio habuit; hinc cognito Laurentium Mule, adjuvante Davide & Petro Einari, ut ſe capiat, & carceri tradat, in mandatis habere, non jam domi hoſtes exſpectare, & vim illatam propulſare, contentus, ſed eandem inferre paratus, collectis 400 aut 500 armatis, comitia adit (a), ipſe enim ducentis aut 300, & filiorum qvivis centum armatis ſtipati erant, tantusqve tum fuit eorum furor, ut Ormo Sturlæ filio Nomophylacis officium abrogatum irent, Arium vero Epiſcopi filium, qvi ante octennium eodem ſe abdicaverat, Præfecto Regio invito & ingratiis eidem intruderent (b); Arius vero, a Præfecto, ut annuam mercedem Toparchiæ Ejafiordenſis numeraret, monitus, furore percitus, nummos, qvos eum deglutire juſſit, tanto impetu ei in os conjecit, ut

Luurmands Affitenſang, hvor med hand dantzer ſine Börn til Seng, naar de haffue lenge nock udraſet i denne Verden. Cujus initium: *Træd ſacht her an, din Synd med Sorg beklage &c.* Verſus autem nonus hic eſt: " Dig hielper ey da den Ludtze " lette Laare, men hun maa gaa, alt med den ſtore Skare, til Heckenfeld, til Hec- " ken, til Hecken, til Heckenfeld, beſidde den mörke Vraa. " Sunt, qvi originem hujus ſuperſtitionis confuſioni nominum montis *Helgafell*, & Hecla, ſive *Heclafell*, adſcribunt, ſed minus recte, nam majores noſtri gentiles in multo plura loca ſe poſt mortem translatos iri ſperabant, qvam in montem Helgafell, vid. *Landnamabók* paſſim: & *Speculi Regalis* autor longe aliam rationem loc. ſupra cit. allegat, qvæ & veroſimillima videtur. Vid. *BARTHOLINI Antiqvitt. Dan.* pag. 356.

(a) De hac expeditione ita cecinit *OLAUS THOMÆUS:* " Til alþinges reid ſá alldrei " enn Iſlendingum meire, ad ei hefde hundrud tvenn, höllda búna geire, ſtundum " voru þau þriú; ſkrautlegann til eg þann fedga flock, ſyrn þad þætte nú; búin " var öll med bryniu og rock, bragna ſveiten ſú. " Id eſt: *Forum Generale Islandorum maximus nunqvam freqventavit, qvin ducentis & interdum trecentis armatorum ſtipatus eſſet. O ſplendidum Patris filiorumqve agmen! qvod hodie eſſet admirationi. Exercitus hicce lorica & clamyde inſtructus procedebat.* Et de Biorno: " Med " hundrad menn ad halurenn víkur, höllldar meiga þad frietta, til alþingis reck- " urenn ríkur, ræde eg allt af lietta um rauſnar þegnenn þann, tíad fólk í trauſta " ferd, tel eg ad hefde hann, hervopn gód med handſka og ſverd, hvör ſig prýdde " mann. " Hoc eſt: *Centum viris comitatus, ut rumor fuit, forum Generale viſitavit, Magnatum opulentiſſimus, libere loqvor de viro magnificentiſſimo; Cohortem armatam, manicatam & enſibus cinctam in hoc itinere habuit.*

(b) Vide Regis Epiſtolam ad Davidem ſcriptam, anno 1550.

ut ſangvis ex naribus haud parce proflueret (a), de qvo Epiſcopi aſſeclæ, ut facto qvodam heroico, haud parum gloriantur, laudibusqve id extollunt; Præfectus autem tanta affectus injuria, licet haud paucos armatos ad manus haberet, ne hiſcere qvidem auſus eſt, ſecus enim ab adſtante armatorum multitudine, ad Arii nutum cuivis facinori paratiſſima, peſſime mulctatus aut occiſus fuiſſet.

§. 43.

Aræſonius interim Martinum captivum circumducens, & ſpectaculo proponens, ſe pro unico vero & legitimo Papali auctoritate conſtituto Skalholtinæ diœceſeos Inſpectore geſſit, qvod hic in Generalibus Comitiis, ad qvæ maxima & optima incolarum pars confluxerat, publice confirmari geſtiens, per 12 Clericorum collegium ab ipſo delegatum (plures enim ut ei in hac re operam navarent inducere non potuiſſe videtur) non obſtante qvod a Rege ignominioſe exauctoratus & pluries proſcriptus fuerat, a Præfecto Regio, Nomophylace & prioris anni comitialibus Pedariis extorris & carcere dignus judicatus, tandemqve ab ejusdem anni freqventiſſimæ diœceſeos Generali Synodo legitima, præſidente Epiſcopo omnia ejusdem intra ipſius pomæria acta & judicia irrita & abrogata fuerant, decerni & proclamari curat, fuiſſe & haberi

(a) Vide filiorum Epiſcopi Epiſtolam ad Cancellarium Joh. Friis, datam die Laurentii 1550, præterea *OLAI THOMÆI Carmen:* " Til alþinges en þá reid, eyder blárra ſkiallda,
" í lögrettu lagde leid, letſt þar munde giallda, dalena danſkre drótt; kaſtade ſylfre
" kappenn dýr, þad kom á naſernar fliótt, hirdſtiórans, ſá hrínga týr, hvörge fór
" þá ódt. Et þú þad nú örva þundur, Are nam hátt ad greina. Hinn ried ſkielf-
" aſt hrínga lundur, þó hefde marga ſveina og hiellde hnífum á, eingenn þorde
" orded eitt, aptur ad giallda þá, annars hefde lífed leidt, láted búknum frá.
" Hundrud þriú og her med hálft, höllda ſtód í kranſe, á eyrenne fyrer ofan, ſiálft,
" öllu var búenn vanſe, Ara óvinum þá; búner aller biörtum geir, ef brydde illu á,
" ſkylldu aller ſkatnar þeir, ſkeinu í hauſenn fá. " ɔ: *Comitia adhuc, cæruleorum ſcutorum ſpoliator adit, in Senatum veniens, ſimulabat ſe nummos Danis ſoluturum; Athleta fortiſſimus in ora Præfecto argentum projecit, hic autem moderate ſe tunc geſſit. Devora hoc ſagittari! clamavit Arius; Alter vero, qvanqvam potis eſſet numero famulorum gladiatorum, valde timuit, nemo verbum regerere auſus, alias morti miſeræ proximi fuiſſent. Trecenti cum ſemiſſe virorum ſuperius in crepidine conglomerati erant. Hoſtibus Arii ſingulis tunc temporis armati periculum minabantur, qvibus diſſidium incipientibus certa erant vulnera infligenda.*

haberi debere eum Papalis mandati auctoritate, Ecclesiarum dioeceseos Skalholtinæ Episcopali præditum imperio, unicum Inspectorem, donec a Papa alius constituatur, qvi autem recusent, qvin perfecta auctoritate hoc officium administret, pœnis Ecclesiasticæ perduellioni condignis plectendos esse; & ut ostenderet se, non tantum polypragmosynes reorum exauctorationem, sed etiam qvæ eorum erant, lucrari velle, per idem hocce duodecimvirale Collegium, eorum bona, ut & pro impensarum reparatione ordinarios cathedræ reditus sibi adjudicari curavit; Qvo pacto, perinde ac in judicio Thingeyrensi 1549, Papalem stabilivit auctoritatem, Regiam vero, qvæ Martino Episcopalem dignitatem contulerat, qvam si non aperte & conceptis verbis, tacite tamen & per conseqventiam, exauctoravit, penitus sprevit & conculcavit; sibi vero in ejus & omnium, tam ab ipso Rege, qvam ab eo Ecclesiæ Ministerio præpositorum, bona & facultates, ut & ipsius cathedræ reditus jus & dominium adscivit (a).

§. 44.

His lætus successibus, scilicet qvod Regium Præfectum tam ignominiose tractatum profligaverat, Episcopum & Nomophylacem a Rege constitutos exauctoraverat, illiqve se ipsum, huic autem filium substituerat, cum universis copiis Martinum vinctum, qvasi in triumphum ducens, Skalholtum proficiscitur, fixis in eodem, ac ante biennium, loco tentoriis, per caduceatorem deditionem imperat, qvam Jonas Biarni cathedræ Qvæstor, trecentorum plus minus armatorum præsidio confidens, penitus rejecit, nec, licet Præsul, se Martinum Episcopum in prima aciei fronte collocatum pilis missibilibus & maximis qvibusvis periculis objecturum minaretur, ab incepto dimoveri potuerunt, usqvedum ipse Martinus, de se, ni obsessi se submitterent, actum esse timens, scripto deditionem imperavit (b), cujus imperio Qvæstor obtemperandum

---

(a) Hanc sententiam exhibet Illustriss. *HARBOE Afhandling om Reformationen i Island*, in *Kiöbenhavnske Selskabs Skrifter* Tom. 7. pag. 56.

(b) Vide Theodori Martini Epistolam, dicentem: *Si ei qvisqvam se opposuisset, tum Patri meo mortem minabatur.*

perandum ratus, a defensione subinvitus destitit, cumqve uterqve Episcopus in Episcopali atrio, unacum utriusqve partis Primoribus consedissent, claves sibi concreditas Martino coram omnibus tradidit, seqve officio abdicavit; cujus constantia & fide Aræsonius delectatus esse videtur, nam Skalholto discedens, ipsi Qværstoris officium denuo mandavit. Primum qvod Skalholti effecit, fuit templi lustratio, qvod non tantum ob ceremonias & doctrinam Reformatæ Religionis ibi traditam, sed maxime ob Gissuri Episcopi sepulturam profanatum esse censuit, Gissuri itaqve corpus exhumari, & sacco inclusum extra cœmeterium in foveam qvandam conjici curavit, & ne ipse fundus, in qvo beati viri reliqviæ jacuerunt, hujus lustrationis expers esset, affatim aqvæ consecratæ sepulcro infudit; Ipsius autem templi lustrationem perfecit, adhibitis omnibus, qvæ in tali actu a Romano-Catholicis observari solent, ceremoniis, hymnorum & antiphonarum concentu, processionibus, circuitionibus, aqvæ consecratæ aspersione, crucium signatione, imprimis autem virga, parietes, altaria, & qvicqvid obvium fuit, ut hoc modo mali genii inde expellerentur, probe pulsavit, qvæ in conspectu octingentorum plus minus mortalium patrata, immensam lætitiam apud horum rituum antiqvos admiratores excitarunt (a). Lustrato hoc modo ipso templo & omnibus ejus ornamentis & instrumentis, alias peregit officii partes, infantum confirmationes & sacerdotum ordinationes, qvorum hac vice qvatuor indoctos & ex infima plebe in sacrum ordinem cooptavit, qvorum unus fuit Jonas Gisli filius, vocatus *Mariulause*, id est, sine Maria, tantæ ignorantiæ & stupiditatis, ut nihil de Maria sciret, qvi Holis in culina coqvo subservierat, qvos omnes Skalholti reliqvit. Ibidem freqventem habuit conventum, in qvo Acta Synodi Thingvallensis confirmavit, sententias dixit, judicia & Constitutiones fecit, Magistratus Ecclesiasticos seu novos Officiarios constituit, & omnia ex proprio lubitu ordinavit. Martinum, cujus omnia bona sibi vindicavit, haudqvaqvam ut sui aut filii Vicarium (b), sed ut, si non in vinculis & carcere in-

---

(a) Vide supra Per. 2. Sect. 2. cap. 1. §. 48. pag. 171.

(b) Eorum conjecturam, qvi dicunt (sed sine sufficienti ratione aut probatione) Martinum, Jonæ fidelitatis juramentum solvisse, ideoqve eum Skalholti ut ipsius Vicarium relictum fuisse, nobis parum probabilis videtur; Nam, qvam difficile creditu est, Martinum

inclusum, tamen captivum aut liberiore custodia omnium rerum indigum buccellarium ibidem reliqvit. Inde discedens, gloriatus esse fertur, universam se jam Islandiam sub jugum misisse, præter sesqvi Rustici filium (a).

§. 45.

Licet Skalholtinæ diœceseos subigendæ & Carhedræ potiundæ mandatum Papæ & catholicæ Religionis amorem ut unicam causam subjiceret, nihilo minus proprium lucrum & amor qvævis habendi subtus latuit, qvod hic etiam ostendit, nam in mediis pietatis exercitiis, sacerdotibus qvibusdam, antiqvam de Biarnaneso litem examinandam & dirimendam tradidit. Qvibus etsi inter eos essent totius diœceseos Clericorum cordatissimi, eiqve parum faventes, Snorro Hialmi, Brynjolfus Haldori, Arnas Arnori & Jons Biarni, seqventibus os sublevit coloribus: 1) Qvod Teitus exul factus nec emendi nec vendendi potestatem habuerit. 2) Qvod Rex sibi hoc prædium cesserit, & secundum se anno 1545 in ea causa pronuntiaverit. (3) Qvodqve Martinus Episcopus hoc anno die Circumcisionis Ario hoc prædium ut Episcopus Skalhol-

tinum tale fecisse jusjurandum, tam improbabile est, Jonam ei tale officium credidisse; &, qvid Judæo cum verre, aut Martino Reformatam professo Religionem cum Catholica, qvam dudum abjuraverat? Nec talis apostata mortuo Jona, ad officium Episcopale admissus fuisset. Qvi Martinum Aræsonii Officialem fuisse dicunt, non attendunt verba Christiani Scribæ infra §. 54. aut etiam non observant Thorleifum Erici filium, Pastorem Melensem hoc tempore ejus Officialem fuisse, ut ex judicio Thingvallensi constat, vide supra §. 43.

(a) Qvos per *hálfann annann Kotúngsson* (sed non *Bóndason* ut qvidam scribunt, *kotúngur* enim significat vilem Rusticum, qvi parvam & conductitiam incolit villulam, *Bónde* autem virum divitem & potentem) qvos, inqvam, hoc loqvendi modo indigitaverit, variant interpretes. Per semi-Rustici filium omnes intelligunt Davidem, utpote rustici, seu laici non potentis filium, qvem per contemtum vocavit *Hálfkotúng*, semi-Rusticum; Sed per integrum illum *Kotungsson* qvidam intelligunt Thorleifum Pauli, qvidam Paulum Vigfusi, qvidam vero Petrum Einari Martini fratrem; Sed cum Thorleifus Pauli, vir mitis ingenii, ipsius furori statim cesserit, & se officio abdicaverit, sed Paulo Vigfusi nullæ unqvam cum eo inimicitiæ intercesserint, verosimillimum est, Petrum hic intelligi debere, qvi semper ei adversarius fuit, qvi a Rege in mandatis habuit eum comprehendere, qviqve hoc anno ejus injuriam qvesturus in Daniam trajecerat.

Skalholtinus emancipaverit, cujus cessionis vi & autoritate Arius hic causam egit, & ut suum peculium Biarnanesum sibi vindicavit, qvibus persvasi rationibus, vel etiam minis territi, Judices, licet omnia aut colorata, & plane illegitima esse probe scirent, cum adversæ parti nec dies dictus esset, nullusqve ejus Procurator adesset, ex Præsulis tamen voluntate causam secarunt, Ario Biarnanesum adjudicando (a), qvod præcipue fecisse videntur respectu coactæ cessionis a Martino illi factæ. Hvammense vero prædium, qvod Skalholtinæ cathedræ addixerunt, ejus antea fuit. sed verbo tantum hic inseritur, ne Præsul hancce cathedram, cujus curatorem se profitebatur, exspoliare velle videretur, & hæc etiam subfuit causa, qvod tale judicium a Skalholtensis Curiæ optimatibus exerceri

---

(a) *Omnibus has literas visuris seu audituris, Brynjolfus Haldori, Snorro Hialmi, Arnas Arnoris, Freysteinus Grimi, Officiales, Jonas Biarni redituum Cathedræ Procurator, Ejolfus Grimi Pastor Cathedralis, Oddus Haldori, Gudmundus Jonæ, Ericus Grimi, Thordus Pauli, Stephanus Hallkeli & Olavus Semingi diœceseos Skalholtensis Pastores, divinam suamqve salutem! Notum facientes, qvod sub anno gratiæ 1550 die Veneris Visitationem Mariæ proxime inseqvente, Skalholti in paræcia Biscupstungensi, a dignissimo Domino Jona Episcopo Holensi & legitimo diœceseos Skalholtensis Administratore, judices denominati fuerimus ad controversiam de prædio Biarnanes in tractu Hornafiordensi cum peculio & pecunia eodem pertinente, incidentem, utpote qvod Teitus Thorleifi filius Episcopo Ogmundo pro prædio Hvammi in tribu Hvammensi cum pertinente peculio & pecunia rependerat &c. dispiciendam, examinandam & absoluta sententia dijudicandam. Publicavit ibidem Arius Jonæ filius coram nobis regias literas, Assessorum Judicialium decreta & Nomophylacum sententias ita sonantes, qvod Teitus Thorleifi filius exul fuerit eo tempore, qvo prædictum emtionis contractum cum Episcopo Ogmundo inierat. Protulit etiam laudatus Arius Jonæ filius emtionis instrumentum atqve qvittantias, qveis probare nititur hoc prædium Biarnanes sui juris esse. Invocato itaqve nomine Dei, causaqve, prout nobis demonstrata fuerat, examinata, judicavimus, qvod laudato Ario Jonæ libere liceret prædictum fundum Biarnanes, cum pertinente pecunia & peculio in tractu Hornfiordensi, qvod Episcopus Ogmundus de Teito Thorleifi filio emerat, sub sua potestate tenere; Cathedra vero Skalholtensis ejusqve Procuratores obtinerent, libereqve reciperent prædium Hvammi in tribu Hvammensi cum omni peculio mobili & immobili, qvod Episcopus Ogmundus sæpius memorato Teito pro fundo Biarnanesensi rependerat. Nobis enim visum est, Teito, postqvam exilii pœnam meruerat, nullum emtionis contractum inire licuisse, prout duodecim illud Assessorum judicialium decretum, Regiaqve sententia, suffragantibus Nomophylacum statutis, hac de re pronuntiatis, declarant. Approbavit hanc sententiam nobiscum Episcopus Jonas, suumqve sigillum una cum prædictorum sacerdotum sigillis his literis appendit, datis eodem loco die & anno, ut supra.*

ceri voluit, ſcilicet, ne eum id per ſuos, ſeu Holanos ſibi in omnibus devotos, & alienæ Cathedræ opibus inhiantes, effeciſſe dici poſſet, omnia enim, qvæ fecit, juris qvodam aut pietatis velamine obtexit, licet multa eorum revera impia eſſent & injuſta.

§. 46.

Cum ſeptem circiter dies Skalholti manſiſſent, inde magna pompa & triumphantes Videyam tendunt. Amœniſſimum hocce cœnobium Rex anno 1539 Claudio Mervitzio, ea conditione, ut Abbatem & Monachos ad dies vitæ ſuſtentaret, contulerat. Sed Mervitzius homo neqvam, per Myndenſem, ſui ſimilem, Abbatem & Monachos vi inde ejecit & eorum bona diripuit, qvod inter Ogmundum Epiſcopum & Myndenſem ultima diſſidii, & ſi non proxima, tamen non minima cædis Myndenſis cauſa exſtitit. Qvam cœnobii direptionem & Abbatis ac Monachorum profligationem audiens Aræſonius, pro ſolito poëtandi more carmen fuderat (a), ex qvo intelligi poteſt eum talia non impuné fore laturum, ſi commoda daretur occaſio. Jam itaqve Skalholtinæ Diœceſos præfectura aucti, & ingenti exercitu ſuffulti, priſtinæ Monaſterii direptionis cor ita effodit, ut eodem iter verteret, factoqve in Regium Præfectum Laurentium Mule, qvi ibidem præſens fuiſſe perhibetur, & ejus ſatellitium, impetu, eosdem parvo negotio fudit, fugavit, & in naves perſecutus eſt, qvi conflictus ei etiam poëma elicuit (b). Hic, ut alibi, templum & Monaſterium Papiſtico more luſtravit, omniaqve ad antiqvam conſvetudinem reformavit, revocato Alexio Abbate & nonnullis Monachis, qvibus omnia cœnobii bona tradidit.

§. 47.

Videya per Toparchiam Kialneſenſem & Borgfiordenſem iter faciens, pro more Epiſcopalia peregit munia; Snæfellsneſenſem autem ingredi-

(a) " Sunnan ad ſegia menn, Sund-Clauſturhalldlauſt, Þýdſker giöra þar raſk, þeige " gott í Videy; Öllden hefur ómilld, Ala bruggad vondt kál, under er ef Iſland, " ecke borgar þánn hveck." Id eſt: *Referunt auſtrini monaſterium Fretorum vix teneri poſſe; Ibidem, in Videya Germani male ruunt, qvi crudeliter Alexio inſidias ſtruunt: Mirum, ſi Iſlandia tale facinus non recompenſaverit.*

(b) Vid. Summe Vener. *HARBOE Afhandling* loc. cit. pag. 50.

ingrediens, obviam habuit villam Snorrastadas, peculium & habitaculum Brandi Einari filii, Martini Episcopi fratris, viri qvieti & villicatione se suosqve sustentantis, qvem omnino insontem, tantum ea de causa, qvod fuit frater Martini, male mulctasset, ni stratagemate & astu qvodam, ut & uxoris lacrymis & precibus, destinatis sibi malis ereptus fuisset. Helgafellense deinde cœnobium ingrediens, qvod a morte Hallthoris Abbatis penes Regios fuerat, & nunc, ut qvidam volunt, a Davide Gudmundi tenebatur, eodem modo ac Videyæ lustravit, & Narfo cuidam decrepito seni, qvi anno 1509, ejusdem monasterii Abbas factus, officium dudum deposuerat, idem restituit. Huc ad se arcessivit Ormum Nomophylacem, eumqve, aut blandimentis, aut minis, induxit, ut certum diem constitueret, qvo Saudafelli de suis cum Davide controversiis jus diceret, seu sui ipsius Acta Hvammensia, qvibus Davidem absolverat, sufflaminaret, sed Episcopi, qvi Davidem condemnaverat, confirmaret, ut ex ipsius Ormi confessione suo loco (a) exhibenda patet. His factis, domum reversus esse videtur. Sed qvid potissimum obstiterit, qvod Davidem hac vice non adorsus est (b), cum Helgafello Holas tendenti,

---

(a) Vid. infra §. 52.

(b) Haudqvaqvam audiendi sunt *JONAS EGILLI*, *BIORN* de *Skardsaa*, aliiqve magno numero, qvi magnopere fallunt & falluntur, dicentes Episcopum hac vice in Davidem impetum fecisse, & ab eo captum fuisse, ut ex seqventibus patebit. Nec consensum merentur, qvi utramqve hanc expeditionem, Videyensem scilicet & Helgafellensem in dubium vocant, ei innixi fundamento, qvod Præsul nec vivus a Christiano Scriba, nec mortuus ab Oddeyrensibus talium insimulatus fuerit, inter qvos est Celeberr. *A. MAGNÆUS*, qvod pace summi viri & salvo ejus honore dictum esse volo. Rationes autem, qvæ me ad hoc scribendum inducunt, sunt: (α) Qvod nec exhumatio Gissuri Episcopi, nec captivitas Arnæ Arnoris filii, non excommunicatio Gislai Jonæ, non obsessio & occupatio cathedræ Skalholtensis, & permulta alia ab Oddeyrensibus aut Christiano nominata fuerint, qvæ tamen nihilo secius vera sunt. (β) Cum Jonas Arii ad mortem usqve, & qvidem contra edicta Regis & voluntatem retinuerit Monasteria in diœcesi Holana, non opus erat in specie eum occupationis Helgafellensis & Videyensis accusare, sufficit qvod Christianus Scriba ejus rei meminit in accusatione. *Contemserunt*, inqvit, *& nihili fecerunt Regiæ Majestatis constitutiones & Collationes Cœnobiorum & Beneficiorum & suæ potestatis fecerunt Cœnobia, prædia &c.* (γ) Siqvam fidem meretur Ormus Sturlæsonius, certe Jonas Episcopus & Arius ejus filius fuerunt Helgafelli anno 1550, ibi enim de expeditione Saudafellensi cum Ormo consultarunt, sed qvæ tanti tamqve laboriosi itineris alia potuit

denti, necessario per Davidis villam Snoksdal transeundum esset, nobis non innotuit; Verisimile est, prægnantem aliqvam & magni ponderis causam eum a tali incepto impedivisse aut deterruisse.

§. 48.

Anteqvam Helgafello discessit Præsul, Ormum Sturlæsonium acciverat, verbo, forte & specie, ut controversias qvasdam inter se componerent, qvarum præcipua inter Præsulem & Ormum fuit de Cœnobio Munkathveraaënsi, qvod Rex Ormo concesserat (a), sed obstante Episcopi

---

tuit esse causa, qvam monasterii occupatio, ejusqve lustratio? (d) Hæc occupatio non diu duravit, ideoqve non magni momenti habita fuit, nam antiqvos illos Abbates, qvos invitos fere Monasteriis præposuerat, statim post ejus mortem eadem deseruisse, valde est verisimile.

(a) Munkathveraaënse Cœnobium Ormo a Rege, vel hoc anno, vel qvod credibilius, dudum concessum fuisse, patet ex judicio qvodam Spialdhagæ in tractu Ejafiord, mortuo jam Episcopo, anno 1551 festo Ambrosii ɔ: 4 Aprilis habito, qvod hujus est tenoris: *Omnibus bonis viris has literas visuris seu audituris Nos Thorleifus Grimi Colonus* (Bonde), *Hallus Egilli, Teitus Magni, Thordus Thorgrimi, Asgrimus Jonæ, Thorvaldus Magni, Jonas Jonæ, Snorro Halli, Helgius Sveni, Biornus Jonæ, Halfdanus Einari, Arnas Gunnari, salutem Dei cum nostra mittimus. Notum facientes, qvod anno a nativitate Salvatoris MDLI in prædio Tractus Eyafiordensis Spialdbagà, in Conventu trium Curiarum judiciario, qvem Ormus Nomophylax die lunæ septimanam Paschatos inseqvente constituerat, ad perpendendum & examinandum qvam vim vel robur, literæ Regiæ, qvas ipse ibidem publice recitari curavit, haberent, qvæ eo pertinebant, idqve continebant, qvod Dominus meus Rex Cœnobium Munchathveraaënse illi tamdiu concessisset, qvamdiu Regia gratia id non repeteret. Ita etiam judicio nostro se sistebant viri, qvi Regis literas cum appenso sigillo viderant, ad verbum ita sonantes, prout illæ literæ, qvæ coram nobis recitatæ sunt, tales literas domi in sede primaria laudati Ormi Nomophylacis reservari dicentes. Eodem porro judicio Nos prædicti Judices decrevimus, ut Ormus Nomophylax easdem literas, qvibus ipsi jus & potestas in Cœnobium Munkathveraaënse esset concessa, ab ipso Rege in præsentia proborum virorum sibi traditas esse, expresso juramento confirmaret; Qvod ille juramentum nobis judicibus aliisqve bonis viris præsentibus in conventu hoc judiciali statim præstitit, Thorleifo Monarchiæ Eyafiordensis Præfecto Jurisjurandi formulam ipsi prælegente. Ipso igitur Deo invocato, Nos memorati Judices literas Regias in omnibus suis punctis & Articulis, qvos continent, autenticas atqve firmas, lata sententia, pronuntiavimus. Approbavit hoc judicium prædictus Ormus Sturlæ filius Nomophylax, suumqve*

ſcopi potentia & autoritate, qvi Abbati Thomæ Erici filio idem jam tenenti patrocinabatur, voti compos fieri non potuit; peſſime etiam Epiſcopum habuit, qvod Ormus judicio Hvammenſi anno 1548 Davidi ſecuritatem addixerat, eoqve ejus acta Hvammenſia non parum infregerat. Cum Ario autem litigium ei fuit, de venditione prædii Saudafell qvod Arius Ormum, contra datam fidem, Davidi emancipaſſe dixit; ut & de Nomophylacis officio, qvod tum Ormus gerebat, ſed Arius jam poſtliminio affectavit, qvarum ambagum ſeries (nam non parum lucis præſenti materiæ adfert) ab ovo ut loqvi amant, repetenda eſt; Inceperunt autem anno 1525, qvo Præſul ſuis conſiliis, vi & calliditate effecit, ut Nomophylacis officium Teito Thorleifi ablatum in generum ſuum Rafnum Brandi transferretur, qvo anno 1529 occiſo, plurimi magnatum id e familia imperioſi Præſulis in virum qvendam modeſtum, virtute & fide notum, ut & patriæ commodis invigilantem, conferre voluerunt, eiqve deſtinarunt Thorleifum Pauli filium, ſed vicerunt tricæ & vis Epiſcopi, ut poſthabito Thorleifo, Epiſcopi filius Arius, ætate juvenis, in Comitiis generalibus 1530 eligeretur, qvam injuriam licet Thorleifus patienter ferret, rivalis tamen ejusqve cognatorum odium vitare non potuit. Anno autem 1541 audito Hvitfeldii in Islandiam adventu & Ogmundi Epiſcopi captivitate, ſibi malum ab eo ominantes, tam pater qvam filius Kalmanstungæ iter ad Comitia ſtiterunt, Ariusqve literas, qvibus officio renuntiavit, ibidem datas biduo ante Petri & Pauli in forum univerſale transmiſit, qvas pleriqve imperii eorum pertæſi & futura timentes haud gravatim acceperunt, Thorleifumqve Pauli filium denuo eligere voluerunt, illo autem onus & honorem recuſante, autoritate tandem Hvitfeldii, qvi cauſam delegatorum judicum deciſioni commiſit, factum eſt, ut Thorleifus id ſuſciperet, ea tamen adhibita conditione, ut ſibi David Gudmundi filius adjungeretur, cujus ope in caſibus arduis uti poſſet, utqve ſibi, qvando libitum foret, officio abire liceret. Qvibus utrobiqve ſtipulatis conditionibus, ad annum usqve 1547 officio functus eſt, qvo Jonæ Epiſcopi violentæ actiones increbeſcere cœperunt, ut ejus itaqve ſe odio & furori ſubtraheret, vi & beneficio

---

ſuumqve ſigillum unacum noſtris ſigillis his literis judiciariis appendit, datis Mödruvallis in Eyafiordo, die Mercurii proximo poſt Ambroſii Epiſcopi & Confeſſoris, Anno ut ſupra &c.

ficio mox memoratæ ſtipulationis officio abire, idqve in Davidem transferre cogitavit (a), qvod initio non procul a Davidis voluntate fuiſſe videtur, ſed re melius penſitata, onus ſubire noluit, appropinqvanteqve Comitiorum tempore, domi ſe continuit, & valetudinem cauſſans, eadem adire aut noluit, aut non potuit (b). Qvo cognito, Thorleifus, ne officii

---

(a) Abdicatio Thorleifi hujus eſt tenoris: *Ego Thorleifus Pauli, Borealis & Occidentalis Islandiæ Nomophylax, hiſce patentibus probis hominibus notum facio, qvod, cum tantum virium decrementum ſentire & agnoſcere mihi videar, ut non ulterius rite exſeqvi' qveam illud officium Nomophylacis, qvod obeundum ſuſcepi ex decreto Aſſeſſorum fori generalis, nec non Chriſtophori Huitfeldii tunc temporis totius Islandiæ Præfecti petito & poſtulato, conſentiente Domino meo Domino Gitzero Einaris filio, populoqve id temporis in foro generali conſtituto, qvod tamen officium non ulterius aut diutius adminiſtrandum ſubivi, qvam eidem obeundo parem me agnoſcerem; His & pluribus rationibus adductus, cognatum meum Davidem Gudmundi filium, illarum qvartarum, Borealis puta & Occidentalis Islandiæ, qvibus ego Nomophylax præfectus eram, juxta electionem & fori generalis concluſum, qvo laudatus David deſignatus Nomophylax fuerat, conſentiente ſupra memorato Chriſtophoro Huitfeldio, qvatenus mihi per leges maxime licuerit, nec clementiſſimi Domini mei & Regis conſenſui & voluntati repugnaverit, Nomophylacem eligo & deſigno, neminem enim in his Qvartis huic officio magis idoneum (prout habet prædictum judicium) agnoſco. Hinc etiam ſæpius memorato Davidi Gudmundi filio conceſſi, demandavi, & plenam autoritatem dedi, conventus indicere, judices deſignare, cauſas cognoſcere, jus dicere, æqva poteſtate atqve egomet ipſe hac æſtate in foro generali, qvoad Diploma Regium in hujus electionis confirmationem a Clementiſſimo meo Domino Rege acqvirere potuerit. Hæc feci & ſcripſi præſentibus Erico Gudmundi filio, Sigurdo Oddi filio, Biorno Jonæ filio, Magno Sigurdi, Erico Oddi & Jona Sigurdi. Et in hujus rei verum teſtimonium his electionis & conceſſæ autoritatis literis meum ſigillum una cum prædictorum virorum ſigillis appono, datis Asgardi in Parœcia Hvammenſi, die Saturni proximo poſt feſtum Corporis Chriſti, anno Domini M.D.XLVII.*

(b) In literis ad Iſlandiæ Præfectum Laurentium Mule, datis Snoxdali die Martis ante feſtum Bartholomæi 1547, ita ſcribit: *Cum his mitto exſcriptum judicii, de Nomophylacis electione, promulgatum, cum Chriſtophorus Huitfeldius Islandiæ præfecturam gereret Unaqve cum hoc mitto diploma Thorleifi Paulini, qvod mihi cum bonorum hominum conſenſu, qvi tum præſentes fuerunt, impertivit, ſimulqve, dilecte Laurenti Mule, vobis notum facio, qvod hac æſtate in Comitiis propter corporis debilitatem comparere non potui, neqve huic officio ob autoritatis & ſapientiæ defectum me parem agnovi, reqvirit enim vis & injuria, qvæ aliqvot annis hic graſſatæ ſunt, ut qvi Dei voluntate & Domini*

cii partes negligerentur, aut æmulis calumniæ materia subministraretur, ipse forum adiisse & judiciis præsedisse videtur. Episcopus autem ubi id ei innotuit, talem honorem & potentiam in Davidem sibi alias invisum devolvi indignatus, incepto resistere & omnibus viribus obviam ire cogitavit, Thorleifumqve, ut ad mentis mutationem & ad officium filio suo Ario cedendum cogeret, comprehendere voluit, hocqve anno domi suæ hostiliter impetivit, sed frustra (vide §. 29.) simile qvid Davidi paratum etiam erat, sed simili eventu (§. 25). Hinc anno seqvente magna stipatus armatorum multitudine generale forum adiit; omnesqve nervos in id intendisse videtur ut Arius denuo eligeretur, sed obsistere non potuit, qvin Ormo Sturlæsonio, cum David id non affectaret, Nomophylacis officium demandaretur, num autem Arius hoc anno 1550 in Nomophylacis sedem, extruso Ormo, se ingesserit, tam incertum est, (licet ad id credendum proniores simus, cum ejus facti in literis datis 1551 Rex primo mentionem faciat) qvam certum, qvod legitimus Nomophylax post annum 1541 nunqvam fuerit, nec unqvam ipse (qvantum nobis innotuit) hunc characterem sibi ab eo tempore arrogavit, utroqve autem anno Præsul cum suis filiis haud parvo cincti exercitu Comitiis adfuerunt, omniaqve fere, præsertim anno 1550 ad suum nutum dirigebant. Qvæ molimina sine dubio sunt, qvorum Rex in Rescripto anno 1551 edito eum accusat, qvod abacto legitimo Nomophylace, filium suum in ejus locum intruserit. Has, sed verbo tantum, ut componerent lites, Helgafelli congressi sunt, revera autem Ormum acciverant, ut aut minis, aut etiam pollicitationibus, de cedendo ipsi monasterio Munkathveraaënsi inducerent, & ut tanqvam Toparcha Thornesthingensis & ejusdem tractus Nomophylax diem juri dicendo de causis Davidianis Saudafelli constitueret, qvo suimet acta pro tribunali sedens rescinderet, Præsulis autem judicium Hvammense de Davidis captivitate & bonorum publicatione exsecutioni mandaret, tandemqve ipsos a Rege proscriptos securos & insontes publice proclamaret, ut ex ipsius Ormi confessione paulo post §. 52. adducenda abunde patet. Qvibus tam callide instructis technis Davidem capi posse Episcopus præsumserat.

§. 49.

Domini mei Regis mandato Nomophylacis officium jam suscipit, autoritate, sapientia & prudentia polleat. Faxit Deus, ut is tandem hanc Stationem obtineat, qvi patriæ & populo est utilis, Regi vero, prout decet, fidus & obseqvens.

§. 49.

Ex victoriosa illa expeditione redux, reputare cœpit, qvid fecerat & qvid moliatur, cumqve prævideret sibi ut perjuro & perduelli Regem aut Regni Senatum fidem non habiturum, per filios itaqve Regni Cancellarium tentare statuit, numne Episcopatus Skalholtinus venalis esset, si semet ejus licitatores profiterentur; Per eosdem etiam omnes suos adversarios diffamare, denigrare, & mendacissimis calumniis obruere instituens, ad Regni Cancellarium scribi curat Epistolam (a), in qva vix una est linea, qvæ non aliqvid calumniæ & mendacii contineat. 1) Qvam qvæso injuriam aut scelus fecerat Martinus, vir probus & innocuus? certe nullam, ideoqve ille non fuit malorum causa, sed ipsi eorundem fax & tuba fuerunt, ut ex dictis patet. 2) Judicium, qvod hic nominant, sine dubio est, judicium Thingeyrense, de qvo supra §. 36. 3) Martinum nec fuisse falsarium, nec volentem officium Episcopale suscepisse, supra ostensum est; Falsissimum etiam est, eorum bona rapuisse & patri eorum insidiatum esse; Nec ullam habet veritatis speciem, qvod de Laurentio Mule eiqve datis muneribus fabulantur, sed qvod eorum Acta examinari, & ut injusta abrogari, curaverat, verum est, qvod ratione officii facere, & potuit, & debuit. 4) Qvod de Laurentii Mule avaritia produnt, non liqvet qvo nititur fundamento; Ipsi autem maxime infensi fuerunt ob judicium Comitiale, qvod anno 1549 promulgari curavit, de qvo §. 33. Qvod autem de ejus negligentia in exeqvendis judiciis qvibusdam qverantur, sine dubio intelligendum est de judicio Hvammensi, contra Davidem promulgato, vide § 30. 5) Præfectum Regium in summo vitæ periculo constitutum fuisse, tam in Comitiis, qvam Videyæ, ipsis eum perseqventibus, supra ostensum est, qvod ipsos hic profiteri non pudet 6) Judicium Comitiale de Laurentii avaritia, qvod citant, si aliqvod unqvam exstitit, sine dubio hoc anno ab ipso Ario factum esse, circumstantiæ svadent. 7. 8. 9) Petrus Einari, Brynjolfsus Jonæ, Olaus Hialti, & Gunnlaugus Arnæ, qvi & qvales fuerint, ex Periodo seqventi, ubi pluribus de iis agetur, patebit, qvæ si cum his conferantur, manifestæ calumniæ scriptores rei fiunt. Mirandum sane, qvod Gislaum Jonæ his non annumerent, qvi hoc anno ab ipsis

(a) Vid. infra ad finem Capitis Litr. H.

profligatus ad exteros abiit; sed nescierunt forte eum jam enavigasse, qvod si verum est, seqvitur, ultimam in eum persecutionem a Biörno factam esse inter 10 Augusti & festum Michaëlis, qvod verisimilitudine non caret. 10) Hæc omnia dicunt tam vera esse, ut ea coram Deo & hominibus profiteri ac tueri velint. O! nefandam impietatem & impudentem temeritatem! 11) Dicunt, se Regi fidos esse; Evolvatur historia & probe examinetur, & mox, qvalis eorum fides & obedientia fuerit, apparebit. 12 Dicunt, se amare Evangelium, pro ut Rex id docere jusserat Qvare ergo Evangelii confessores persecuti sunt & Regiam Ordinationem rejecerunt? 13 Præmissa adversariorum denigratione, & de sua fide Dei & hominum contestatione, tandem rem acu tangunt, ut Episcopus in Comitiis denominetur, qvi Regio Præfecto homagium solvat, (ɔ: Martini vocatio revocetur, sed Biornus, adnitente patre & adstante armato exercitu, eligatur, & aut nullum, aut qvale ipsi placuit jusjurandum dicat). 14) Petunt, ut antiqvis legibus Norvegicis contineantur, id est *Ordinatio* & *Edicta Regia* abrogentur, sed antiqvum *Jus Ecclesiasticum* & *Transactio* Magni Regis cum Jona Archiepiscopo confirmetur, qvæ Regibus omnem fere autoritatem & Jurisdictionem abrogat. 15) Nummos aut munera Cancellario offerunt, sed citius Herculi clavam extorsissent, qvam Joh. Frisii fidem & pietatem muneribus expugnassent. Ut verbo dicam: tantæ impudentiæ, temeritatis & stultitiæ est hæc epistola, ut helleboro opus habuisse videantur.

§. 50.

Tandem sub ipsum Michaëlis festum, qvasi occulto rerum fato aut Nemesi qvadam in propriam actus perniciem, Davidem penitus eversurus, & bona ejus per Ormum Sturlæum publicaturus. ultimam in eum suscepit expeditionem, sed solito minore apparatu & satellitum multitudine, nam præter filios, nonaginta tantum armatos duxit, supplementa qvippe & auxilia ex proximis Skalholtinæ diœceseos provinciis, prout visum foret, coacturus, qvæ neminem sibi denegaturum esse sperabat, cujus mox egregium Borgfiordenses dedere documentum; nam Jonas Jonæ Prætor Borgfiordensis, & Freysteinus Grimi Pastor Stafholtensis, cum 30 aut 40 viris se ei statim associarunt; sed ut eventus docuit, magis, ut copiarum numerum augerent, qvam qvod cum ipso in alios impetum

petum facere & vim inferre parati essent, qvibus tamen ita confidit Episcopus, ut monente Ario, periculosum sibi videri cum tantillis copiis aliqvid audere, præstare igitur ex Boreali parte plures evocare, respondisse feratur, Borgfiordenses suos se haud qvaqvam deserturos, adeo, ut ejus copiæ, annumeratis hisce auxiliis, 120 aut 130 virorum essent, cum qvibus Saudafellum Davidis villam, uno circiter milliari a Snoksdalo distantem, occupavit. David vero per exploratores de Episcopi adventu & consilio certior factus, 80 tantum, sed animi præsentis, & viribus validissimos, qvorum fidem & virtutem dudum fuerat expertus, viros convocavit, cum qvibus aliqvamdiu domi, qvid hostes facturi essent, exspectavit; sed cum illi in eum non moverent, tandem die 2. Octobris, qvi erat dies Jovis post Festum Michaëlis, qvem Ormus publico edicto ut conventui aptissimum partibus condixerat, tabellarium literas ferentem Saudafellum ablegavit (a). Qvibus expeditis, confestim suos armari & in hostem ire jussit, qvos, priusqvam eundem aggrederetur, viritim denuo recensuit, unicuivis, qvi timidus aut inconstantis animi esset, mox revertendi potestatem faciens, qvorum unus tantum repertus est, licet corporis viribus esset robustissimus; reliqvis, nunc ut antea, David sancte promisit, si contingat, qvendam eorum occidi, se ejus uxorem & liberos ut suos proprios necessarios sustentaturum, si lædi aut sauciari, se damnum compensaturum; Deinde copias, non recta, sed flexo ad sinistram paullulum itinere, Saudafellum ducit, qvod ideo fecisse videtur, ut eo serius in hostium conspectum, & qvasi improvisus, adveniret, cum ex longe alia, qvam sperarent, plaga accederet, & si mox pugnandum foret, ut loci iniqvitatem hoc modo declinaret, nam si recta Snoksdalo Saudafellum accessisset, adverso monte ad hostem ascendendum erat, sed hac circuitione, non tantum id incommodum evitavit; sed etiam in suum commodum vertit, jam enim ipse superne villam aggredi potuit, hostibus inferiore loco constitutis. Et ut ex aëris constitutione aliqvid etiam lucraretur, nebulosam nactus diem, suos togis & thoracibus nebulæ concoloribus indui curaverat, & duos plerumqve uni imposuerat eqvo, ut eo pauciores viderentur, qvo stratagemate superbo hosti & viribus confidenti, sui contemtum indere voluit, qvod

 etiam

(a) Vid. ad finem Capitis Litr. K. & Summe Vener. *HARBOE Afhandling &c.* loc. cit. pag. 65.

etiam optatum habuit effectum, nam adventum ejus non senserunt priusqvam ad villæ pomœria pervenit. Sed qvam primum in conspectum venit, fratres Biörnus & Arius cum suis ferociter ei occurrerunt, uno qvasi raptu eum protrituri; sed videntes eum imperterritum audacterqve contra euntem statim domum retro cesserunt.

§ 51.

Talem hostium trepidationem David in suum commodum vertens, eos inseqvitur, & parvo qvodam tumulo; teli jactu a templo & villa distante, occupato, suos ibidem aggerem excitare jubet, qvod videns Arius, tecta villæ cum qvibusdam suorum ascendit, & sclopos qvosdam, sed sine Davidicorum noxa, in eos ejaculatur; Biörnus vero Davidem contumeliose alloqvens, multa in eum probra & maledicta, qvæ David magno animo sprevit, evomuit; Cum vero inter alia diceret, nec eum Saudafellensis prædii possessorem esse, nec unqvam futurum, David Ormum Sturlæ filium, tum temporis Nomophylacem ibidem præsentem, obtestatus est, ut si pro honesto viro haberi vellet, mox omnibus confiteretur, an cuidam præter se, Saudafellum vendiderit, qvod cum ille pernegaret, Biörnus priora repetivit, novis qvibusdam scommatibus adjectis. Arius vero paulo modestius Davidem abire & domum reverti jussit, secus enim ad manus & prælium inter eos venturum fore dicens. Qvibus David respondit, ipsis, si modo graviora evitare vellent, mox hinc abire consultissimum esse, qvod si velint, se non modo tutam eis discedendi facultatem concessurum, sed etiam omnes sibi illatas injurias condonaturum fore; si vero jure secum contendere vellent, vadimonium sibi imponant, qvod certissime soluturum se promisit: si vero hæc recusarent, se eos, si posset, comprehensurum. Sed cum Biornus ad hæc, suo more, maledicta & probra tantum regereret, David clara voce omnibus, qvi se ab Episcopi satellitio separare vellent, liberam abeundi potestatem obtulit, moxqve ad suos, qvi aggerem erigebant, conversus, festinare eos jussit. Qvo facto Borgfiordenses cum Davide collocuturi ad eum se contulerunt, Episcopus autem se interea e villa in templum contulit, ejusqve omnes in cœmeterio, dispositis stationibus, collocantur; qvæ dum fierent, Gislo Fimbogi filius, aliiqve, sclopeta qvædam in Davidem exploserunt, qvæ ille paullulum retro cedendo

cedendo declinavit; Sed perfecto aggere, Borgfiordenses non moratus, ibidem sclopeta & 30 ex suis reliqvit qvi præsidio essent, & ad qvos se recipere posset, si qvid adversi evenerit, ipse autem cum reliqvis, acri facto impetu, in cœmeterium defensoribus rejectis, irrupit, moxqve bipartito agmine, parietés templi legens, ipse ad australe latus Arium obvium habuit, qvi sclopetum ei intentavit, cujus globulus supra Davidis caput, alterqve eodem momento proxime ejus genam volavit, qvo irritatus, suos segnitiei incusans, validam facere impressionem jussit, qvi redintegrato impetu adversarios levi negotio fuderunt, qvorum qvotqvot potuerunt, templum tanto impetu irruerunt, ut Arium fortiter pugnantem secum in turba inferrent; Qvod cum fieret, Biornus intra fores templi ensem vibrans, visum Davidem jam pæne victorem, maledictis proscindere non destitit, sed paulo post, plumbeo globulo brachium sauciatus, animum ita demisit, ut a lacrymis & ejulatu vix abstineret. Hæc cum gererentur, inclinatum valde suarum rerum statum cernens Præsul, adversumqve sibi prælii finem ominans, de controversiis jure, non vero gladio, dirimendis loqvi cœpisse fertur, Regisqve gratiam & pacem diu multumqve a se contemtas, & ab ipso Rege proscriptus, tandem appellare non erubuit, ab Ormo Nomophylace, ut sibi suisqve pacem tutumqve abitum Regis nomine concederet, postulavit, qvi licet sciret voluntatem Regis, ut Præsul comprehenderetur, haud segniter mandata perfecit, sed a nemine, utpote fervente jam prælio, auditus aut æstimatus. Occluso deinde templo, qvi extra id erant, positis armis, pacem suppliciter petitam facile impetrarunt. Cumqve per fores introitus non daretur, eas enim inclusi fortissime obturaverant, David posticam templi partem aggressus, facto foramine aditum pandit; tunc ipse Episcopus, qvi paulo ante militum dux de pace & concordia ne verbum qvidem audire voluerat, ad aram, altera manu corpus Domini, altera vero Dei Matrem (ut loqvi amabant) tenens, & universis Episcopi insignibus ornatus, devotissime cantans conspectus est, qvem jussu Davidis, Marcus qvidam, vir robustissimus, per foramen extrahere adnitens, obluctanti tantum impegit colaphum, ut maxillam ei unam & alteram excuteret, qvod David conspiciens, ira excanduit, & Marcum acriter increpatum verberavit. Viso autem Davide Præsul, pacem sibi & vitam concedi petiit, cui David, ut animosus victor, annuit, si modo armatam suam, qvam ei porrexit, manum oscularetur, qvod Præsul in hoc rerum statu

ſtatu non eſt dedignatus; Pari modo uterqve filius capti ſunt & Snoksdalum deportati.

§. 52.

Noſtræ ex variorum commentariis, & ipſius Davidis confeſſione, de prælio Saudafellenſi conflatæ relationi, Nomophylacis Ormi Sturlæſonii oculati teſtis, ut ipſe fatetur, teſtimonium (a) a latere ponimus, de qvo

---

(a) *Id confiteor ego Ormus Sturlæ filius, Septentrionalis & Occidentalis Islandiæ Nomophylax, & Toparchiæ Thorneſianæ Præfectus Regius, qvod talia verba ſim elocutus Clementiſſimi Domini mei & Auguſtiſſimi Regis nomine, pro meo officio & ſecundum illud juramentum, qvod Deo & Domino Regi præſtiteram, promittens, me pro ingenii mei facultate & Optimatum conſiliis & reſponſis, de omnibus eorum, qvorum judex, etiamſi indignus, conſtitutus ſum, qviqve jus a me expetunt, cauſis & litibus, congruam legibus ſententiam pronuntiaturum, cum Epiſcopus Jonas Aræſonius, Biornus & Arius coram me Davidem Gudmundi argnerent & accuſarent, qvod ſemet ipſum in jura Eccleſiaſtica vi & impetu intruſiſſet, adeo ut nullis eum legibus, violentiæ & inobedientiæ cauſa, coërcere poſſent, qvare Rex & templa jus ſuum obtinere neqvirent. Præterea dimidiam bonorum ejus* (Davidis) *partem Regis, dimidiam vero templi peculium eſſe, declararunt, ob publica illa delicta & crimina, qvæ commiſiſſet, ut ex ſententia illa pateret, qvam a probiſſimis viris de eo Hvammi in Parœcia Hvammenſi ferri curaſſet Epiſcopus, qvod judicium David contemnens, & ex integro inſurgens, tam Regium, qvam Eccleſiaſticum jus ſupprimeret, & ſemet ipſum legum ſententiæ ſubduceret. Qva de cauſa prædictus Epiſcopus Jonas, nec non Arius & Biörnus, Regiæ Majeſtatis nomine a me præfato Ormo expetierunt & poſtularunt, ut hanc litem ex legum præſcripto deciderem Saudafelli in Breidafiardardolum, ſtatuto die forum inſtituens, illi autem Helgafelli conſtituti, datis dextris promiſerunt, Saudafellum, qvando illuc conventum convocarem, ſeſe venturos, & contra eos, qvi actionem ſibi intenderent, cauſas ſuas defenſuros. Ipſorum igitur petito & poſtulato, proprioqve promiſſo adductus, conventiculum per indicem forenſem* (bod) *Saudafellum convocabam, ubi utraqve pars ſe ſiſteret, & qvæ rem illuſtrarent documenta & teſtimonia produceret. Cum autem illi* (Jonas ſc. & filii ejus) *ſtatuto die in prædictum locum mecum perveniſſent, & ego, adhibitis in conſilium viris probiſſimis, in hoc ipſo conventu jus & ſententiam dicturus eſſem, Davidis Gudmundi filii interdicto ab hoc propoſito impeditus ſum, ille enim ab omni juris proceſſu eodem die me prohibuit, qvæ poſtqvam locutus erat, Epiſcopus me accedens, ut de ſua ſuorumqve cauſa judicium ex juris præſcripto ferretur, expetiit, ſe ſub Regis protectione & pace eſſe, inſimul declarans. Deinde a me expoſtulavit, ut ſibi ſuisqve Domini mei Regis nomine pacem publicam concederem, donec de eorum cauſa legitima diceretur ſententia, qvod etiam hoc modo feci, ut Epiſcopum cum ſuis ſub Domini mei Regis*

qvo in antecessum hæcce ducimus monitu necessaria: 1) Fuit Ormus nobili qvidem genere natus, sed notissimus sui ævi decoctor, qvi præter officii salarium, & uberes, qvibus præfuit, præfecturarum proventus, splendidum satis suum & uxoris patrimonium ita profudit, ut, unde se sustentaret, non haberet; Licetqve jam & Toparcha Thornesthingensis, & qvartæ occidentalis esset Nomophylax, ut plus simplici jure de controversiis in provincia Dalensi enatis, jus dicere ejus esset officii, sua tamen inconstantia & turpi volubilitate controversiæ de Saudafello inter Arium Episcopi filium & Davidem intercedentis inhabilem semet effecerat judicem. Arius enim (cui, ut videtur, liberorum nomine ex sorore uxoris Ormi susceptorum jus emtionis & retractionis competebat) prætendebat promisisse Ormum ei se Saudafell venditurum, qvod mox, Ario clam, Davidi vendidit, ut jam in eo litis cardo verteretur, qvisnam horum actuum, promissio Ario verbis tantum facta, an vero venditio Davidi opere præstita valere deberet. Pari modo litigio Hvammensi, seu controversiæ, qvæ Episcopo cum Davide intercessit, se intricaverat: Anno enim 1548 in foro Hvammensi secundum Davidem pronunciando, sententiam ab Episcopo ibidem paulo ante in Davidem dictam haud parum infregerat, idqve denuo declaratione Snoxdalensi confirmaverat, cum autem Episcopo, jam & sententiam a se in Davidem Hvammi pronuntiatam executioni dare, & ipsum Davidem comprehendere destinatum esset, omnia

Regis pace & protectione esse debere proclamarem, qvoad mihi per leges maxime licuit. Præterea omnes ac singulos ut a cædibus & seditionibus abstinerent, jubebam, cui mandato David Gudmundi parere recusans, me ipsius iram sedaturum a postibus templi depulit, & illud cum sua coborte invasit, in quo Episcopus, Biornus & Arius cum suis, qvasi in asylo, sese continebant. Tunc David Gudmundi filius jussit & mandavit, ut sui sæpe memoratos viros, Episcopum nempe Jonam Aræsonium, Biörnum & Arium, cum ipsorum comitibus, cæderent, interficerent & telis infestarent, qvibus dictis, cum suis sæpe nominatos viros percussit, læsit, jaculisqve infestavit, templi ita, & Regis clementissimi pacem turpiter violantes, contra juris Canonici & legum præscripta, qvibus permissum est, ut unusqvisqve, qvi in templi sanctitate pacem & confugium qværit, causamqve suam judicio & legibus decidendam submittit, usqvedum sententia de eadem feratur, jure sanctus sit. Sed Clementissimi Regis Diploma eum (scilicet Jonam) *comprehendi qvidem, sed non percuti aut occidi mandavit. Postea David Gudmundi, ea, qvæ eorum erant, sub suam potestatem assumi curavit; Qvæ omnia ac singula tali modo se habuisse memet jure jurando confirmaturum promitto.*

omnia autem qvæ fecit, optimo jure facta esse videri vellet, in eo totus fuit, ut Hvammense suum a judice competenti seu Nomophylace confirmaretur, id est ut David ab illis conjunctis viribus captivus duceretur, & bona ejus publicarentur, alterum vero ab Ormo ibidem factum solenniter rescissum iret, simulqve Davidi Saudafellum, qvod ipse ei vendiderat, abjudicaret, & Ario addiceret, tandemqve se filiosqve a Rege proscriptos securitati publice lata sententia restitueret, Ormum itaqve vel minis, vel blandimentis, induxit, ut his rebus perficiendis, certum diem & locum constitueret, id enim ejus esse officii firmiter ei persvaserat, tam bene ingenium viri noscens, ut de causæ exitu certus esset, si modo ipse armatis cinctus judicio adstaret. 2) Hæc omnia David probe sciens, Ormo fidem non habuit, neqve ejus judicio hac vice se sistere voluit, intemeratum autem & incorruptæ fidei judicem alioqvin haud recusans, fuit enim Ormus præterea haudqvaqvam ipsi favens, ita ut nihil æqvum ab eo exspectaret, qvamdiu in Episcopi potestate esset, de qva ejus in se perversitate & calumniis de se disseminatis dudum in Epistola ad Laurentium Mule Islandiæ supremum Præfectum data 1547 graviter conqvestus fuerat, dicens: *Probabile mihi videtur, notam vobis factam esse ingentem illam calumniam, qvam Ormus* (Bonde) *Sturlæ filius, de Nomophylace Thorleifo* (Bonda) *Pauli filio, Petro* (Bonda) *Einari filio & me dispersit &c.* Taceo qvod jam prælio accinctus, aut eo fervente, rabulismo forensi tempus perdere, & offerentem se rei bene gerendæ occasionem e manibus elabi noluit. 3) Omni autem, qvi tritonis instar ad cujusvis auræ flatum se vertebat, subdolum & inconstans ingenium, & fere dixeram temeritas, optime inde cognoscitur qvod Episcopum Jonam, qvem Regia Majestas anno 1549 patentibus & in foro generali publicatis literis proscripserat, omnibusqve ejus adjutoribus eandem minitaverat pœnam, hocqve iterum anno idem edictum confirmaverat, addito mandato, ut qvam primum comprehenderetur, & in carcerem, qvoad Havniam transmitti posset, conjiceretur; Qvemqve ipse Ormus superiore anno in foro generali pro tribunali, supremi judicis loco sedens, ut proscriptum capi debere decreverat, hunc jam, cum Regis mandatum exsecutioni dandum esset, ut insontem, ab omni vi securum & tutum esse debere proclamat, idqve ipsius Regis nomine & autoritate, qvam falso huic rei prætendere non erubuit, & qvidem, ut ab Ormo sperandum erat, eundem illum, qvem vix tribus interjectis hebdomadibus jure captum ac captivum tenendum

dum esse judicavit; Qvam plusqvam pudendam inconstantiam eo voluit excusare, qvod Regia Majestas Episcopum capere & in carcerem ducere, non vero ejus satellites, qvi armis ipsum tuebantur, ferire aut occidere jusserit, eja vero, qvod Præsul, dum nonaginta armatis ad unum omnibus pro ejus libertate mori paratis, sine prælio, vulnere aut cæde, capi potuerit; Davidi certe in tali rerum statu, aut præliandum, & Episcopus capiendus, aut Regis mandatum omittendum, & ipsi in captivitatem eundum fuit. 4) Ex universa Ormi relatione tantum & tam enorme partium studium elucet, ut qvod de eorum actis refert, fidem vix mereri videatur, nisi qvatenus aliorum fide dignorum relationi congruit, sed nihil novi adfert, nec qvod cum aliis conciliari neqvit, nisi qvod de se ipso refert ignominiosum, scilicet Episcopum & se ipsum ejus nomine omnibus precibus orasse & obtestatos esse pacem ac Regis protectionem, cum Regis jussu Præsul captivandus, & gratiæ nullus locus dandus esset. Qvod vero verbis tam emphaticis deplorat templi Saudafellensis fata, cujus jus indignissime læsum sit, cum supplices asylum ibi non invenerint, cum qvo nimis turpiter jus & mandatum Regium confundit, qvod hic nullum locum habet, neqve cum priori ullo modo convenit, nam facinorosi ejus jussu ex templo extracti fuerunt; id si non partium studio, aut carpendi pruritui tribuendum est, papisticæ religionis zelo condonandum erit. 5) Licet itaqve magni non sit pretii hocce Nomophylacis testimonium, id tamen habet qvod omnem dubitationem adimit de præsentia Episcopi Helgafelli, hac æstate, & qvod ibidem cum Ormo de expeditione Saudafellensi consilia miscuerit, cujus veritatem, ut & aliorum hoc documento contentorum, jurejurando se firmare paratum esse dicit.

§. 53.

Hunc exitum habuit prælium Saudafellense, qvod multorum vulneribus, sed nullius vita stetit. David vero, qvi hactenus non minore ratione qvam fortuna usus fuerat, victoria etiam modeste ac prudenter usus est, nam patrem & filios Snoxdali in custodia, magna cura & diligentia asservavit; eorum satellitibus, qvi adeo erant vulnerati ut abire non possent, Saudafelli mansionem & medicinam procuravit, ex qvorum numero fuit Olaus Thomæus, Episcopi non incelebris encomiastes, ejus-

qve concubinæ Helgæ ex filia nepos, ſed Thomæ Erici, Abbatis Munkathveraaënſis filius; reliqvos impune ſed exarmatos & impedimentis privatos, dimiſit, qvi domum tendentes, in Tractu Hrutafiord obvium habuerunt Sigurdum, Paſtorem Grenjadarſtadenſem, Epiſcopi filium, 30 viris ſtipatum, patri in ſubſidium venientem, qvi etſi nunqvam ejus conſiliis & inceptis aperte aſſenſerat, ideoqve ſemper fere ab ejus expeditionibus abſtinuerat, hac vice tamen de rerum infelici eventu aliqvid ominatus, eum ſubſecutus eſt, pacis magis & concordiæ conciliatorem acturus. qvam cuiqvam vim aut injuriam illaturus. Percepto autem patris & fratrum infortunio, ultra progredi ipſe non duxit conſultum, ſed Gotſkalkum Jonæ, Paſtorem Glaumbajenſem, Gotſkalki Epiſcopi ex filia nepotem, virum magnæ autoritatis, cum 12 comitibus Snoxdalum miſit, qvi de parentis dimiſſione, oblatis, qvascunqve David petere aut accipere vellet conditionibus, accuratiſſime agere, in mandatis habuit, ſed talis conatus fruſtra fuit; nam captivorum dimiſſio nullis omnino conditionibus impetrari potuit, neqve cum illis colloqvi, niſi præſente Davide, permiſſum fuit; Qvi Chriſtianum, communiter Scribam dictum, Laurentii Mule Procuratorem, qvid actum eſſet, extemplo certiorem fecerat, rogans, ut is, qvod ſui muneris eſſet, capeſſere velit, ſcilicet ex Regii Reſcripti tenore, captivos accipere & in cuſtodia ſervare, donec Hafniam transmitti poſſent; qvi accerſito Martino Epiſcopo, qvi hac occaſione ex annua fere captivitate penitus liberatus fuiſſe videtur, aliisqve Primoribus, Snoxdalum advolat, & conſtituto duodecimvirali judicio, qvid faciendum foret, per Nomophylacem decerni poſtulat, qvi cauſa diligenter cognita, celebre illud Snoxdalenſe judicium pronuntiavit (a).

§. 54.

Promulgato hoc judicio, Arius pro ſe ſuisqve liberis, in eo ſe acqvieſcere dixit; David vero nobiles hoſce captivos Chriſtiano tradidit, ſibiqve omnem eorum curam adhibitis teſtibus ſolenniter abdicavit; cum eos tres hebdomadas & duos dies accurate & arcte qvidem habuerat; ſed haudqvaqvam tam inhumaniter tractaverat, ut Aræſonius Martino,

(a) Vid. infra ad finem Cap. Litr. L.

tino, Arnæ Arnori, aliisqve fecerat, nam ab ipsis rogatus, & Martino Episcopo pro Ario intercedente, aliqvando liberam cum aliis conversationem permiserat, qva accepta venia, cum reliqvis Magnatibus accumbentes, a maleficiis temperare sibi non potuerunt, nam inter epulandum, Arius, arrepto ingenti cultro Davidis pectus transfodisset, nisi á Martino Episcopo, qvi intermedius sedebat, fuisset impeditus, qva ingrati & impii animi declaratione se omni indulgentia indignos reddiderunt; Sed licet judices Davidem, qvod suum erat fecisse, & liberum eum jam ab eorum ulteriori cura ac custodia pronuntiassent, attamen, ut Regiæ eo facilius voluntati satisfieri posset, aliqvem eorum, sed nominatim Arium, ad proxima usqve Generalia Comitia, captivum tenere, ultro obtulit; Sed rejecta hac conditione, Christianus Snoxdalo, comitante Martino Episcopo & Davide, Skalholtum captivos deduxit; ubi coram congregata ex Arnesensi & Rangaarvallensi Toparchiis multitudine, longam in eos instituit accusationem, in qva primo mentionem fecit Episcopi contumaciæ, qvod a Rege vocatus venire noluerit, qvod ob obstinaciam & alia facinora proscriptus fuerit, qvod a Davide Regis jussu comprehensus sit; & præterea: 1) Qvod Episcopum Martinum Einari filium per filios suos Arium & Biörnum in proprio ejus domicilio vi ceperit domesticos verberarit, ædes effregerit, ipsum autem avectum captivum integrum annum, minus decem diebus detinuerit, adeoqve eum in officii, ipsi a Rege demandati, partibus peragendis impediverit. 2) Qvod cum suis filiis Regia tributa, pensiones & portoria ex Skagafiordensi, Eyafiordensi, Hunavatnensi, Hegranesensi Toparchiis & Flateya solvenda sibi retinuerint, sibi nil cum Daniæ Rege esse dicentes. 3) Qvod Regias literas de Cœnobiis & Beneficiis agentes, nihili fecerint & contemserint. 4) Qvod prædia Cœnobiorum & Beneficia, ut Biarnanesum, Oddam, Holas & in specie Fiardarhorn, & Fliotstungam, prædia qvæ ob Thorsteinis filii Thordi delicta fisco Regio ex dimidia parte cedere debebant, sub suam redegerint potestatem, adeo ut nullis sua bona ab ipsis tuta fuissent; ipsiqve dimidiam fere Islandiam subjugaverint. 5) Qvod tam Clerici qvam Laici præ ipsorum imperiositate aufugere coacti fuerint. 6) Qvod ad impediendum verbi divini progressum omnem moverint lapidem. 7) Qvod licet capti jam essent, omnes tamen eos timeant; cum minitati fuerint, se libertati restitutos decuplo pejores qvam huc usqve erga inqvilinos & exteros fore. Præterea Jonas, ejusqve filii hac

æstate sibi scripserint, & se & omnes Danos in Islandia agentes, juxta Norvegicas leges pœnas daturos fore, si modo eos Jonas ejusqve filii comprehendere possent: Hamburgensibus etiam mercatoribus promiserit se eo fore prospecturum, vel qvanticunqve id constiterit, ut ne unus qvidem Danus proximo vere vivens remaneat. 8) Nomophylaces & Pedarios ita ab ipsis exinanitos esse, ut coram tribunali veritatem profiteri non sustineant. 9) Literas & Rescripta Regia esse negent, licet ipsius manu subscripta sint, sed ementitia, eorumqve asportatores fugitivos vocent. 10) Qvod publice minatus fuerit, se, qvanticunqve id constiterit, effecturum, ne ipse & Laurentius Mule vere proxime subsecuturo, una Islandiæ Præfecti forent. 11) Plurimis testibus firmatum sit, Jonam Episcopum dixisse, se, & Hæreticum illum (Martinum) proxime subsecuturo vere una in Islandia non fore Episcopos, sive Regi id placeat, sive displiceat. 12) Die Veneris proxime præcedente, coram omnibus publice minatum esse, qvæ in hoc casu necessitatis promiserit, se libertati restitutum non esse servaturum, sed qvam primum posset, etsi totus apud se orbis intercederet, ulturum esse.

§. 55.

Instituta deinde deliberatione, qvid nobilibus hisce captivis faciendum esset, omnes primo, prout judicaverant Snoxdalenses, a Præfecto, adjuvante Martino Episcopo & utroqve Nomophylace, in vinculis habendos decreverunt. David etiam nunc ut antea, unius, sed nominatim Arii custodiam apud se obtulit. Martinus Episcopus nec omnino abnuere, nec perfecte in se cujusqvam curam suscipere, sed si necessario aliqvid agendum foret, Arii custodiam minime aversaturus videbatur. Christianus vero, ne unius qvidem ex eorum numero custodiæ parem se esse profitebatur, timebat enim, ne eorum populares, Borealis qvartæ incolæ, qvi piscatum hyemali tempore in Toparchiam Kialarnesensem proficiscuntur, facta conjuratione & multitudine conducta, eos per vim eriperent, qva de re, cum per plures dies variis sententiis disceptatum esset, tandem Jonas Biarni filius Pastor Breidabolstadensis, Cathedralis Qvæstor, cujus antea mentio facta est, dixisse fertur, se licet cum illorum nemine sapientia comparandus esset, videre tamen, qvinam eos sine periculo custodire possint, cumqve eorum nomina edere rogaretur, respondit,

respondit, *securim & terram, fidissimos eorum fore custodes;* qvam sententiam Christianus statim qvasi ex tripode dictam, & Martinus non gravatim arripuerunt. David vero diutissime obstitit, & Jonas Biörni Arnesensis Toparchiæ Prætor, tales viros, qvos Rex comprehendi & sibi sisti jusserat, qvosqve Nomophylax justo judicio ad Comitia usqve Generalia conservandos esse decreverat, jam contra Regis mandatum & Nomophylacis sententiam, inauditos & causa non cognita, sine legitimo juris processu, obtruncari, omnino fore inexcusabile, publice protestatus est, cujus sententia Christiano tam ingrata fuit, ut durioribus verbis virum exciperet, & vix a verberibus temperaret, qvapropter ab omnibus in Jonæ Biarni & ejus sententiam itum est, captivisqve denuntiatum, qvid de illis constitutum esset, qvi mox separatis includuntur cœnaculis, & unicuiqve suus assignatur Pastor & Confessionarius, qvod vario animi motu ab illis acceptum fuit, nam Episcopus qvi antea iram tantum & minas spiraverat, sæpiusqve se & filios consolatus fuerat, dicendo: " á Jólum " verdum vier á Holum, " id est: *Festo Natalitiorum Domini, Holis erimus;* nunc tandem paululum resipiens agnovisse fertur, qvantum se suosqve terrenorum cura & mundi amor seduxerit (a). Biörnus, qvi plurimorum malorum fax & tuba habebatur, ad lamentationes, pro vita preces, & conditionum oblationes conversus est. Arius vero durum nuntium fortiter tulit, noctemqve ultimam canendo & precando trivit.

§. 56.

Albescente die, qvi fuit Novembris septimus, hebdomadis sextus, omnes sacram cænam acceperunt. Ariusqve primo, paulo post solis ortum eductus est (b), qvi Agagi instar morti fortiter obviam ivit; Limen

(a) Hac occasione ultimum in tota vita tale fecit carmen: " Vondslega hefur osz verölldenn " bleckt, villt og trillt svo næsta frekt, ef eg skal dæmast af danskre slekt, og deya " so fyrer Kongsens mekt. " Hoc est: *Pessime nos mundus fefellit, atqve in devia duxit, si a natione Danica judicandus potestate Regia moriar.*

(b) *MAGNUS BIÖRNI* Arium, Reykholti, ubi Snoxdalo Skalholtum tendentes pernoctarunt, fugam tentasse scribit; alii id Skalholti factum esse perhibent; Sed tacente de his *JONA EGILLI*, qvi ea qvæ gesta fuerunt, ab oculatis testibus accepta, accurate refert, qvem nos ideo in iisdem ductorem elegimus, in aliis autem, seu qvæ Snoxdali

Limen enim egressus dixisse fertur, multos ex eadem æde nobiles exituros fore, (qvod in eo completum esse volunt, qvod biennio post, eadem ædes in scholam Cathedralem mutata est), & deinde, inter egrediendum dixisse, invitum hunc ludum se iniisse, nunc vero volentem egredi, optare tantum, cum jam moriendum sit, cor vitulinum ex fratre suo Sigurdo in se, suum autem in eum translatum esse; Ad fatalem locum perveniens, conspectoqve palo & aliis feralibus instrumentis, suspirans dixit: *Domine! an hic sistendum est?* Cui cum Christianus annueret, respondit: *Væ tibi nebulo, non te Dominum vocavi, sed Deum Dominum meum allocutus fui.* Deinde Episcopum & Davidem accedens, dixit: *Condona Martine! Condona David!* Carnificem animavit, ut mascule qvod suum esset, perageret, inqve genua procumbens oravit, ultimoqve dixit: *In manus tuas Domine commendo animam meam*, & mox intrepidus, ne oculis qvidem obligatis, cervicem in palum inclinavit, qvæ unico ictu abscissa fuit. Biörnus deinde, tristis valde & misere ejulans, liberorum conditionem deplorans, mortemqve qvalicunqve conditione deprecans, sed a nemine exauditus, eandem terere cogitur semitam, cui carnifex, ob utriusqve trepidationem, caput tertio aut qvarto ictu vix amputavit. Ipse autem Præsul, cujus vitæ omnes parcere voluerunt; modo filiorum mortem nunqvam se ulturum jurejurando promitteret, conditionem respuit, dicens, illos se suaqve consilia secutos fuisse, se itaqve jam illos seqvi velle. Ex templo Skalholtino egrediens, crucem manu tenuit, & Mariæ simulacrum ibidem conspectum pronus adorare voluit, sed a sacerdote admonitus, ut frivola hæcce nunc demum omittat, sed ad mortem semet præparet, post hanc enim esse alteram & æternam vitam, respondit; *Scio id Sveinke* (ɔ: te tacente), Svenus enim Pastori nomen erat, qvem per jocum aut contemtum Sveinkum vocavit. Conspecto cuidam sibi cognito, sudarium & sigillum suum tradidit, jubens ad suos ea perferri curet, & ut filiæ suæ Sigurdo & filio Thorunnæ salutem

---

dali & Saudafelli acta sunt, Davidis Apologiam, ante annum 1554 ut videtur, scriptam, cum res adhuc in omnium recenti memoria essent, ut facillime falsitatis argui potuisset, si a veritate aliena protulisset, secuti sumus, sepositis omnibus, qvæ aut controversa sunt, aut improbabilia, ut & illis qvæ minoris momenti esse videntur. Hæc autem licet minuta sint non omittenda duxi, ut inde conspicuum foret qvomodo qvisqve eorum se ad mortem præparaverit.

ſalutem dicat, qvi in ſui memoriam, cibariorum, qvantum 240 imperiales æqvet, inter pauperes diſtribuant (a). Deinde oblata Davidi, qvem toties devoverat, abſolutione, & reſponſo accepto, ſibi jam haud magis qvam ipſi abſolutione opus eſſe, ad palum triſtis progreditur, procumbensqve dixit: *In manus tuas Domine commendo animam meam.* Sed cum valde obſtipa eſſet cervice, ſexto aut ſeptimo tandem ictu decollari potuit.

§. 57.

Talem exitum habuit Jonas Arii filius, Epiſcopus Holanus famoſiſſimus, anno ætatis 66, officii 26, utramqve expertus fortunam, nam in ſumma paupertate natus & educatus, ad ſummos honores & maximas divitias evectus, privato majora capiens fortunam ferre non potuit, vitiisqve plus nimio laxans habenas, tandem ab avaritia, ambitione, livore, polypragmoſyne, & qvæ his omnibus prætendebatur, intempeſtivo Religionis zelo præceps datus, ad rebellionem usqve perductus fuit; Tantæ fuit avaritiæ & ambitionis, ut ſibi ſuisqve totius Islandiæ imperium deſtinaſſe videatur; hinc in publicis proceſſionibus & ſolennitatibus, more antiqvorum Regum (ſi fas eſt credere) 12 ſatellites exqviſite ornatos, totidemqve ſibi præferri cereos curavit; cujus vitia, licet virtutes ſuperare videantur, haudqvaqvam tamen earundem expers fuit, nam largus, præſertim erga egenos, hoſpitalis, concinnus, comis, affabilis, & erga ſuos indulgens & amabilis fuit, haudqvaqvam etiam erga ſubditos tantæ crudelitatis ac avaritiæ ut ejus prædeceſſores, nam in judiciis mitiorem ſæpe elegit ſententiam, unde a multis amatus & magnopere deſideratus fuit. Indoctus qvidem, ſed ſui ſeculi Poëtarum facile princeps, religionis amans, ſed antiqvæ tenaciſſimus, veram a falſa diſcernere aut neqvivit, aut operæ pretium non duxit. Cumqve latine neſciret, ex Svecia, circa annum 1528 evocavit Jonam Matthiæ filium, lingvæ latinæ & typographiæ gnarum, qvem ſacerdotio initiatum, Præbendæ Breidabolſtadenſi præfecit, per eundem, qvæ latine ſcribenda

(a) Qvod non tantum mox eodem anno, ut caverat Præſul, factum eſt, ſed etiam ejus filia Thorunna, qvoad vixit, d. 7 Novembris magnas pauperibus diſtribuit eleemoſynas.

ſcribenda erant, expedivit, & circa annum 1530 *Manuale Paſtorum* imprimi curavit, unde patet, ipſi eam non eſſe denegandam laudem, qvod primus typographiam Islandiæ intulerit. Qværi ſolet jurene an injuria cæſus, & an tali morte dignus fuerit (a)? qva de re, ſi noſtram promere licet ſententiam, ut mortem eum, & qvidem talem ſeu violentam, qvæ aliis eſſet exemplo, promeruiſſe libenter concedimus, ita eum injuſte cæſum fuiſſe cenſemus; nam etſi latrociniis, violentia, contumacia & perduellione qvævis mala commeritus fuerit, ob qvæ etiam a Rege, unico ſuo in terris judice, exauctoratus, proſcriptus, comprehendendus & carcere dignus pronuntiabatur, nunqvam tamen ab eodem morti addictus fuerat, imo ipſius Regis Duces, Otto Stigoti & Truels Ulfſtand, non aliud in mandatis habuerunt, qvam ejus copias cædere, ipſum autem vivum capere & Regi ſiſtere, qvod ſi nullo modo facere poſſent, tunc primum ad majus malum evitandum, eum occidere ipſis conceſſum fuiſſe videtur. Chriſtiano autem, Martino, aut Jonæ Biarnæo, nulla unqvam ipſum occidendi conceſſa fuit poteſtas, imo, non multum abeſt, qvin eum contra jus & fas occiſum eſſe, audeam affirmare, cum judicium Snoxdalenſe a Nomophylace, talium rerum judice competente, ſecundum leges pronuntiatum, & ab ipſo Chriſtiano Regis nomine confirmatum, ad proxima Comitia, niſi ipſe Rex prius aliqvid de eo ſtatuerit, incolumem conſervari juſſerat. Nec cuſtodiæ difficultas fuit inſuperabilis, nam ſi Davidi, qvi proxime Borealem qvartam habitavit, aliqvem eorum in cuſtodia aſſervare facile fuit, qvod ipſe ſæpius obtulit, qvidni idem Martino & Chriſtiano poſſibile fuit? Et ponamus Beſſaſtadis id factu fuiſſe difficile ob piſcatorum freqventiam & ab illis timendam ſeditionem, an ideo etiam in aliqvo longe remoto monaſterio, qvæ jam omnia Regi parebant, additis cuſtodibus, ipſos tenere, impoſſibile fuit? id nobis nemo facile perſvadebit. Hinc etiam ipſe Rex, qvi ſuas ſuorumqve manus ab Epiſcoporum, etiam maxime rebellium, ſangvine impollutas conſervare voluit, Martinum & Jonam Biarni circa annum 1554 ad

(a) Sunt inter noſtrates plures qvi Jonam Aræſonium aut penitus exculpare volunt, aut ejus crimen magnopere extenuant, in qvorum numero eſt Doctiſſ. *ARNGRIMUS* in *Anat. Blefken* part. 2. qvem itaqve merito corrigit Illuſtriſſ. Dominus *HARBOE* in *Hiſt. Reform. Isl.* Part. 2. pag. 77. qvi ibidem egregiam & lectu dignisſimam inſtituit comparationem inter Ögmundum & Jonam, ultimos Islandiæ Epiſcopos Catholicæ Religioni addictos.

ad causam coram summo tribunali dicendam, in jus vocavit, qvi, ut verisimile fit, culpa in Christianum conjecta, qvem Nemesis antea sustulerat, cumqve factum infectum fieri neqviret, & sontes, non ob Religionem, sed Rebellionem capite plexi erant, a Rege & Regni Senatu absoluti sunt. Sed agnoscendum hic sine dubio justum Dei judicium, qvod hunc Episcopum, qvi conspectis aliorum fatis, tot clementissimas admonitiones tam contumaciter spreverat, sine supplicio ad plures abire non permisit.

§. 58.

Ipse David scriptum qvoddam adornavit, qvod sæpius Sub ejusdem *Apologiæ* nomine allegavimus; cujus prior pars qvadantenus est accusatoria, concinnata, ut videtur, anno 1549, cum dicat ea qvæ in Octobri prioris anni acta fuerunt, proximo autumno gesta fuisse, forte judicio Hvammensi aut Saudafellensi, præsidente Ormo Nomophylace, oblata, de qvibus egimus §. 31; Posterior vero, partim historica, partim apologetica est, adornata post annum 1551, cum expresse faciat mentionem Regiæ Majestatis Rescriptorum, tribus elapsis annis, qvi fuerunt 1549 — 50 & — 51. Episcopi comprehensionem Davidi mandantium, qvæ supra pag. 276. 277. allegavimus; qvod etsi non omnia hujus tragædiæ actus, multo minus omnia cujusvis actus momenta, contineat, qvem defectum ex aliorum fide dignorum scriptis supplere conati sumus, ejus tamen ductum, cum haudqvaqvam odiose scriptum esse videatur, qvatenus cum aliis non dissentit, secuti sumus (a).

§. 59.

Cum decollatorum corpora ad solis fere occasum, aut ut alii volunt, in seqventem usqve diem (b), sub dio jacuissent, qvorundam precibus sepultura, sed sine qvoqvam apparatu & ceremoniis in cœmeterio concessa fuit, ubi per hyemem qvieverunt; sed proximo vere, statim

(a) Vid. ad finem Capitis Litr. K.

(b) *Skardsaarensis* scribit eos in cœmeterio Skalholtensi qvievisse ab 8 Novembr. ad æstatem usqve, qvod si verum est, corpora etiam sub dio pernoctarunt.

poſt feſtum Paſchatos, Sigurdus Epiſcopi filius 30 ſtrenuos viros miſit, qvibus tres Sacerdotes præfecit, qvi corpora exhumata Holas usqve deveherent Hi ut juſſi erant, accepta a Martino Epiſcopo venia, mortuos effoderunt, ſed opere tam tumultuario, ut foveam non replerent, unde ea hodiedum conſpicua eſt; corpora autem loculis aptarunt, qvibus nolæ perpetuo ſonantes, una Arii, binæ Biörni, tres vero Epiſcopi, tam ornatus qvam diſtinctionis gratia affixæ fuerunt, qvò ubicunqve aut tranſierunt aut pernoctarunt, campanarum ſono & qvibusvis honoris ſignis excepti fuerunt; Holis autem ingens mortalium multitudo, non tantum omnium campanarum pulſatione, ſed leſſu & planctu eos excepit, perhonorificeqve in templo cathedrali ſepelivit, nec deſunt, qvi miraculis eos inclaruiſſe, literis mandarunt, multi enim, aut feretri aut loculi contactu, a variis morbis ſanati fuiſſe perhibentur. Holanæ cathedræ Qvæſtorem tum temporis agebat Sigurdus Epiſcopi filius, qvem etiam diœceſeos Vicarium denominare voluerunt; ſed cum id officii detrectare videretur, qvidam in Jonam Finnbogi filium, Priorem Mödruvallenſem, inclinarunt: plurimi vero, qvod tandem obtinuit, Biörnum Gilſi filium elegerunt, qvi anno 1551 pridie Cal. Maji, cleri Holas convocati freqventem habuit Synodum, in qva primo Sigurdum Jonæ, veteri more Epiſcopum patri ſucceſſurum eligunt, qvæ electio a 24 optimæ notæ ſacerdotibus ſubſcripta & obſignata fuit. Deinde Biornus per 20 ſacerdotes concludi curavit, qvum Jonas Arii nec monachus nec Abbas fuerit, ideo ejus bona ad legitimos hæredes transmitti debere, exemplo Gottſkalki Epiſcopi, cujus bona, Archiepiſcopi conſenſu, ad legitimos hæredes tranſierunt. Huic concilio Sigurdus rationem reddidit bonorum Cathedralium, compertumqve fuit, Jonam templum ditaſſe ſumma qvinqvies mille 760 Imperialium, qvorum qvartam partem Clerus hæredibus ejus adjudicavit; ſed hæc omnia fruſtra fuerunt, ut mox docebitur.

§. 60.

Mortem Epiſcopi diœceſeos Holanæ incolæ ægerrime tulerunt, qvod tamen primo intra murmurationes & minas ſtetit, usqvedum pro regionis more circa feſtum Purificationis 1551 in Toparchiam Kialneſenſem numero circicer 300 piſcatum abirent, inter qvos non nullos Epiſcopi neceſſariorum famulos latuiſſe ſuſpicio fuit, (illorum præcipue nominatur

tur

tur Thorunna, Episcopi filia (a)) in mandatis habentes, ut oblatam forte ultionis occasionem non omitterent. Christianus autem Skalholto redux primo securus egit & lætus, qvod tam potentes sustulisset adversarios, usqvedum ab Einaro Olai Pastore Gardensi monitus est, caveat sibi, factum enim atrox, & plus nimio præcipitatum videri, ultionemqve aut accusationem sine dubio, undecunqve tandem venerit, subsecuturam, qvibus tandem consentiens, sed crimen omne in Martinum Episcopum & ejus Procuratorem Jonam Biarni conjiciens, timere & cautior esse cœpit, unde, cum iter Sudurnesense, ad providendum, ut naves piscatoriæ, qvæ Regiæ vocantur, gubernatoribus, instrumentis nauticis, aliisqve piscationi necessariis instruerentur, institueret, solito pluribus se famulis, illisqve armatis, munivit, qvem timorem non vanum esse expertus est, cum villam Kirkiubolum, ibidem pro more pernoctaturus, ingressus esset, ubi eum 30, (alii habent 60) larvati sicarii, accepta a colono venia, villam frangendi, hostiliter aggressi sunt, & licet se cum suis mascule defenderet, multitudine tamen victus, cum parvulo filio & 12 asseclis misere tandem periit, impedimenta rapta, sed corpora vestibus nudata, & ne qvid impudentiæ & contumeliæ deesset, mortuis barbaro more illusum fuit (b). Qvod nefandum scelus ad Regias perlatum aures, justam ejus excitavit iram, adeo ut latrones & sicarios hosce conqvirere, & aliis exemplo severe punire, Hvitfeldio Islandiæ Præfecto mandaret, de qva re etiam Davidi scripsit (c). Hvitfeldius itaqve anno 1552 per Eggertum Johannis Nomophylacem, hos omnes proscriptos, & ubicunqve comprehendi possent; capite plectendos pronuntiari curavit, aliisqve exemplum præbiturus, duos statim, qvorum alter fuit colonus Kirkiubolensis,

(a) Qvod Christiani occisor fuerit Thorunnæ famulus pleriqve antiqviores consentiunt; Sed qvi Sigurdum Episcopi filium hujus criminis insimulant, idqve eo modo, qvod Christianum ad convivium amice invitatum, violato hospitii jure fraudulenter obtruncari curaverit, magnam viro bono & innocenti injuriam faciunt, a qvo scelere Summe Ven. Dominus *HARBOE* in *Hist. Ref. Relig. Isl.* pag. 79. 80. ejus famam egregie vindicat.

(b) Qvi talia legere desiderat, videat *JONAM EGILLI*, aliosqve, qvi eum exscripserunt. *Skardsaaënsis* autem hic graviter errat dicens piscatores in ver usqve ultionem alta mente servasse, & Christianum finito tandem piscationis tempore occisum fuisse, cum media hyeme paulo post festum convers. Pauli factum id fuisse, certum sit.

(c) Regias ad Davidem literas, vide supra pag. 311.

bolensis, decollatos, palis & rotis imponi curavit, sed mox ab incepto desistens, ab aliis pecunia caput redimi passus est, ut testantur contractus, alter cum Jörundo Petri 1553 Dominica ante festum Barnabæ, alter autem cum Einaro Petri, Die Martis ante festum Margaretæ Bessastadii initus, in qvibus testatur se bonorum virorum precibus dedisse, ut qvivis horum vitam redimat qvinqve piscium lastis, id est 125 Joachimicis. Sedecim vero mox in Angliam aufugerunt, qvos Maria Regina, qvæ seqvente anno thronum ascendit, in suam sumsit tutelam (a). Cum itaqve horum pœna & ultio hoc modo procedens, Regiis lucrosior & Aræsonii necessariis honoratior esset, Regi persvasum fuisse perhibetur, operæ pretium non esse, plebejos hosce tanto rigore perseqvi, qvi cæco zelo & prava imaginatione incitati, ultionem in Christianum verterint, eo qvod præcipuam malorum causam, Martinum Episcopum, ejus Qvæstorem Jonam, ac Davidem aggredi non potuerint, qvi Jonam Episcopum contra jus & fas per Christianum occiderint, præstare igitur & justitiam exposcere, ut in ipsorum acta inqviratur, qvæ tandem tantum nacta sunt assensum, ut qvæstione in sicarios omnino abstitum sit. Martinus autem & Jonas anno 1554 ad causam coram Rege dicendum in Daniam evocati fuerint; Davidi autem egregiam, qvam sæpius allegavimus, *Apologiam* scribere, necessitas imposita fuit.

§. 61.

Ineunte æstate anni 1551 binæ Regiæ triremes, Eyafiordum borealis qvartæ portum ingrediuntur, qvibus præfuerunt Axelius Juel & Christophorus Trundson, qvos comitabatur, Olaus Hialti filius, Regium habens Diploma editum Flensburgi die Veneris post qvasimodogeniti, hujus anni, qvo Jonæ Arii sententia de ipso priore anno lata penitus tollitur,

(a) *BIÖRNUS* de *Skardsaa* dicit Christianum Tertium fugitivos ab Edvardo Qvinto tradi postulasse; qvod si qvid veri habet, non de Edvardo Qvinto, sed Sexto, aut nostro judicio, de Maria Regina dicendum fuerat; illa enim ineunte anno 1553 fratri successit, & qvoniam Catholicæ Religionis supra modum amans fuit, eidem addictis & præsertim Episcopi Catholici & Martyris, ut volunt Catholici, necis ultoribus libentissime patrocinata creditur. Succedente tempore ipse Rex etiam qvibusdam sicariorum gratiosissime restitutionem in integrum concessit, inter qvos Erlendus Thorvalldi anno 1558 die 27 Jan. literas securitatis testes nactus est. Conf. supra pag. 320 sq.

tollitur, & ut infecta esse jubetur, ipsiqve presbyterii honor & Præbenda Laufaasensis restituitur. Regii autem in mandatis habuerunt, comprehenso aut occiso Jona Arii filio, Olaum Holanæ dioeceseos Episcopum declarare, incolarumqve obedientiam ei conciliare, usqvedum aliter Regiæ Majestati decernere placuerit. Præterea illis injunctum fuit, ut cum 300 militibus, longis armatis sclopetis, exscensionem faciant, Jonamqve, aut Holis, qvos eum munimento firmasse Rex ait, aut ubicunqve cum reperire possint, adoriantur & capiant, cædantve, incolas autem in Regis verba jurare adigant (a). Sed ad australem insulæ oram in portu Hafnfiordensi visus est Otto Stigoti, unicam habens triremem, qvi Gislaum Jonæ secum habuit, itidem a Rege honori & Præbendæ Selardalensi restitutum (b). Ex qvibus omnibus patet Regi relatum, aut ipsum imaginatum fuisse magnam Islandiæ partem defecisse, qvapropter Stigotio injungit, ut nulli parcat operæ, eandem in obedientiam reducere. Deinde ut Aræsonii copias fundat & fuget, ipsum vero, si fieri possit, captivum ad se vehat, deniqve Martinum a captivitate liberet, aut si mortuus sit vel eum liberare non possit, alium ejus loco constituat Episcopum. unde liqvet Martinum ante mercatorum discessum anno 1550 vinculis solutum non fuisse (c). Tot Præfectis, tantisqve copiis ut auxilio & subsidio venirent, Rex, cujuscunqve Qvartæ Magnatibus, gratiosissimis mandavit literis; qvi fuerunt: Erlendus Thorvardi, Australis & Orientalis Islandiæ Nomophylax, Paulus Vigfusi de Hlidarenda, Ejolfus Einari de Dal, Jonæ Episcopi gener, Biörnus Erlendi de Ketilstad, Biörnus Jonæ de Ejvindaraa, Thorlevus Grimi de Mödruvöllum Arii Episcopi filii socer, Thorstenus Fimmbogi de Hafrafellstungu, Jonas Magni de Svalbard Biörni Episcopi filii socer; Ormus Jonæ de Draflastad, Egillus Jonæ de Skard (d). Tandem

(a) Vid. supra pag. 306.

(b) Vid. ibid. pag. 277 & Summe Ven. *HARBOE* loc. cit. Tom. 7. pag. 84.

(c) Sunt & antiqvorum qvidam, qvi Martinum captivitate detentum fuisse usqve post prælium Saudafellense, & a Sigurdo tandem Jonæ filio dimissum fuisse, postqvam hic patris & fratris infortunium inaudiverat.

(d) Vid. supra pag. 303. Ex his tres primi fuerunt incolæ australis Qvartæ, ubi notandum generum Episcopi, qvi hic tertio loco nominatur fuisse Ejolfum Einari, sed non Einarum Eiolfi, ne confundatur aut cum patre aut cum filio, qvorum utriqve nomen

Tandem etiam ad Davidem Gudmundi filium de eadem re hoc anno dedit clementissimas literas (a).

§. 62.

Licet vera hujus expeditionis causa Holanæ dioeceseos incolis notissima esse posset, placuit tamen Regiæ Majestati eandem patentibus literis penitus illis inculcare, ut & eosdem, si modo bellicosus Præsul (qvem in vivis esse putavit) jam pro suo more rebellare velit, ab ejus obedientia auxilio & consortio dehortari, ni pœna rebellibus digna affici malint; omnibus tandem justum & pium regimen a se exspectare mandans (b); Tandem etiam vigilantissimus Islandiæ Ecclesiæ Inspector D. Petrus Palladius suam adjecit symbolam, mittendo ad Clerum Holanum literas paræneticas, qvibus primo in Aræsonii malitiam & cæcitatem invehitur, deinde ad Olai Hialtidæ laudes conversus; bonam etiam se de Sigurdo Episcopi filio spem habere contestatur, reliqvos vero omnes his dissimiles, qvi in tam clara Evangelii luce caligare malunt, qvo ad resipient, ab officio removet; tandemqve qvædam de vera verbi divini prædicationis methodo subjungit (c).

§. 63.

Cum autem Regii Præfecti & Legati Islandiam appellentes, contra spem, sublato rebelle Episcopo, omnia pacata invenirent, qvod agerent potissimum erat, incolas in verba Regis adigere, prout in mandatis habuerunt; Julius itaqve & Trundsonius Holanæ dioeceseos, utriusqve, tam Ecclesiastici, qvam Politici status incolas Oddeyram ad Eyafiord convocarunt,

---

nomen fuit Einarus Ejolfi. Duo, qvi hos seqvuntur sub Biörni nomine, fuerunt incolæ Qvartæ orientalis; Qvinqve reliqvi Holanæ dioeceseos cives fuerunt; At solus David hic pro Qvarta Occidentali apparet.

(a) Vid. Illustriss. *HARBOE* loc. cit. Tom. 7. pag. 87.

(b) Vid. Summe Vener. *HARBOE Afhandl. om Reform. i Island* in *Kiöbenb. Selsk. Skrifter* Tom. 7. pag. 88.

(c) Vid. loc. cit. pag. 97.

carunt, qvi Regi præstiterunt homagium (a), sed in Skalholtina diœcesi Stigotius, multitudine ad consvetum comitiorum locum ac diem, per Martinum Episcopum, convocata, eandem eodem modo in Regis verba jurare adegit (b). Tandem qvoqve accepto homagio, Julius & Trundsonius per Ormum Sturlæum, Occidentalis & Borealis Qvartarum Nomophylacem, 24 denominari curaverunt judices, viros ordinis Politici præstantissimos & juris Islandici scientissimos, qvi, præsidente ipso Nomophylace, Jonam Episcopum ejusqve filios Biörnum & Arium rebelles ac perduelles fuisse declararunt, omnesqve eorum possessiones ad compensandas, qvas in hanc expeditionem Rex fecerat, impensas, ipsius fisco adjudicarunt (c).

§. 64.

Peractis qvæ Oddeyræ agenda erant Trundsonius & Julius cum globo armatorum Holas pertenderunt, indeqve omnia qvæ alicujus pretii videbantur & invenire potuerunt, interqve ea magnum illum aureum templi calicem, aliaqve ejus cimelia, abstulerunt, sed qvod perpaucos ibidem reperirent homines, displicuisse fertur, pleriqve enim Episcopi domesticorum sibi ab eis timentes, eorum congressum vitabant, ideoqve ante eorum adventum se suaqve omnia in latebras abdiderant. Helga autem, Episcopi concubina, cum paucis aliis magnam æstatis partem cinerei coloris utens tentorio, in altissimo monte, cui nomen est Glóafeyker, se continuit. Hanc, cum ob instantem navigationem, qvam maturare necessum duxerunt, convenire non possent, dicam ei per Thorsteinum Jonæ scripserunt, qva omnia ejus, comitumqve Jonæ & Gotskalki bona Regio fisco adjudicari postularunt, qvam causam Ormus Sturlæsonius Borealis qvartæ Nomophylax ad Vallalaugam die Veneris ante festum Thorlaci delegatis judicibus secandam commisit, qvi eam graviorem, qvam ut ab iis dirimi posset, sentientes, ad Judices in eodem loco die Mercurii post festum Michaëlis sapientiores undiqvaqve congregan-

(a) Vid. loc. cit. pag. 90.
(b) Vid. ibid. pag. 93.
(c) Vid. ibid. pag. 94.

gregandos eandem relegarunt (*), sed qvænam causæ capita fuerint, & qvalem habuerit finem, nobis ignotum est, verosimile autem est fuisse tantum aliqvam male fundatam suspicionem, qvæ aut probari non potuit, aut patefacta veritate evanuit.

Litr. A.

(a) Salutem & indissolubile charitatis ac fraternitatis vinculum in Christo continuo observandum. Kiærliga og uinsamliga þöckum vier ydur

---

(*) *Nos Magnus Biörni, Thorsteinus Gudmundi, Semundus Simonis, Oddus Philippi, Thorgrimus Gudmundi, & Magnus Jonæ, bonis omnibus notum facimus his nostris patentibus literis, qvod die Veneris proximo ante festum Thorlaci æstivum ad Vallalaugam in legitimo trium tribuum foro judices delegati fuimus a Viro honorando Domino Ormo Borealis & Occidentalis Islandiæ Nomophylace, ad dispiciendam, examinandam; exactaqve decisione dijudicandam illam accusationem, qvam Thorsteinus Jonæ loco Christophori Trundsonii & Axelis Julii contra Helgam Sigurdi filium ejusqve comites Jonam & Gotskalkum proferebat, ita sonantem, qvod universa illorum bona fisco Regio deberi palam pronuntiaverint. Primo itaqve iisdem literis observatis, nihil ista de re in præsentiarum judicare potuimus, propterea qvod in tam gravibus causis sapientissimorum aeqve ac probatissimorum virorum judicium reqviri nobis videretur. Proinde in nomine Dei amen, omnibus ita examinatis & coram nobis prolatis, omnes illas causas absoluta judiciali sententia ad Vallalaugam denuo relegavimus, die Mercurii festum Michaëlis proxime subseqvente, sub judicium Nomophylacis proborumqve virorum, a sapientissimis utpote tum ibidem pronuntiandum. Præterea omnes Toparchas, qvi Regiis præfecturis funguntur, itemqve eorum Assessores Judiciarios, & Juratos Regis viros, ut præstituto loco & die compareant, jus Regis promoturi, singulosqve Toparchiarum Præfectos, ut in sua qvisqve provincia Assessores suos Judiciales hac de re faciant certiores, nisi legitima prohibuerint obstacula, obligatos judicavimus. Siqvis autem ad stabiliendum Regis jus non comparuerit, atqve ideo & Regia Majestas jure suo exciderit, & qvi rei sunt promeritum judicium non subierint, eidem qvatuor marcarum mulctam Regi solvendam irrogavimus, si nimirum citra sonticam causam se non stiterit. Qvi vero jusjurandum violaverint, illis mulctam, qvam leges, jus Regis stabilire recusantibus dicunt, pendendam judicavimus. In cujus rei veritatem laudatus Nomophylax Ormus Sturlæ filius hoc nostrum judicium nobiscum approbavit, suumqve Sigillum una cum prædictorum virorum Sigillis ei appendit, scripto eodem loco & die, anno a nato Salvatore M D LI.*

(a) Amicissimas pro omni vestra benignitate, & sigillatim humanitate, qvam Legatis nostris peregre constitutis exhibuistis, gratias vobis habentes, fraternitatem vestram, pacti inter

ydur öll gódheit, oc sierliga þá heidarlega æru er þier sýndut vid vora sendiboda utanlandz. Trúum vier ydar bródærni sie minniligtt hvad þier oc Vier höfum medlofast sem beggia ockar brief med innciglum innehallda, hvad vier vilium oc skulum ad Gudz vilia vel hallda, oc þad sama treystum til ydar Nádar. Wm þad Biarnarnes oc þá penninga sem Teitur Þórleifsson átti til forna oc Herra Kong Fredrich gódrar minningar hefur seltt, oc Vier hofum fullum peningum bítalad. Bidium vier kiærliga ad ydar bróderni villdi láta koma til skodunar þau skiríke sem þar eru um giörd af ydrum partte oc vorum bádum ockur nærverandi. Þuí fyrir margra greina skulld villda ec giarna ad þier settud einn stad oc dag ad vid mættum persónuliga finnast oc í þeim fundi mætte audvelldliga skodast þad ydur oc oss best sómer. Er oss sagtt ad þier vilied reisa ydar visitationem nú í sumar í Vestfiördu, oc ef svo er þá verdur þad minnst ómak ad vid finnust í Hrútafirdi vill ydar Nád svo vera láta, þá villdum vier giarna þier lietud vndervísa oss þad oc annad sem ydur best líkar, med vorum þienara Olafi Ormssyne, kann seigia ydur nockud af vorum partti þad vier hofum honum vndervísad. Cum his paucis valete oc iterum valete deo summo optimo fœliciter.

Reverendo in Christo patri Domino Gissero Episcopo Schalholltensi detur hoc in caritate.

---

inter nos sanciti, qvod utriusqve nostri signatæ literæ continent, memorem esse, confidimus, idqve etiam qvoad prædium Biarnanes, nummosqve Teito Thorlevio olim possessos, qvos Dominus Rex Fridericus (bonæ memoriæ) justo nobis ære vendidit. Rogamus igitur amicissime, vestra fraternitas, documenta hac de re a vestra nostraqve parte producenda, utroqve præsente, examini submittere velit; multis enim de causis certum aliqvem locum diemqve conventui nostro destinetis, velim, in qvo, qvæ vos nosqve qvam maxime decent, facillime possunt examinari; Igitur, si, qvæ vos solitæ visitationis iter in Qvartam occidentalem instituendum determinasse, nos edocuit, verax existat fama, majoris commodi ergo, in tractu Hrutafiord nos convenire juvabit, qvod si adprobet clementia vestra, illud, ut & qvæ alia nobiscum communicare vobis placuerit, per famulum nostrum Olaum Ormi, qvi &, qvæ ipsi patefecimus, a nostra parte vobis referet, rescíscere exoptamus. Cum his paucis valete & iterum valete, Deo summo optimo feliciter commendati.

Litr. B.

(b) Heilsa mínum bródur Herra Jóni med Gudz nád biskupe ad Hólum, laugmönnum oc nádugasta herra Kóngsins fóvita oc heidursamligum mönnum lærdum oc leikum á alþíngi med Guds kvediu oc minne. Vitanlegtt giörande ad fyrer nockurar hindrunar saker kann ec nú um sinn persónlega ecki híngad ad koma, hvad ec hefde annars giörtt mínum kiæra bródur oc herra kóngsins fóvita oc öllum dándimönnum til vilia, einkum þar þörf hefdi giörst nádugasta herra kóngsins vegna, hvar ec tel mig skylldugann til vera, oc vil mig þar til jafnlega reidubúinn oc velviliadann láta finna. Er sú sierdeilis mín ósk oc bón ad minn bróder biskup Jón, landstiórnarmenn oc heidursamliger innbyggiarar þessa landz sieu aller tilhneygdir til kristiligrar eindrægni oc almennilegs fridar, hvad ec giarnan þægia ath allar ágreiningar mætti nidursetiast gudi til heidurs enn gódum mönnum til vnadsemdar. Hier med er ec ydur alla fyrer líf oc sál allzmekttugum gudi bísalandi. Skrifad í Schalholltti Aarum eptter Gudz burd M.D.XLIIII.

Litr. C.

(c) Gratia & pax a Deo per Jesum Christum. Kunngiöre eg ydur ath ec hefi feingid fulla vissu af ydrum ferdum í austfiördu oc Biarnanes,

---

(b) Fratri meo Domino Jonæ Dei gratia Episcopo Holensi, Nomophylacibus, & Clementissimi Domini Regis Qvæstori, ut & honorandis viris, tam clericis, qvam laicis, in Comitiis generalibus præsentibus, salutem Dei & meam mitto. Notum faciens, qvod, ob certa qvædam impedimenta, hac vice ipse per me illuc venire neqveam; qvod cæteroqvin, in dilecti mei Fratris, Domini Regis Qvæstoris, & omnium virorum discretorum gratiam, fecissem, præsertim cum Gratiosissimi Domini Regis ergo opus fuerit, qvod mei esse officii agnosco, & ad id jugiter paratum & lubentissimum me profiteor. Præcipuum meum petitum est & votum, ut Frater meus Episcopus Jonas, membra regiminis & honorandi hujus insulæ incolæ, christianæ concordiæ & paci publicæ, in unum omnes, studeant, in votis enim hoc mihi est, ut omnes simultates, in gloriam Dei, & bonorum virorum beneplacitum cessent. Cum his vos omnes, tam qvoad animum, qvam corpus, omnipotenti Deo commendo. Skriptum Skalholti, anno a nativitate Dei 1544.

(c) Gratia & pax a Domino per Jesum Christum; Notum vobis facio, qvod mihi de profectione,

nanes, oc Þier hafid þadan haftt nockura peninga oc látid byggia jarder &c. Vndrar mig stórliga þvi Þier haffid svo giortt, hvad ec veit ongva von til ad þier hafid nockurtt skial þar til feingid af nádugasta herra kónginum oc hanns heidursamliga Ríkisradi, sídan sá dómur giördist þar vm á alþingi ockar í mille, sem ydur er velkunnigtt, oc ec reidi mig vppá oc hefi reitt ad hallda. Þar fyrir vil ec ydur kunngiora, ad ec má med önguu móti nie vil þessar eigner afleggia, audruvís helldur enn dómur þar vm giördur innehelldur, oc vier báder höfum ordid ásátter oc ockur látid líka. Cum hiis &c. Ex Schalholltt 4 die Octob. Anno M.D.XL.V.

Litr. D.

(d) Felicitatem in Jesu Christo salvatore nostro vobis exopto. Fieck ec ydar brief ad heyra er þier lietud ydvarn Capellan í Schalholtti vpplesa feria qvarta qvatuor temporum aduentus oc vnderstód ad þier villdud ad reikningskapur kirkiunnar (sem ec hafdi vmskrifad) yrdi stadinn í þridiu viku páska nú þetta ár midvikudag oc fimtudag næstann epter Krossmessu, Enn saker þeirra kirkiunnar vtuega oc naudsynia sem í greindann tíma vidliggia kann eg þar ecki til ad komast af mínum parti, þuí hliota þær anner af ad líða ádur ec set prestastefnuna, ei sídur suo adrer

fectione vestra per qvartam orientalem Biarnanesum usqve liqvido constat, & qvod inde bona qvædam abstuleritis, fundosqve qvosdam elocaveritis &c. Cum vero post promulgatum in foro generali judicium, qvod vobis satis notum est, ad id faciendum Vos aut a gratiosissimo Rege, aut Regni Senatu, ulla autoritate instructos esse nesciam, vestrum factum non satis mirari possum. Cumqve confidam justam me tueri causam, vobis indicare volo, qvod has possessiones alio modo, qvam qvem determinat ea de re inter nos, utroqve consentiente, facta sententia, amittere nec possim, nec velim. Skalholti 4 Octobris 1545.

(d) Felicitatem in Jesu Christo salvatore nostro vobis exopto. Literas vestras audivi, qvas per Capellanum vestrum, feria qvarta qvatuor temporum Adventus, Skalholti, recitari curastis, &, ut rationes templi, de qvibus perscripseram, tertia hebdomade post pascha anni præsentis, feria scilicet qvarta & qvinta proximis ante Inventionem Crucis, componantur, vos velle, percepi. Sed ob negotia ecclesiæ, qvæ dicto tempore peragi necessario oportet, mihi per me tunc adesse non licebit, ista scilicet dicta negotia perficienda sunt, priusqvam ego Synodum habere qveam, qvin &

adrer dándimenn kunni þess audvelldligar til ad koma, hvad ydur skal í gódann tíma verda. Kunngiörist ydur oc ad ec hefi sannspurt ad Eyólfur bónde Einarsson hefur lögfest Biarnarnes oc þær eigner sem þuí fylgia, svo og bygt sumum bændum heima vegna biskups Jóns. Enn má vel skie ad þier vilied greindar eigner ecki afleggia wid Schálholltz dómkirkiu í ydrar lífstíd sem testamentum brief ydvart hliódar vppá hvad ec villdi ad þier giördud mier nockura ávísan á. Sægi ec giarnan ad heilog kyrkia mætti hallda sínum hluta óskiertum villdu þier hennar vnna sagdra eigna. Suo munu þier oc spurt hafa ad ec villde giarnan ad Reykir í Aulvesi drægist ecki undan dómkyrkiunni megi sú jörd hennar riettilig eign vera. Villdi þier oc tilleggia, ef ydur þyckir riettur tilstanda ad sama jörd skickist aptur kirkiunne fyrer vtan alla kífne edur ómak, sægi ec helst, þuí ec uil giarnan eiga allt gott vid ydart fólk mier ad vítalausu. Cum hiis paucis Omnipotenti Deo totiqve ejus celesti exercitui æternaliter nos commendo.

Litr. E.

(e) Giöri gódum mönnum kunnigt med þessu mínu opnu briefi, sakir þess ad kaup biskups Augmundar oc Teits Þorleifssonar hefur verid

---

& aliis viris discretis hanc eo facilius freqventare licebit, tempus vero (synodi habendæ) vobis mature indicabitur. Notum vobis esto me vere compertum habere, qvod Dominus Eyolfus Einari, nomine Episcopi Jonæ, Biarnanesum cum cæteris prædiis ad id pertinentibus, hujus esse peculium publice proclamaverit, & cum illorum admodiatoribus qvibusdam contractum iniisse. Qvod si dicta prædia, ex testamenti vestri tenore, qvoad vivetis, templo Skalholtensi tradere volupe non fuerit, ut me certiorem reddatis, rogo. Nam ut sancta ecclesia sua sarta tecta retineat, si dicta illi prædia addicere vobis libitum fuerit, in votis habeo. Ita & notum vobis erit, me nolle ut Reyki in Ölveso a templo cathedrali abalienentur, si modo, prædium illud hujus peculium esse, evinci potuerit. Qvod si & vos operam vestram collocetis, ut, modo jure agi vobis videatur, dictum prædium templo absqve litibus & molestia restituatur, res mihi esset gratissima, omnia enim cum vestris familiaribus qvam amicissime peragere, ne qvæ tamen in me culpa sit, studebo. Cum his paucis omnipotenti Deo, totiqve ejus cælesti exercitui, æternaliter vos commendo.

(e) Per has patentes omnibus viris discretis notum esto, cum permutatio ab Episcopo Augmundo & Teito Thorleifi filio peracta, legitima & in omnibus valida decreta fuerit, ut

verid dæmt laugligt oc mindugt í allann máta epter þuí sem uppa á hlýda dánúmanna dómur med óskaunddum oc heilum þeirra hángondum innsiglum, fyrirbýd ec nockurum manni bædi Eyolfi Arna (Einars *rectius*) syni sem ödrum ad byggia edur bæla neinar þær jarder sem Biarnarnesi tilheyra, utan þeir taki þær epter lögum af mínum vmbodzmanni Síra Arna Jónssyni enn öngvum ödrum oc svari honum öllum laugskilum sem til heyrer, þuí þeim helld ec til laga epter saugdu kaupi fyrer öllum oc sierhvörium. Enn hvor sem ödruvís dirfist ad giöra viti sig epter laugum þar fyrir svara skula oc til sannenda. Scriptum Schalhollti die Julii MDXL.

Litr. F.

(f) Svofelld verk liet biskup Jon Arason giöra oc hans syner Are oc Síra Sigurdur oc þeirra menn flester sem í þeirra reid voru mier Indrida Ketilssyne. Item ráku saman oc burt úr minne jördu oc heim til Biarnanesss tuttugu annars hundrads ásaudar oc tuttugu kýr oc suelltu inne í fiögur mál oc var komid ad köfnun. ráku kapla úr mínu lande alla, suo ec hafdi ecki epter af þriátíu nema þrevett hross oc þrevetrann hest, oc þó var hann í láne. Tóku fimm undan heyflutningi þar á hladinu vid

---

ut virorum frugi sententia judicialis cum integris & salvis eorum sigillis appensis testatur, me homini cuilibet, tam Eyolfo Einari filio, qvam aliis, prohibere, ut ulla prædia ad Biarnanesum pertinentia elocent aut occupent, nisi ex juris præscripto illa a meo mandatario, sacerdote Arna Jonæ filio, sed nemine alio, utenda accipiant, & illi omnia officia legitima præstent; Ego enim dictum permutationis contractum contra omnes & singulos in foro tuebor. Qvicunqve contra hæc aliqvid committere ausus fuerit, se ex juris præscripto satisfactionem redditurum fore scito. In qvorum testimonium &c. Scriptum Skalholti die Julii 1540.

(f) Seqventia in me, Indridum Ketilli filium, committi curavit Jonas Arii filius Episcopus, ejusqve filii Arius & presbyter Sigurdus, & eorum asseclarum pleriqve: Centum & qvadraginta oves lactarias, & viginti vaccas, in unum coactas, de meo fundo Biarnanesum abigebant, & per qvadraginta octo horas, inclusas & suffocatas fame cruciabant. Omnes de meo fundo eqvos abegerunt, ita ut de triginta eqvis solummodo mihi unica eqva trima superfuerit, & unus eqvus trimulus, qvem tamen alii tum utendum commodaveram. Qvinqve eqvos, in platea apud struem lignorum, qvi fœno domum vehendo adhibebantur, frenis ac ligamentis dissectis, rapuerunt,

vid, vidinn, skáru í sundur beisl oc giarder, hinn setta tóku þeir vid vidin vndan syne mínum, ad ec senda hann heim, oc var hann farlama epter, ridu þeir aptur oc fram um sveitina, töfdu verkum fyrir fólki mínu, gistu þar átta, var þar fyrermadur Síra Olafur Hialltason oc hanns fylgiarar, Síra Högni, Síra Illugi Gudmundsson, Síra Ketill Hallsson, enn þá þeir í burt ridu, þá tóku þeir minn fenadarmann er hann flúdi undan þeim sem fienad tóku oc reid hann í móti þeim sem úr hladinu ridu oc fluttu hann heim til Biarnanes vm þverbak hanns siálfs fienadarkapli, hielldu hönum naudigum, færdu hann úr sínum fötum, ógnudu hönum med vöndum, byssum oc vopnum, lietu hann fara naudigann sudur yfer fliót oc þar um sveitina, þóttist hann þar af þvíngan fengid hafa af þeirra vondri medferd. Item sendi biskupinn þángad sína tvo sveina til ad vardhallda þar, hvörier vóru med pilltayrdum oc svo giördum sem uar Síra Þorkell Olafsson oc Olafur Tumasson hvör ad var med pilltskap, lagdi þad biskupinn ályktarord ad hann skylldi senda þángad sína tuttigu sueina ad eyda oc uppeta minn kost, sem Are audsýnde sig í því ad hann reid af stad oc ætladi til mín oc fiell af baki í heimalæknum á blákaf oc vard ad taka klædaskipte oc hnekti þad ferd hans ad því sinne. Item tóku oc gripu sídan tuttigu kapla í burt med ser, ellifu hesta, tveir bleika-

---

erunt, sextum, qvo filius meus vehebatur, qvem domum miseram, qviqve ideo ab itinere impeditus remanere cogebatur, abstulerunt. Illi ultro citroqve per hunc provinciæ tractum eqvitabant, operas meas in laborando impediebant, & octo eorum, qvorum primipilus erat Olaus presbyter Hialti filius, cum asseclis, Högnio presbytero, Illugio presbytero filio Gudmundi, Ketillo presbytero filio Halli, (ingratiis mei) pernoctabant. Qvi inde reversi, opilionem meum, illos qvi pecora abigebant, fugientem, & hos domo mea abeqvitantes offendentem, capiebant, & dorso eqvæ, qva pecora cogere solitus erat, transversum alligatum, Biarnanesum avehebant, & invitum retinebant, vestibus exuebant, & virgis, sclopetis & armis ei minabantur, ac invitum ultra fluvium, & per ulteriorem tractum ultro citroqve, secum abducebant, unde & hic ab illis se vexatum & male habitum fuisse conqvestus est. Præterea Episcopus duos suorum satellitum, Thorkelum scilicet presbyterum Olai filium, & Olaum Thomæum, qvi in excubiis essent, huc misit, qvorum hic neqvitiæ specimina edidit. Episcopus qvidem sententia edixerat, missurum se huc viginti suorum satellitum, qvi copias meas consumerent & exederent, cujus & rei specimen Arius edidit, qvi abeqvitans, me invisurus, de eqvo in rivum Biarnaneso vicinum decidit, totusqve adeo submergebatur, ut vestes mutare necessum habuerit, qvi casus expeditionem illius ea vice distulit. Exinde viginti eqvos mihi ablatos abegerunt, undecim

bleikalótter, annar koſtaheſtur, þrír rauder, aller væner heſtar, einn glóföxóttur ſtór oc roſkinn nockud, þrír jarper. oc voru tveir grader, tvö hroſs ſtór oc úng, annat lióſt, enn annat bleikalótt, tvö folölld, hefi ec þeſſa kapla alldre fengit, nema folalldit annat, enn hin þriú hroſſin med folölldunum feck ec eigi fyrr enn um allra heilagra meſſu, er her til vitnis allt mitt heimafólck oc aller í þeirre ſveit, reid hann vid ſeinaſta med allan ſinn flock hvar helldr ſtód ógn af., var ec þá ridinn upp til Stafafells, þeir ötludu mic upp ad rída; hafa þeir þeſſa peninga í ongvo mínu frelſi hvorcki fyrir mer ne mínum erfingium.

Vitnisburdur um þetta.

Þad medkennunſt vier Alexſander Haflidaſon, Arne Eyolfsſon, Jon Þórſteinsſon, heimilis búdar (*forſan* kvidar) vitne, Síra Oddur Ivarsſon, Einar Peturſſon, Einar Ormsſon, Þorarin Henrichſon, Anno Chriſti M.D.XL.VII ad vier vorum vidſtadder í Arnaneſi oc Biarna í Hornafirdi ſáum oc heyrdum ſvofelldan verknad biſkups Jóns Araſonar oc hans ſona Ara oc Síra Sigurdar oc margra annara þeirra fylgiara, Síra Olafs Hiallraſonar Olafs Tumasſonar med þeirra fylgiurum, ad þeir gripu oc

---

undecim ſcilicet eqvos (adultos), duos lutei coloris, qvorum alter tolutarius, tres rufos, omnes magni valoris, unum jubæ flavidæ, grandem & aliqvantum annoſum, tres badios, qvorum duo erant admiſſarii, duas eqvas grandes & ætatis non provectæ, alteram glaucam, alteram giluam, & duos pullos eqvinos. Has eqvas, præter alterum pullum, nunqvam, reliqvas autem tres eqvas cum pullis, tandem circa tempus feſti omnium Sanctorum recuperavi, qvorum omnium meos domeſticos & contribules anteſtor. Ille demum cum tota ſua cohorte abeqvitavit, qvi, ubicunqve aderat, terrorem omnibus incutiebat. Ego tunc Stafafellum iter feceram, illis vero me eqvitando aſſeqvi conſtitutum erat. Dicta illi bona, nulla mea, meorumve hæredum venia, retinent.

Hac de re teſtimonium:

Nos Alexander Haflidi filius, Arnas Eyolfi, Jonas Thorſteini, teſtes domeſtici, Oddus presbyter filius Ivari, Einarus Petri, Einarus Ormi, Thorarinus Henrici, confitemur, qvod anno Chriſti 1547 Arnaneſi & Biarnaneſi in Hornafiordo præſentes eramus, videbamus & audiebamus talia facta Epiſcopi Jonæ Arii filii, ejusqve filiorum Arii & presbyteri Sigurdi, & multorum aliorum hos ſtipantium, presbyteri Olai filii Hiallti, Olai Thomæi, & illorum comitum, qvod omnia armenta &

oc ráku alla lifandi peninga ſem þeir nádu oc fundu, naut oc ſaudi oc kapla Indrida Bónda Ketilsſonar frá Arnaneſi med ſoddan adburdum ſem þeſſi fyrr ritud ſkrá innehelldur, innſettu oc ſulltu í fiögur mál ſo ad koſnad komid var, hier med hefur hann alldrei aptur feingid tólf heſta oc tvær heſtamædur, hier med viſſum vier ecki annars enn hann mundi kúgadur oc naudgadur í burt hafdur, hefdi hann nádſt, hier med var hanns heyſkapur ſkadliga hindradur &c. Hier epter vilium vier ſveria ef þurfa þikir, oc til ſanninda hier um ſetium vier vor innſigli fyrir þetta vitnisburdarbrief, ſkrifad í Einhollti XVI dag Maji mánadar nockrum árum ſídar enn fyr ſeigir &c.

Litr. G.

(g) Þad giörum vier Tumas Eireksſon, Þorſteinn Gunnarsſon preſtar, Grímur Jónsſon Einar Einarsſon, leikmenn, gódum mönnum kunnugtt med þeſſu voru opnu brefe ad þá lidit var frá híngadburd vors herra Jeſu Chriſti M.D.XX oc tvö ár á Hólum í Hialltadal á Uppſtigningardag, vórum vier í hiá, ſáum oc heyrdum á, ad Jón preſtur Araſon ættleidde fiögur ſín börn er ſvo heita: Are, Magnús, Biörn, Þórunn ad þeſſum ſkilmála; ad nefnd Þórunn ſkyllde taka jafnann hlut vid brædur

---

& pecora, qvæ aſſeqvi potuerunt & invenerunt, boves, oves & eqvos Domini Indridii filii Ketilli de Arnarneſo, eodem, ac antea ſcriptum eſt, modo, rapuerunt & abegerunt, per viginti qvatuor horas fame cruciaverunt & incluſerunt, ita ut fere ſuffocata fuerint. Ille præterea duodecim eqvos & duas eqvas matres nunqvam exin recuperavit. Novimus &, qvod ille violenter habitus, & coactus fuiſſet abductus, ſi illi eum aſſeqvi potuiſſent, nec non qvod labor fæniſecio ejus impendendus, ejus damno fuerit retardatus &c. Hæc, ſi opus viſum fuerit, juramento confirmare ſpondemus. In qvorum teſtimonium nos ſigilla noſtra huic inſtrumento teſtimonii apprimimus, ſcripto Einholti, die ſedecimo menſis Maji, paucis poſt annis ac ſupra.

(g) Nos Thomas Erici, Thorſteinus Gunnari, ſacerdotes; Grimus Jonæ, Einerus Einari, laici; bonis viris per has noſtras patentes notum facimus, qvod anno a nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti 1522, Holis in Hialltadalo, feſto Aſcenſionis, præſentes eramus, videbamus, & audiebamus, qvod ſacerdos Jonas Arii filius, qvatuor ſuos liberos, qvorum nomina: Arius, Magnus, Biörn, & Thorunna, adhibita hac conditione adoptavit, ut Thorunna in æqvalem cum (ſingulis) fratrum ſuorum de ſorte integra

brædur sína ad óskiptum arfe. Samþyktte þessa ættleiding Halldóra Magnúsdótter skilgietin módursyster fyrrnefndz Síra Jóns er þá stód næst arfe eptter hann, med handabande, jáyrde oc fullu upplagie síns arffs, Item geingu aller þesser fyrrnefnder menn fyrer kyrkiudyr sem *Lögbók* vóttar, halldande aller á einne bók ad nefndum Síra Jóne Arasyne svo mælande: *Jeg Jón prestr Arason ættleidi Ara Jónsson, Magnús Jónsson, Biörn Jónsson, Þórunne Jónsdóttur, til arfs eptter mig, til fiár þess er eg gef þeim til gialldz oc til giafar, til sess oc til sætis, oc til alls þess riettar sem* lögbók *skírer ad ættleidingur á med lögum ad hafa.* Hier til gaf Sera Jón fyrrnefndum börnum eina bók hveriu þeirra, enn Þórunni gaf hann eina sylgiu gyllta med silfur. Og til sanninda hier um setium vier fyrrnefnder menn vor innsigle fyrir þetta giörningsbrief er skrifad var í sama stad er fyrr segir, fimttudaginn í páskaviku árum epter guds burd M.D.XL. oc eitt.

Litr. H.

(h) Nád oc fridur Jesu Christi sie med ydur Herra Johann Friis míns nádugasta herra kóngsins Canziler. Wid vilium ydur witanligtt giöra þá storu tvídrægne oc óvilia sem hier hefur wered nú í Islande hvernin þad kemur til oc þad sem sannleikur skal med fundinn verda.

 I

---

integra hæreditatis partem succederet. Qvam adoptionem Halldora filia Magni, dicti sacerdotis Jonæ matertera legitima, qvæ tunc ejus erat hæres ab intestato, stipulata manu, assensu & totali hæreditatis renunciatione approbavit. Item omnes prædicti viri, ex præscripto *Codicis Legum* ad fores templi se conferebant, & omnes unum librum tenebant, dicto sacerdote Jona Arii filio verba sic præeunte: *Ego Jonas presbyter Arii filius, adopto Arium Jonæ filium, Magnum Jonæ filium, Biörnum Jonæ filium, Thorunnam Jonæ filiam, ad succedendum in facultates qvas reliqvero, ad bona qvæ illis dedero, sive illa dono, sive debiti nomine, abalienaverint, ad locum honoratiorem & dignitatem, & ad omne jus, qvod* Codex Legum *adoptivo competere debere asserit.* Præterea sacerdos Jonas singulis prædictorum liberorum librum, Thorunnæ autem fibulam argenteam deauratam dedit. In qvorum testimonium nos prædicti viri sigilla nostra huic instrumento apprimimus, scripto in loco prædicto, feria qvinta paschatos, anno post nativitatem Dei 1541.

(h) Domino Johanni Friis Clementissimi Regis Cancellario; Jesu Christi gratiam & pacem! Ingentem illam, qvæ his temporibus in Islandia viguit, discordiam & inimicitias, ut &

Í fyrstu höfum vid med verid þá fángadur war Martheirnn Einarsson eptter dóme fyrir sínar stóru ódygder sem hann giorde hier í landid. Fyrst hlióp þesse Martheirn úr landinu med faulskum briefum sem hann let skrifa uppá XXIV kennemenn ad hann være kiörenn ad vera biskup í Skálhollti, oc þeir sem hann kiöru voru ecki meir enn VI eda IIX prestmenn öllu landenu í móti oc so kóngsins retti. Hier ofaná let hann taka vortt góts oc villde forráda ockarnn faudur Biskup Jón oc liet hann oc alla hanns dóma oc giörninga ónyta giöra. Hier til gaf hann Lafrans Múla peninga ad hann skyllde styrkia hann til svoddann vondra giörninga. Item hefur sá hinn same Lafrans Múle farit med órietti oc lygum úr landinu oc inn aptur í landid oc látid mikid óriettferdugtt góss oc penninga eptter í landinu eptter því sem dómur hefur ádur á hann fallid á alþinge Ec trúe ad hann hefde alldrei med lífenu komest af landinu hefde hann ecke notid wors náduga Herra Christians Fridrichssonar. Svo oc eru hedan hlaupner nockrer óærleger menn med skipum af landinu sem í fyrstu nefnist Petur Einarsson, Brynjolfur Jónsson, Gunnlaugur Árnason múnckur, Olafur Hiallts on; þesser aller hafa fyrir sín vond ord, þiófnad oc gudlastan hlaupid út af landinu.

Nú höfum vid skrifad ydur riettann sannleika hier af svo sem vid viljum andsuara fyrir Gudi oc mönnum oc ecke mundu þesser menn svo

mörg

& earum causas seqventibus veracissime non detractabimus detegere: 1) In eorum numero fuimus, qvi Martinum Einari ex prævio judicio, ob maxima, qvæ in hac terra commiserat, maleficia, comprehenderunt; Hic primo e patria aufugit, falsas qvasdam secum ferens literas, suam electionem ad Episcopatum Skalholtinum continentes, qveis 24 sacerdotum nomina subscribi curaverat, cum tantum a sex vel octo Pastoribus, contra patriæ mores & Regiam ordinationem electus esset. Præterea bona nostra rapuit; Patri nostro Episcopo Jonæ insidias struxit, cujus omnia Acta & Judicia sufflaminari curavit, muneribus emta Laurentii Mule ope; qvi eum ad patranda hæc maleficia juvit. Hic ipse Laurentius Mule falsa & emtitia multa refert, multamqve auri & argenti vim injuste sibi comparavit, ut judicium de eo jam pronuntiatum clarissime demonstrat, adeo ut verisimile sit eum vivum hinc elapsum non fuisse, nisi clementissimi nostri Domini Christiani Friderici filii causa factum esset. Ita etiam hinc aliqvot enavigarunt viri, infamia notati, nimirum Petrus Einari, Brynjolfus Jonæ, Gunnlogus Arnæ Monachus, & Olaus Hialteri, qvi omnes ob maleficia, furta & blasphemiam aufugerunt. Qvæ nos tam veraciter scripsimus, ut coram Deo & hominibus defendere parati sumus. Et certe tot Regia Rescripta a Clementissimo

mörg Kóngs bref innflytia í landid frá worum nádugasta Herra Kónginum ef þeir þecktud þessa menn svo sem vier Islendsker þeckium þá, Oc villdu þier svo vel giöra oc senda híngad eirn mann sem trúr oc forstandigur være, sem med sannleika mætte vndervísa nádugasta herra Kónginum oc ydur hver falskleike oc óriettur ad hier geingur í landenu oc nú allramest sídan Lafrans Múli skyllde fóvite vera. Þvíad sá hinn same Lassi Múle giörer ongvann reikningskap af morgum eignum oc gódsum Kóngsins sem hier hafa Kónginum dæmdar wered. Oc margar þúngar saker standa hier oc hafa lánga tíma stadid ódæmdar oc sá hinn sami Lafrans Múli tekur þar fyrir Joachimsdale uppá sína æru oc trú þar sem Kóngurinn oc Þier litid af vitid. Þar fyrir bidium wier ydur fyrir Guds skylld ad Kóngurinn oc Þier trúed ecke þessara manna dárligum lygum þuí þier finned sannendin sem vier segium ydur uppá ockar trú oc æru, ad biskupenn Jón ockar fader oc vid vilium vera trúer oç holler þienarar nádugasta Herra Kóng Christians Fridrichssonar, oc so hans únga syne Friderich styrkia til nádugs herra &c. So ad vier mættum hafa nád oc frid, oc so vilium vier hallda christiliga trú oc þad helga Evangelion so sem þad hefur alla wega í Islande predikad verid sídan ad sá nádugaste herra Kóngurinn þar af skrifade oc skipade. Item bidium vier ydur fyrir Guds skulld ad vier meigum fá eitt opid Kóngs brief so hliódanda ad logmadurinn oc landshöfdingiarner med öllum almúganum hier í

Aaaaa 3 landid

---

mentissimo nostro Rege in Islandiam non transferrent, si tam vobis, qvam nobis Islandis, noti essent. Magno nos mactaretis beneficio, si prudentem & fidelem qvendam huc transmittere dignemini, qvi veraciter Dominum Regem certiorem facere posset de injustitia & injuria cui hæc Provincia obnoxia est, præsertim a qvo Laurentius Mule ejus Præfecturam gerere cœpit, qvi præter qvod nullam Regi adjudicatorum bonorum rationem reddit, multas graves causas judicare prætermisit, seqve, per fidem jurans, joachimicis corrumpi sinit, qvæ omnia vos atqve Regem fugiunt. Per Deum itaqve rogamus, ne a vobis, nec a Rege, ipsius temerariis mendaciis fides habeatur; hæc enim qvæ scribimus, hercle, verissima sunt. Nos cum patre Episcopo Jona, Clementissimo Domino & Regi, Christiano Friderici filio fideles manebimus subditi, ipsiusqve tenellum filium ita adjuvabimus, ut pacem & qvietem promoveamus. Religionem Christianam sanctumqve Evangelium colemus, prout semper in Islandia obtinuit, & Clementissimus Rex postea de eo scripsit: Item vos per Deum rogamus, ut Regium qvoddam Diploma conseqvamur, mandans Nomophylacibus & patriæ Magnatibus, cum universis incolis, eo prospicere, ut a toto Populo

&

landid mætti sá biskup vera, ad kiörinn yrdi af ollu landsfólki andligum oc veralldligum á alþínge oc sveria þar Kóngenum trúann eid fyrir hanns fóvita, oc mættum med oc eptter Norrges Ríke laug oc riette halldner verda. Þar fyrir vilium vid borgun setia ad þetta bref skal leyst verda med peníngum so ad ydur skal þad glædia oc lúckast í hendur ydrum Umbodsmanne sem þad bref ber oc færer oc giarnan vilium vier giaura ydarnn vilia þad þier vilied ockur tilskrifa oc til hiálpar wera. Oc ollum odrum landhlaupurum sem fyrir ydur hafa komid hiedan af landinu sem ockrum faudur oc oss eru mótfallner. Enn gud gefi oss ollum christiligum ad vera. Oc ad þier villdud oss tilskrifa eitt riett andsvar med þeim hinum sama sem ydur þetta bref færer sem oss mætte til hiálpar oc bata koma sem vid bidium. Oc til meiri vitnisburdar oc sannleika hier um set ec Biörn prestur Jónsson oc Are Jónsson ockar innsigle med biskups Jóns innsigle fyrir þetta brief, giörtt med gódra ærlegra manna ráde á Hólum í Hialltadal í Islande in die Laurentii, anno 1550.

Litr. I.

(i) Ollum þeim gódum mönnum sem þetta brief siá edur heyra sendum vier Þórleifur Einarsson, Oddur Tumásson, Gudmundur Gíslason, Jón Grímsson, svarner Lögrettumenn, Brandur Einarsson, Steinþor

---

& Ecclesiasticis & Politicis, in Comitiis generalibus eligatur Episcopus, qvi coram Regio Præfecto homagium Regi præstet, utqve nobis Norvegicis legibus vivere permittat. Nos prædes dare non detrectabimus, tale diploma tot nummis, qvot optime contenti eritis, a vestro Procuratore nos redemturos fore. Voluntati vestræ satisfacere parati sumus, si modo per literas nobis aliqvid injungere placeat, siqve nobis contra fugitivos hinc ad vos discurrentes, qvi patri nostro & nobis adversantur, operam vestram nobis commodare non dedignemini. Faxit Deus ut christiane vivamus, & ut vos cathegoricum responsum cum hoc tabellario nobis remittere dignemini, qvod nobis, qvem optamus, usui sit & emolumento. Inqve horum testimonium & confirmationem, ego Biörnus Jonæ sacerdos, & Arius Jonæ, nostra sigilla una cum Episcopi Jonæ sigillo appendimus præsentibus scriptis, juxta proborum qvorundam consilia. Holis Hialtdalensium in Islandia, die Laurentii anno 1550.

(i) Probis omnibus has literas inspecturis seu audituris; Nos Thorlevus Einari, Otto Thomæ, Gudmundus Gislai, Jonas Grimi, jurati Pedarii, Brynjulfus Einari, Steinthorus

Steinþór Finnsſon, Erlendur Jónsſon, Jón Olafsſon, Eigill Jónsſon, Illuge Sveinsſon, Þórvalldur Einarsſon, Þórſteinn Oddsſon, kvediu guds oc ſína, kunnigt giörande ad þá lidid var frá híngadburdi vors Herra Jeſu Chriſti MDL ár vórum vier í dóm nefnder í Snóxdal í Breidafiardar dolum á fimtudaginn næſtann fyrer Simonsmeſſu aff Ormi Sturlaſyne Lögmanne nordan oc veſtan á Iſlande, ſomuleides Kóngſins liensmanne í Þórneſs þínge til ad ſkoda oc rannſaka oc fullnadar dóms atkvæde á ad leggia vm þá menn ſem Dade Bónde Gudmundsſon hafde til fánga tekid epter Kóngſins Nádarbreffe oc ſkipan, ſem var biſkup Jón Araſon oc hanz ſyner Biörn oc Are. I fyrſtu kom þar fram fyrer oſs ádurgreinda dómsmenn tvo Kóngſins Nádar breff med heilum oc óſkoddudum innſiglum áþricktum er ſvo hliódande vóru, ad hanz Nád oc Herradómur oc Kong: Majeſtat tilſkipade Dada B. Gudmundsſyni vnder ſína hlýdne, ad hann ſkyllde fánga fyrrgreinda menn huar hann kynne þeim ad ná. I annan máta beiddiſt B. Dade þar dómz á, huad hann ſkyllde aff þeſſum monnum ádurgreindum nú giöra, edur huorium í hendur fá, til uardueitſlu edur forſiónar, til næſta Oxarár þíngz, hier med uænduſt þeſſer menn breffum oc kuittunum, ad þeir ſogduſt fyrer ſier hafa, vt aff konúnglegu vallde vtgiefin, hier med budu þeir ſig oc appellerudu ſín mál til Alþíngis, ſaker þeirra Kóngſins Nádar brefa ſem þeir þóttuſt ſyrer ſier hafa; Þuí ad Heilags Anda nád med ſier tilkalladre, ad ſuo prófudu

---

rus Finni, Erlendus Jonæ, Jonas Olai, Egillus Jonæ, Illugo Svenonis, Thorvaldus Einari; Thorſteinus Ottonis, Divinam & noſtram ſalutem dicimus, notum facientes anno 1550 die Jovis proximo ante Feſtum Simonis, Snoxdali in Breidafiordsdalis, ab Ormo Sturlæ filio, Borealis & Occidentalis Iſlandiæ Nomophylace, & Regio Præfecto Toparchiæ Thorneſenſis, delegatos nos fuiſſe, ad judicandum de Epiſcopo Jona Aræſonio, ejusqve filiis Biörno & Ario, qvos David Gudmundi, ex Regio mandato, comprehenderat. 1) Nobis bina Regis clementiſſimi Reſcripta, illæſis & integris ſigillis conſpicua, repræſentabantur, qvibus Clementiſſimus Rex hos viros exules & proſcriptos proclamat. Producta etiam fuerunt ejusdem clementiſſimæ literæ, cum appoſito ſigillo, qvibus Regia Majeſtas, Davidi Gudmundi, ſi pro obſeqventi ſubdito haberi velit, memoratos viros, ubicunqve poſſet, capere mandat. 2) David Gudmundi de eo noſtram ſententiam expetebat, qvid memoratis viris eſſet faciendum, aut cujus tutelæ & curæ ad proxima usqve Comitia Oxeraaënſia, tradendi ſint; Ex altera parte dixere memorati viri, ſe literas tutelares & qvittantias a Regia Majeſtate ſibi datas, habere, qvam ob rem ad Comitia Generalia appellarunt. Invocata igitur Spiritus Sancti gratia, omnibusqve noſtræ cenſuræ ſubmiſſis rite examinatis, pleno judicio

udu oc fyrer off komnu dæmum vier fyrrnefnder dómsmenn med fullu dóms atkuæde Biskup Jón oc hans syne Ara oc Biörn rettelega fángada hafa verid, epter Kóngsins breffe oc Alþíngis dóme: Sömuleides dæmum vier Dada Gudmundzson oc hanz medfylgiara saklausa verid hafa dómsins vegna oc epter Kóngsins skipan oc bode giört hafa verid: Hier med dæmum vier Dada Gudmundzson med öllu vidskilldann vid þessa menn hiedan af, enn Christian Kongsinz Umbodzmann skylldugann vid þeim ad taka, oc þá vel ad vardveita til næsta Oxarár þíngs, med styrk oc trúlegum tillögum Lögmanna beggia Ormz Sturlusonar oc Erlendz Þórvardzsonar. Þar med leitst oss oc virdtist Dómkirkian í Skálhollte oc hennar Formann Herra Marteirn Einarsson skylldugur til ad styrkia suo ad optnefnder menn verde vel beuarader til næsta Oxarár þíngz, utan Kóngsinz rád annad til kome fyrre. Hier med dæmum vier öll þeirra skilríke oc breff skylldug ad koma til Alþíngis ad sumre, med þeirra forsuarz mönnum, oc þá meiga epter þeim skrifa opinberliga epter sínum vilia, suo hvad annad þeirra próff oc skilríke, sem þeim má til gagnz oc bata koma. Enn um þá menn er til þess villdu sig hafa ad veita nockurn hernad edur ólöglegar atrider vt af Nordlendinga fiórdúnge híngad í stiftid í móte landzinslögum oc Kóngsinz vilia oc hanz Nádarbriefum oc Kónganna Riettarbótum. Þá dæmum vier þá alla landrádamenn epter

---

judicio supra nominati Judices decrevimus, Episcopum Jonam ejusqve filios Arium & Biörnum ex Regio mandato, & sententia in Comitiis Generalibus pronuntiata, juste captos esse. Judicavimus etiam Davidem Gudmundi ejusqve asseclas, nullo modo contra Regem peccasse, cum hoc ipsum juxta Regium mandatum & latam sententiam fecerint. Præterea Davidem Gudmundi ab horum virorum cura & custodia post hac liberum esse, Christianum autem eos excipere, & adjuvante utroqve Nomophylace, Ormo Sturlæ & Erlendo Thorvardi, ad proxima usqve Generalia Comitia, custodire debere. Videtur etiam æqvum justumqve, ut Cathedra Skalholtensis; ejusqve Antistes, Dominus Martinus Einari, opera sua eo prospiciat, ut ad proxima Oxaraaënsia comitia bene custodiantur, nisi Rex ante illum terminum de illis aliqvid aliud mandet. Decrevimus etiam Episcopum Jonam & ejus filios in proximæ æstatis Comitiis Generalibus, cum suis Procuratoribus, omnibusqve testimoniis & documentis se sistere debere, ideoqve libere & aperte ea, omniaqve ad hanc rem facientia, per literas adsciscere licere. Qvod autem eos concernit, qvi arma circumferre & ex Boreali qvadrante in diœcesin Skalholtinam, contra Patriæ jura, Regis literas & constitutiones, irruptionem facere sustinent, ex legum & regiorum mandatorum præscripto, perduelles

epter þuí sem Lögmálid vtvísar oc Kónganna Riettarbætur vmhalda. Samþyckte þennan vorn dóm ádurgreindur Ormur Lögmann oc Christian Skrifare Kóngsinz Vmbodzmadur.

Litr. K.

(k) Svo felldan framburd oc lýsing hefe ec Dade Gudmundsson ad framsegia um áreider oc fiárupptekter sem þeir biskup Jón oc hanns syner giordu mer í haust, þá þeir ridu heim á Hvamm í Hvammssveit, á laugardagin næstan fyrir Michaëlis messu anno 1548. I fyrstu ridu þeir heim á mína þriá garda, Saudafell, Snóksdal oc Hvamm, med sitt fólk tilreidt med vopnum oc tíum spyriandi ad hvar Dadi væri, med mörgum spies *al.* blóts) ordum oc brúkaraskap, segiande: honum være nú nær ad vera heima ad forsvara þær hanns saker sem Jón biskup mætte honum tiltala, oc hefur mer sagt verid, hann hafe láted lesa stefnu uppá sínar sakargifter. I annan máta klaga ec þad til biskups Jóns oc hanns fólks, ad um sumarid ádur hann veitte mer heimsóknena, let hann taka sex hesta fyrer mer, oc þad góts sem á þeim var, á fimtudagin næstan fyrer Petursmessu oc Páls; Hier med let hann slá mína menn, oc handdraga af þeim veriur, oc adra þá peninga er ec hugde mer til þingskostar; Svo oc

---

perduelles esse judicavimus. Hoc judicium confirmarunt Ormus Nomophylax, & Regius Prætor Christianus Scriverus, simulqve nobis supra nominatis judicibus sigilla sua appendebant præsentibus, scriptis eodem loco anno & die ut supra.

(k) Hæc ego David Gudmundi, publice profiteor & protestor, de insultibus & rapinis, qvibus Episcopus Jonas ipsiusqve filii me, proxime elapso autumno, infestarunt, cum Hvammum Parœciæ Hvammensis, die Saturni, festum Michaëlis proxime præcedente, anno salutis 1548 pervenirent. Primo prædia mea, Saudafellum, Snoxdalum, & Hvammum, ferro & integra armatura instructi adibant, ubinam David se contineret? rogitantes. Cavillas (diras) insuper & sesqvipedalia verba projicientes, ajebant, qvare domi se non contineret, Jonæ Episcopo de excommunicationis causis, qvarum cum insimulare posset, se purgaturus? narratumqve mihi fuit, ipsum dicam de intentatis mihi criminibus denunciari curasse. Secundo Jonam Episcopum ejusqve satellites accuso, qvod per æstatem die Jovis, festum Pauli & Petri præcedente, anteqvam me domi infestare cœpit, sex; qvos possidebam eqvos, cum omnibus, qvas vehebant,

oc let hann grípa fyrer mer sex voder vadmáls úr kirkiunne á Þíngvöllum í öngre minne heimilld, hvor vadmál ec hefe enn nú eigi apturfengid. Enn þá biskup reid heim á mína þriá ádurnefnda garda, var ec í öngvan þann stad staddur, þá biskup Jón oc hanns menn þar komu, óttudu þeir mína konu oc mitt fólk; Hier med hofdu hanns menn í burtu úr ádurskrifudum Hvammi tvær bækur þar úr kirkiunne frá prestenum Síra Magnúsi Jonssyni, messubók oc Davids Psaltara. Item brutu þeir upp byrdu í kyrkiunni, oc köstudu henni fram í forkirkiuna, brutu hana sundur í mola, var mer sagt þad giört hefde Are Jónsson. Item vóru mer adrar fiárupptekter giördar á odrum peningum í somu reisu, ad upp voru brotin þriú hús í stadnum, höfd í burt ein tunna skyrs, (*al.* oc annar meire matur) enn spilltur hálfu meire matur, oc ollu rótad oc úr lage fært þad kyrrt átti ad vera. Item hafde mitt fólk hyrdt nockra peninga í hrískestinum, svo þeir hofdu siálfer virdt þad tólf (*al.* siö) hundrud, oc þad höfdu þeir mest med ser, þad sem þeim þókti peninga verdt vera; Höfdu þeir med ser tólf fiórdúnga smiörs, skóledur oc klippinga þad sem til var, fiogur fære oc eitt skinnfære fimtugt, mæliskeril oc fiórdúngs ketil, sextán engle, járn undan tíu hestum (*al.* under sextán hesta) edur fleire, svo míner menn sáu. Hier med let biskup Jón leggia elld í hrís-köstinn

---

vehebant, rebus, intercipi, vectores autem cædi, iisqve arma & alia, qvæ mihi in Foro Generali usui essent, extorqveri, curavit. Pannos etiam meos, 144 cubitos longos, ex templo Thingvallensi sine venia diripi jussit, qví panni nondum sunt restituti. Cum Episcopus Jonas supra memorata mea prædia accederet, ego non in iisdem locis fui constitutus; Ipse autem cum suis uxorem meam & familiam territabat; Ex templo etiam Hvammensi, libros Sacerdotis Magni Jonæ, Graduale nempe & Psalterium Davidis, comites ejus abstulere; Arcam præterea in templo positam effringebant & in porticulam projiciebant minutatim confractam, id qvod Arius Jonæ filius fecisse fertur. Præterea vi & rapinis adeo sum infestatus, ut tres hac vice intra habitaculi limina ædes effractæ essent. Orca lacte schisto repleta (pluraqve cibaria) ablata, sed cibariorum duplo plus deperditum, & qvæ immota manere debebant, perturbata. Nonnihil etiam pecuniæ, qvod in fruticea congerie operæ meæ occultarant, & ipsi (hostes) 40 (28) Imperialibus æstimarant, de qvibus & aliis rebus, ea potissimum diripuere, qvæ ipsis pretiosissima videbantur, scilicet 120 pondo butyri, qvicqvid corii & pellium ovillarum suppetebat; lineas qvatuor piscatorias & qvintam ex corio confectam 50 cubitorum, lebetes duos & decem aut plurium (sedecim) eqvorum calceos, qvæ omnia aspectantibus meis famulis auferebant; Strui etiam fruticeæ

köstinn þar, svo þeir sögdu hann mundi hann ad kolum brendt hafa, hefdu goder menn ei sín ærleg ord tillagt. Item epter þessar heimreider oc fiár upptekter, hefur mer sagt verid ad þráttnefndur biskup Jón hafe sendt sína presta oc marga menn adra híngad í sveit oc vídar annarstadar í Skálhollts stifte, ad lesa yfer mer oc mínum mönnum bannsbref oc forbod, svo oc ad sækia mig á mitt lögheimile, oc færa mig nordur til Hóla under lausn oc skrifter, hvad ec veit ecke betur fyrer gude oc mönnum enn hann hafe eingin andleg nie veralldlig rád yfer mer haft hier í Skálhollts stifte; Hefi ec ordid (uppa peninga oc annan kostnad ad hafa ad hallda styrk á móte hanns umsátre.

Ad ödru sumri komanda, þá Datum var 1549, villde biskup Jón rída á mitt heimele um vored epter páska, hiellt ec þá fram yfer fardaga sextíu menn, stundum áttatíu edur fleire, enn þá hann visse þad, snere hann af oc sudur í Borgarfiord, reid hann þá heim á mína jörd Signýarstadi, oc markadi þar fyrer mer níu málnytu kúgillde, oc lýste under sinn lás oc eign alla þá peninga sem þar stódu saman, svo þá sem odrum monnum tilheyrdu. Epter þad um haustid sendi hann sonu sína Biörn oc Ara vestur fyrir Jökul, oc sóktu þángad Herra Martein Biskup í Skálhollte

---

fruticeæ ignem admoveri jussit Episcopus, & penitus eam combussisset, ni probi viri suis precibus intercessissent. Post hos deniqve insultus & rapinas, fama accepi, Episcopum Jonam misisse suos sacerdotes cum plurimis aliis in hanc tribum, ut & cætera diœceseos Skalholtensis territoria, qvi me meosqve comites excommunicatos denuntiarent, meqve domi meæ comprehensum, Holas, ad absolutionem pœnasqve competentes sustinendas, abducerent. At ego, Deum & homines contestor prorsus me ignorare ipsum qvicqvam imperii, nec in rebus Politicis, nec Ecclesiasticis, in me hic intra diœcesin Skalholtinam degentem habuisse, sed nihilo minus ad propulsandos ipsius impetus, in præsidia sustentanda magnos sumtus (tam qvoad erogationem argenti, qvam impensas alias) facere coactus sum. Seqventi enim æstate, qvæ fuit anni 1549, post Festum Paschatos, cum domum meam adire pararet Jonas Episcopus, a Festo Paschatos ad tempora migrandi jam 60, jam 80 armatos mecum habere coactus sum, de qvo ille certior factus, austrum versus, in Tractum Borgarfiordensem iter vertit, prædium meum Signyarstadas accedens, ubi novem vaccas cum eadem villa elocatas, sui peculii instar, nota solita insignivit, omnia qvæ ibi constarent, tam aliorum, qvam mea, suam possessionem pronuntians. Subseqventi autumno; Biörnus & Arius, filii ejus, ab ipso, in eum regionis tractum, qvi a monte Snæfells Jökul occasum versus protenditur, cum centum aut pluribus armatis emissi sunt,

þollte med C. hermenn edur fleire; Höfdu þeir oc Síra Arna í Hýtardal heim í Snóksdal til mín, oc settu þar tiölld nærre túninu, skrifudu mer til heim med hugmód oc hofferdugheit, *ad ec skyllde nú sækia þá upp yfer tunid, oc þeim læge nú meira á, enn þá ec hefdi verid fyrer hermanna flocke í Skálhollte, oc varid sínum födur Biskup Jóni dómkirkiuna þar, svo hann hefdi eigi mátt hreinsa hana af vondskulegri* (*al.* þeirre naudsynlegri) *saurgan oc svívirdingu, sem henne í langan tíma ókristilega giörd hefdi verid, svo oc hefdi hann ei tilkomist ad giöra þar adra biskuplega skylldu, sem væri kennimanna vígslur oc kristinna barna fermingar, oc annad þvílíkt biskuplegt embætte ad veita.*

A þridia áre þá datum var 1550 reid biskup Jón oc hans syner heim á minn gard Saudafell í Breidafiardolum med níutíu menn oc settist þar á Stadin, giordu þá rád fyrer ad taka ad ser alla mína peninga kvika oc dauda, fasta oc lausa, vóru þar þá med honum Biörn oc Are; hafde Ari þá lýst Saudafell sína eign. Enn þá ec spurde þeir væru komner, reid ec úr Snóksdal, oc upp til Saudafells, oc nockrer míner menn med mer, þeir sem ec þeinkte mer munde med trúfeste til styrks vera, á fimtudagin næstan epter Michaëls messu, oc þá ec kom svo nærre Stadnum, geingu þeir brædur Biorn oc Are med sína menn oc biskupsins á móte

sunt, unde Martinum Skalholtinum Episcopum captivum, una cum Sacerdote Arna Arnoris filio de Hytardal, domum meam Snoksdalum, abducebant. Hic fixis, propius pomœria villæ, tentoriis, literas ad me dedere superbe & infesto animo conscriptas, *ut* nimirum *eos* (Episcopum & Arnam) *extra agri sepimenta egressus in libertatem vindicarem, magis qvippe jam opis meæ indigos esse, qvam cum Skalholtiæ Ducem militum egissem, patrem suum, Episcopum Jonam, a templo cathedrali prohibens, qvo minus idem a nefanda* (*non necessaria*) *illa violatione & ignominia, qva longo tempore turpiter fuisset affectum, purgaret, nec ibidem munus Episcopi, aut alia, qvæ ejus partium fuissent, ut Sacerdotum inaugurationes & liberorum christianorum confirmationem peragere potuisset.* Tertio anno, scilicet a Christo nato 1550, Jonas Episcopus filiis suis & 90 militibus stipatus, prædium meum Saudafell in tribu Breidafiardardalis situm occupavit, omnia mea mobilia & immobilia, animata & inanimata ablaturus, & Arius qvi una cum fratre Biörnio patri se comitem adjunxerat, prædium Saudafell suam possessionem pronuntiabat. Qvo delatos cum audivissem, relicto Snoksdalo, assumtisqve mecum qvos fidelem operam mihi navaturos sperabam, Saudafellum die Jovis festum Michaëlis proxime seqventi, profectus sum. Qvo cum adirem, fratres Biörnus & Arius cum suis patrisqve militibus obviam procedunt; sed cum

móte oss, oc þá þeir sáu vær mundum heimrída, geingu þeir heim aptur, oc stódu þar vid Stadin fyrer sydre dyrum Stadarins, enn Arc oc nockrer adrer menn med honum vóru uppe á Stadnum, oc settu bissur á mig oc mitt fólk, ridum vær heim á túnid, oc tókum oss stödu á einum hól móts vid þá. Var Síra Biörn þar hiá þeirra fólke oc sagde: *Þer er best ad fara heim aptur oc binda inn nautin.* Þá sagda ec til Síra Biörns: *Þier er best Biörn oc biskup Jóne ad hafa yckur hedan, því ec vil fullkomlega hafa minn Stad, hús oc heimele her á Saudafelle friálslega fyrer mig oc mitt fólk, huad þad vill kosta um þad úti er dagurinn.* Þá suaradi Síra Biörn mer suo. *Svei þer oc fardu heim aptur Dade, því ecki áttú í Saudafelli, oc alldrei skalltú eigandi ad því verda.* Þá taladi ec til Orms Sturlusonar svo: *Ef þú ert einn dugandismann, suo sem þier ber ad vera, þá segdu nú uppá þin sannende, hvört þú hefur nockrum manne sellt edur vedsett Saudafell ödrum fyrr enn mer, edur hvört þú hefur sellt þad nockud þessum mönnum?* Þá sagdi hann þar *þvert nei fyrer, ad hann hefde sellt þeim þad, enn sagdist þad kiennast, sem ockar kaup oc giörningur innehelldu* (um hellde). Þá svaradi Síra Biörn til í annad sinn, segiandi oc *sveiandi mer heim aptur* í þriár reisur, oc sagde, ec *skyllde alldri Saudafells niótande verda, fiandansstrákrinn,* oc spurdi mig ad *hvört ec visse ecki hvörnin ec være getinn?* Þá taladi Ari heitinn (*al.* Bonde) Jónsson til mín.

 Þer

---

cum viderent nos villam intrepide accedere, domum reversi, ad fores, qvæ austrum spectant, subsistebant. Arius vero & cum eo nonnulli tecta conscenderant, memet meosqve sclopetis excepturi. Nos vero in agrum propius provecti colliculum e regione situm occupavimus. Tum Biörnus Sacerdos, qvi turbæ eorum astitit, hæc præfatus est: *Præstat, David! ut domum reversus, boves stabuleris.* At ego, *Præstat*, ajebam, *ut vos, Biörne Sacerdos, paterqve tuus Episcopus Jonas, hinc ocius discedatis; Ego enim prædium meum, atqve domicilium, qvod Saudafelli est, qvantocunqve stabit impendio, mihi, meæqve familiæ, ante vesperam vindicare decrevi.* Tunc iterum Biörnus: *Propudium David! domum revertere; neqve enim Saudafellum possides, nec unqvam possidebis.* Ego vero Ormum Sturlæ filium interpellans; *Dic ergo*, inqviebam, *per tuam fidem, num cui alteri, præter me, prædium Saudafell vendideris aut pignori posueris, an vero etiam istis illud vendideris?* Ille vero prorsus id denegavit, solum, qvod nostra emtione contractuqve actum esset, se agnoscere professus. Ad hæc iterum Biörnus Sacerdos, solitis verbis: *Tu propudium*, ter repetitis, me Saudafellum unqvam habiturum negabat; Sacerrimum me nebulonem appellans, & qvomodo genitus essem, percontatus. Tum (Dominus) defunctus jam Arius his

me

Þer er best ad fara heim aptur Dade, því her verda æfentýr í dag ef þú fer ei heim aptur. Ydur er best Are Bonde, sagde ec, *ad hafa ydur í burt af Stadnum, oc þer skulud mega fara friálser oc óhindrader fyrer mer oc mínum mönnum hvört þer vilied, oc þeir dándismenn oc dugandis sveinar sem her eru med Biskup Jóne oc yckur brædrum Birni oc Ara, því fullkomlega ætla ec Stadinn ad hafa ádur enn úti er dagurinn; Svo oc skal hverke Biskup Jón oc Síra Biörn hedan fara óhindrader, utan þeir vilie gánga ad þeim bodum* (al. *þessum kostum*) *sem ec býd þeim, ad þeir fare burt af Stadnum viliuglega, oc gefe mer oc mínum mönnum dag oc svo hvörier ödrum til alþinges ad sumre komanda, oc eigunst vier þar þá rett lög vid um þad sem hverier mega þá til annara tala.* Þetta baud ec þeim í þriár reisur edur optar, þá heyrda ec svar Síra Biörns, enn ei biskups Jóns ne Ara. Sagdi Síra Biörn þá: *Svei þer Dade, óþockastrákurinn, ei ertu þess verdugur þier sie nockur dagur gefinn.* Þá setti Síra Gísle Finnbogason á mig byssu oc mína menn, oc fleire menn adrer, þá vóru nockurer þeir sem med mer fóru ad hlada gard under þær byssur sem mer tilkomu, kallade ec þá ad þeim ad þeir skylldu flýta ser, oc snart búner vera. Þá töludu vid mig nockurer þeir dándismenn sem vóru í selskap med biskup Jóni; stód ec þá til baka vid mitt fólk á medan. Enn þá ec kom heim aptur á hólenn, var mer sagt ad Biskup Jón oc hanns syner være komner upp til kirkiu; vóru þá byssurnar þær sem Biskupi

---

me compellavit! *Tibi David tutissimum est domum reverti, secus, hunc diem facta nostra nobilitabunt. Vobis, mi Ari Bonde*, ajebam, *hinc facessere consultissimum est; Vobis enim, cum omnibus probis viris & juvenibus, qui hic Episcopo Jonæ, & vobis fratribus, Biorne & Ari! adhærent, per me, meosqve, salvis & illæsis abire licebit; Nam prædium ante vesperam omnino occupabo; Ita nec Episcopus Jonas, nec Pastor Biornus, hinc incolumes evadent, nisi oblatas amplectantur (has) conditiones, scilicet, prædium lubenter relinqvant, meisqve, qvod & nos vicissim faciemus, diem in Generali proximo Foro condicant, qvo intentatas ab utraqve parte causas, legitime agamus:* Hæc triplici vice aut sæpius iis offerens, nec Episcopi nec Arii audivi responsum, sed tantum Biorni, dicentis: *Propudium David! Inficete neqvam, indignus es cui dies concedatur.* Tum Sacerdos Gislus Finnbogi cum qvibusdam aliis cladem mihi meisqve minantia sclopeta disponebat. Ego vero meos, qvi aggerem sclopetis, qvæ mihi competebant, struere cœperant, festinare, opusqve accelerare jubebam. Interim mecum, pone meos constituto, sermones habuere probi aliqvot viri qvi a Jonæ Episcopi partibus stabant. Ibidemqve constituto nuntiatur Episcopum Jonam

Biskupi tilkomu oc hanns monnum komnar uppá kirkiugardinn oc á litla tópt sem þar er hiá, var þá Síra Gísle Finnbogason oc nockurer menn adrer þar hiá byssunum, oc settu byssurnar uppá mig oc mína menn. Þá taladi ec til eins þeirra, oc spurdi ec hann ad heiti, sá sagdist Gísle heita. *Ertu þann same Gisle Finnbogason* (sagde ec) *sem setur á mig byssurnar? Já,* sagde hann, *þad giöre ec ad skipan míns húsbónda Biskups Jóns Arasonar, oc ecke munud þier straffa mig þar fyrer. Þad er vel,* sagda ec, *fyrst þad er hanns skipan.* Stódu þá biskupsmenn oc þeirra brædra med lagvopn (*al.* lángvopn) oc uppdregin sverd oc handska oc nockurar byssur í kirkiugardenum fyrer framan kirkiudyrnar. Þá taladi ec til minna manna: *Þier skulud bida her epter hiá byssunum, þriátíu edur fiörutíu, þeir sem ótiader eru, enn ver skulum gánga heim ad kirkiugardinum, ec oc þeir sem mer vilia trúlega fylgia.* Þá geck ec heim fyrer sunnan kirkiunna, oc nockurer míner menn med mer, enn sumer míner menn gengu heim fyrer nordan kirkiuna, oc þá ec kom heim fyrer kirkiuveggin, setti Ari Jónsson á mig byssu, enn einn minn madur sló nedan under med lagvopne, þá lossade hún fyrer ofan höfuded á mer, þá skaut oc annar þýskur allagötu hiá kinnenne á mer. Þá sagde ec *ad míner menn skylldu gánga ad í fiandans nafne.* Þá sá ec Síra Biörn

---

Jonam cum filiis suis templum accessisse, sclopetaqve ipsorum in exiguum aggerem, cœmeterio contiguum, esse translata. Aderant ibidem sclopetis Sacerdos Gislus Finnbogi & alii nonnulli, in me meosqve socios eadem dirigentes. Tum ego qvendam illorum allocutus de nomine qvæsivi, qvi cum Gislum se nominari, responderet, *an idem Gislus esset, qvi mihi meisqve sclopetorum ictus intentaret?* rogitavi, id qvod ille *verum confessus, sese jussu heri sui, Jonæ Episcopi, ita facere affirmavit, qvod sibi a nobis vitio verti non debeat.* Ego vero, *hoc qvidem,* inqvam, *bene est, cum ita jusserit Episcopus.* Stabant jam in cœmeterio & ante templi fores Episcopi & filiorum comites, strictis gladiis, hastis (longis), ferratis chirothecis & sclopetis aliqvot instructi. Tum meis *ut 30 vel 40 qvi inermes essent, apud sclopeta remanerent,* præcepi, *cæteris, qvi fidelem mihi operam navare vellent, me ipsum in cœmeterium comitantibus.* Qvo ordinato, ipse cum qvibusdam meis ad australe templi latus, alii vero ad boreale procedentes, eos aggressi sumus. At cum foribus templi propinqvarem, Arius Jonæ in me sclopetum direxit, sed qvidam meorum hasta longa subtus impacta, periculum avertit, adeo ut supra caput meum glans evolaret. Alter itidem natione Germanus proxime genam meam sclopetum explosit; Hinc ego meos *nomine Satanæ eos invadere* mandabam. Tum Biörnum Jonæ Sacerdotem in foribus

Biörn Jónsſon í kirkiudyrunum med nakinn kordahníf, oc *bad fiandann ad eiga mig*, oc ſagde: *Vid ſkulum fundner enn ecke ſkilder, oc vær ſkulum hitta þig í annad ſinn.* Var þá Ara Bónda hrundid inní kirkiuna; Nóckrer menn adrer tráduſt þá inní hana, oc letu hana aptur, báru fyrer hana kiſtur oc annad þad ſem í henne var; fengu þá nockurer menn Nordlendſker ákomur í kirkiugardenum. Minniſt ec þá ógiörla hvernin framfór um vor vidſkipti upp frá því, utan þad minniſt ec, ad Jón Jónsſon í Bæ, kom ad mer, oc ſagde ad ſonur ſinn Sturla være í kirkiunne, oc bad mig ad hann ſkyllde ná honum í burt þadan. Geck hann þá ad kirkiudyrunum, oc var þar lángann tíma, bidiande ad hann mætte ná ſyne ſínum í burtu þadan; Var engin gaumur (*al.* rómur) gefinn ad hanns ordum. Kom hann þá enn til mín aptur, bad mig fyrir guds ſkulld ad ſiá nockurt rád til, ſvo hann nædi ſínum ſyne óhindrudum í burt. Var ein fiölin framan úr biórnum (*al.* úr kórnum) á kirkiunne; þá ſkipade ec ad láta ſlá í burtu adra fiölina, ſvo þeſſi dándismann fengi ſína bæn. Þá for hanns ſonur þar út oc nockrer menn adrer, þeir ſem ec viſſe ecki af í kirkiunni vóru. Epter þad let ec haſa hönd (*al.* höndlan) á Biſkupe Jóne, oc hanns ſonum Birni oc Ara, oc nockurum mönnum med, lærdum oc leikum, hiellt ec þeim í vardhalldi til föſtudagſins, liet ec þá þeirra menn lauſa, enn opt nefndan Biſkup

---

foribus templi nudatam machæram tenentem videbam, qvi me *Diabolo commendans*, dixit: *Convenimus qvidem, ſed nondum ab invicem diſceſſimus, & altera certe vice te deprehendemus.* Arius vero vi turbæ agitatus, in templum cum nonnullis aliis ferebatur, qvi clauſa janua, fores ciſtis & aliis, qvæ in templo erant, præpedimentis, obſtruebant. Interim qvidam Borealis qvartæ incolæ vulnera aliqvot in cœmeterio accipiunt. Qvæ porro invicem geſſimus, non probe memini, niſi qvod Jonas Jonæ de Bæ me accedens, filium Sturlam templo incluſum eſſe qverebatur, me, ut exinde eriperetur, precatus. Tum ille fores templi propius accedit, ubi diutius hærens, rogabat ut filium inde recipere liceat, ſed ſurdis canebat auribus, qvare ad me reverſus, per Deum obſecrabat, aliqvid darem conſilii qvo filius illæſus ſibi reſtitueretur. Hinc cum pars anterior (odeum) templi per amiſſi unius aſſerculi rupturam aliqva ex parte pateret, alterum avellendum curavi, ut probus ille vir voti compos fieret, qvo facto, ejus filius & nonnulli alii, qvos in templo incluſos eſſe neſciebam, exiere. Tum deniqve Jonam Epiſcopum ejusqve filios Biornum & Arium cum qvibusdam aliis laicis & clericis comprehendi jubebam; Qvos ad diem usqve Veneris, cuſtodia aſſervavi, qvo Jonæ Epiſcopi filiorumqve comites dimiſi, ipſos autem per

23

Biskup Jón oc hanns sonu Biörn oc Ara hafde ec í hallde í þriár vikur oc tvo daga betur, oc þad þyckest ec giört hafa uppá trú oc hollustu vid minn Nádugasta Herra Konúng, epter þeim brefum sem hanns Nád oc Herradómur hefur innsendt í landid, nærstu þriú sumur forlidin. Let ec þar med þessa þriá menn lausa med tólf manna dóme, tillage oc samþycke Orms Sturlusonar, sem seger sig Lögmann vera; Sagde ec þá úr minne ábyrgd med vottum. Epter þad tók Christian Skrifare Kongsins Umbodsmann þá í sína vakt epter þeim dóme sem þar um var giördur, oc alldrei komu þeir í mína vardveitslu, nie minna manna, upp frá því þeir ridu af hladinu í Snóksdal, sem mörgum dándismönnum er vel kunnugt, oc ec trúe mier munu vitne ad verda ef þörf giörist (*).

Svo látandi bresford sende ec Dade Gudmundsson þeim fedgum ádur enn ec reid upp til Saudafells.

Gud gefe ydur góda oc kristelega stadfestu í öllum naudsynium ærleger dándismenn lærder oc leiker sem nú til samans komner eru á Saudafelle í Breidafiardar dölum, oc heimilesfaster eru hier í Skálhollts stickte.

---

23 dies custodivi, qvod fide erga clementissimum Dominum meum & Regem, juxta transmissas in patriam proxime elapso triennio literas, me fecisse existimo. Hos deinde tres viros, eorum curam testibus adhibitis abdicans, ex 12 virorum judicio, & Ormi Sturlæi, qvi se Nomophylacem profitetur, suffragio, mea emisi custodia. Qvo facto, Christianus Scriverius, Qvæstor Regius, eos, ex dicta hac de re sententia, custodiendos suscepit. Nec unqvam in meam pervenerunt custodiam postqvam Snoksdalum reliqvere, qvod plurimis probis satis notum esse, qvodqve, si opus fuerit, me contestari posse arbitror.

Sed priusqvam ego David Gudmundi eos Saudafelli aggrediebar, talem illis misi Epistolam:

Omnibus vobis, boni & honesti viri, Clerici & Laïci, Skalholtensis diœceseos incolæ, qvi hac tempestate Saudafellum in Breidafiardardalis confluxistis! Deus in omnibus

(*) *Hæc Apologia huc usqve cum tribus ejusdem exemplaribus collata est, qvorum lectiones variantes hic in cæsis sistuntur. Unum eorum schedulam, quæ seqvitur, alterum vero qvatuor edicta Regia, qvæ supra pag. 276 not. (a. b. c.) & 277 not. a. allegavimus, subnectunt.*

ſtickte. Ydur vil ec kunnugt ſie ad ec berſt fyrer ad rída á mína eign Saudafell nú í dag ad forfallalauſu med guds tilſiá; Því er þad mín bón oc rád, ad þer ſláed ydur ecke inn til nockurs fylgis eda lidſinnis med biſkup Jóne Araſyne oc hans fylgiurum, því fullkomlega ſkal ec þángad minna húſa oc heimila leita med ollum þeim ſtyrk oc manndóme ſem minn ſkapare vill mer þar til veita Þurfed þier ecke hier í ad efaſt. Oc fyrer þad ydur mege mín ſkráſett ord trúleg virdaſt, þá þrycke ec mitt ſignet á þetta pappírsblad. Skrifad í Snóksdal nú í morgun. Hier med ydur under guds nád befalande.

---

omnibus neceſſariis rebus concedat bonam & chriſtianam conſtantiam! Notum vobis facere volo, me hodie, Deo juvante, ſi non aliqvid obvenerit impedimenti, prædium meum Saudafellum acceſſurum fore, qvare vos oro, vobisqve conſulo, ne cum Epiſcopo Jona Arii filio & ejus copiis vos conjungatis, certe enim omnibus, qvas mihi Creator meus concedet, viribus & virtuti innixus, domum meam & villam occupaturus ſum; De hoc ne ullam dubitandi cauſam habeatis, & ut hoc epiſtolium pro veraci accipiatis, idem meo ſigillo obſigno, mane diei (2 Octobris). Divinæ gratiæ vos commendans.




UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 02671 3514